Ad maiorē tn̄ euidētiā ꝑdictoꝝ circa legē eternā nota tria. s. q̄ p legē eternū oia dirigunt: a lege eterna omnia deriuant: legi eterne oia subijciūtur. Primo dico q̄ p legem eternā oia in finem debitū dirigunt vt ptz ca. ꝑcedēti ex diffinitiōe legis eterne. Scdō dico q̄ a lege eterna ois lex deriuat. qd̄ sic ptz: Omnis alia lex ab eterna: vel ē lex natural: vl' lex humana tpalis: vl' lex fomitis. Prima lex. s. naturalis a lege eterna deriuat: eo q̄ lex naturalis est quedā pticipatio etne legis: vt patebit infra d lege naturali. Scda lex scz ois lex hūana vel tēpalis a lege eterna deriuat: ⁊ hoc

inquantū est ſm rōnem rectam. inquantū vo recedit a rōne dicitur lex iniqua. ⁊ ſic non habet rōnem legis ſed magis cuiuſdam violentie. Tercia lex. ſ. lex fomitis vel carnis a lege eterna deriuatᷣ: ⁊ hoc inquantū eſt pena cōſequens iuſticiā diuinam. inquantū vo lex fomitis vel carnis ad peccatū inclinat: ſic ꝯtrariatᷣ legi dei ⁊ nō habet rōnem legis. Hec. b. Tho. prima ſecunde. q. xciij. ar. iij. vtrū oīs lex deriuetᷣ a lege eterna· in cor. ſo. iuxta finem. ⁊ in ſolu. i. ⁊ ij. argu. Tercio dico ꝙ legi eterne omnia ſubijciuntᷣ. qḋ dupliciter probo. Primo de oībꝰ ī generali tali rōe: Sicut. n. omne illud qḋ eſt bonū in creatura: ⁊ omne verū in creatura eſt tractū ⁊ deriuatū a bonitate ⁊ veritate eterna vel a lege eterna: ita omne id qḋ eſt iuſtū ⁊ legitimū in creatura eſt tractū ⁊ deriuatū a lege eterna. nō aūt qḋ illegitimū ⁊ iniuſtū. Secūdo hoc idē ꝓbo de ſingulis in ſpāli ſic: Primo. n. creature irrōnales eterne legi ſubijciuntᷣ: inquantū ſequuntᷣ ſine iudicio. ſ. rōnis vel ſenſus id qḋ ē eis impſſum a deo Scḋo creature rōnales legi eterne ſubijciuntᷣ ꝑ noticiā vel intellectū diuini ꝑcepti: eo ꝙ eis datū eſt intelligere qḋ debeat agere ⁊ quid cauere. Tertio mali ſubijciuntᷣ impfecte legi eterne. ſ. neceſſitate coactionis inquātū ſubijciuntᷣ nō eius ꝑceptiōi ſed puniti ōi. ſ. inquātū mali puniuntur: qḋ lex eterna dictat ⁊ impat. Quarto boni ſubijciuntᷣ legi eterne pfecte. ſ. in coactiōe punitiōis: ſed voluntate obſecutiōis. ſ. voluntate obediendi deo amore nō timore. Quinto beati ⁊ dānati ſubijciuntᷣ legi eterne. Cuius rō eſt: qꝛ ſicut corpus graue grauitate mouetᷣ ad locū ita eadē grauitate qeſcit ī loco. A ſimili: Sicut boni ꝑ legē eternā merentᷣ beatitudinē ⁊ mali miſeriā: ita ꝑ eādē beati ⁊ dānati in beatitudie et miſeria ꝯſeruantᷣ. Hec. b. Tho. prima ſcḋe. q. xciij. ar. vj. vtrū oēs res hūane ſubijciātᷣ legi eīne ſm. b. Aug. ꝗ patet ca. ꝑcedēti

Quid ſit lex naturalis. CA. VII.

Secundo dico ꝙ pꝰ legē eternā de q̄. ſ. ptꝫ: eſt lex mēti rōnali indita vł inſerta. ſ. lex naturalis. Qꝛ aūt ſit lex naturalis ptꝫ ſup illud aplī ad Ro. ij. Cū gētes q̄ legē nō hñt: naturaliter ea q̄ legi ſunt faciūt ⁊c. oñdit glo. dicens: Etſi nō hñt legē ſcriptā hñt tñ legē naturalē. q̄ quiſqꝫ intelligit ⁊ ſibi cōſcius ē: ⁊ qḋ bonū ⁊ quid ſit malum. Et iterū multis querētibus ⁊ dicētibus: Quis oñdit nobis bona: Rñdit pſ. dicēs: Signatū ē ſup nos lumē vultus tui dñe. Qḋ verbū exponitur quatuor modis. Primo ſm glo. Aug. ibidē q̄ dicit: Qḋ lumē vultꝰ tui dñe rō ē nr̄a. ⁊ ē iſtud lumē ſignatū ſup nos. i. in ſupma pte aīe. hoc ē in mētetᷣ intellectu expſſum. qḋ lumē ideo dicitᷣ lumē vultꝰ: qꝛ ꝑ illud. ſ. ꝑ rōnē videtᷣ deꝰ. Scḋo exponitᷣ etiā ꝑ Aug. in glo. ibidē q̄ dicit: ꝙ lumē vultus dei ē grā iuſtificatiōis q̄ aīa reformetᷣ ex merito: qꝛ ꝑ pctm̄ hoīs rō ē deformata. ſed ꝑ xp̄i grām repata. grā ḡ qua imago creata renouatᷣ lumē vultus dicitᷣ. Tercio mō etiā exponitᷣ ꝑ Aug. in glo. ibidē q̄ dicit: ꝙ lumē vultꝰ dicitᷣ crux xp̄i q̄ ꝑ nobis impreſſa ē ⁊ interius. ſ. in fronte mētis ⁊ in frōte corpis in ſignū regis nr̄i qḋ ꝓbat ꝑ exemplū dicēs: Qꝛ ſicut numerus. i. denarius impatoris imaginē portat: ita fideles ſigna celeſtis principis imprimuntᷣ. Et dicitᷣ crux lumē eſſe verū vultus: qꝛ in talibꝰ irradiat deꝰ. Hec oīa bea. Aug. in glo. ibidē. Quarto mō exponitᷣ ſic: Lumē vultus qḋ ē lex naturalis ē lumē naturalis cognitōis boni ⁊ mali qḋ ē ſignatū ſup nos: qꝛ mēti rōnalis creature impſſū: ⁊ a lege eterna deriuatū. vñ lex naturalis eſt impſſio ⁊ ꝑticipatio diuini luminis a creatura rōnali: ſcꝫ lumē naturalis cognitōis boni ⁊ mali vt dictū eſt. ⁊ hoc mō exponit. b. Tho. prima ſcḋe. q. xci. arti. ij. vtrū in nobis ſit aliq̄ naturalis lex: arg. ꝫ. ⁊ in cor. ſo. Ubi nota ꝙ oīa alia ꝑcepta legis ſunt de lege nature: q̄ rō naturalis appꝑhendit vt bona et ꝑ cōſequēs faciēda: ⁊ eoꝝ cōtraria vt mala: ⁊ tō vitāda. Scḋm ergo ordinē inclinationū naturaliū ē ordo ꝑceptoꝝ legis nature. ineſt. n. inclinatio hominū ad bonū ſm naturā quattuoꝛ modis: ſm ꝙ natura pōt accipi quadrupliciter. Primo inclinatur homo ad bonū ſm naturā in qua cōicat cū omnibꝰ ſubſtātijs: put quelibet ſubſtātia vel natura appetit conſeruatōem ſui eſſe. ⁊ ſm hoc de lege nature vel de legis nature ꝑcepto eſt vite ꝓprie cōſeruatio: ⁊ cōtrarij impeditio. Secundo hō inclinatᷣ ad bonū faciendū ⁊ ad malū vitandū ſm naturā ſpālē in qua cōicat cū ceteris aīalibus: ⁊ ſm hoc de ꝑcepto legis nature ē maris ⁊ femīe ꝯiūctio: ꝓlis educatio: ⁊ ſilia. Tertio hō inclinatᷣ ad bonum imitādū: ⁊ ad malū vitandū ſm naturā ꝓpriā rōnis q̄ eſt ſibi ꝓpria. ⁊ ſic de ꝑcepto legis nature ſunt hec ſcꝫ de deo vera cognitio: ignorantie vitatio: cū alio conuerſatio: nullꝰ offenſio: ⁊ ſimilia. Hec. b. Tho. prima ſecūde. q. xciiij. arti. ij. vtrū lex naturalis cōtineat plura ꝑcepta vel vnū ſolū in cor. ſolu. Quarto ō ꝑcepto legis nature ſm naturā que ē hominū ꝓpria. ſ. ſm naturā rōnis eſt boni virtuoſa opatio. ſ. ꝙ homo opetur ſm virtutē. Cuius rō ē qꝛ cū vnūquodqꝫ inclinetᷣ ad opatiōem ſibi ꝯuenientē ſm ſuā formā ſicut ignis ad calefaciendū. et anima rōnalis ſit ꝓpria forma hoīs: ſequitᷣ ꝙ homo naturaliter inclinetᷣ ad hoc ꝙ agat ſm rōnē. ⁊ hoc ē agere ſm virtutē. vnde ſm hoc oēs actus virtutū ſunt de lege vel ꝑcepto naturali. dictat. n. hoc naturaliter vnicuiqꝫ ꝓpria ratio vt virtuoſe agat. Hec bea. Tho. vbi. ſ. immediate. q. xciiij. arti. iij. vtrū omnes actus virtutū ſint ō lege nature: in cor. ſolu. Sed forte queres: vtrū lex naturalis dictet ꝙ diligamus deū ſup omnia. Reſpondeo et dico ꝙ diligere deum ſup omnia ⁊ ſup ſe ⁊ ꝓpter ſe. eſt a lege naturali tanq̄ ab inſinuante vel oñdēte ⁊ inſtigāte: ſed nō tanq̄ ab efficiente vel ꝓducente. qḋ ptꝫ: qꝛ lex naturalis inquantū talis oñdit ⁊ inſinuat aīe q̄ dꝫ deū ſup omia diligere. ſed hoc nō efficit nec ad hoc ꝑducit. Cuius rō ē: qꝛ dilectio nō extendit ſe vltra cognitiōem: eo ꝙ nō diligitᷣ aliquid vltra q̄ cognoſcatᷣ. ſed impoſſibile ē ꝙ aīa aliquid: etiā deū plus ſe cognoſcat. Cuiꝰ rō eſt: qꝛ aīa ſe intelligit vel cognoſcit ꝑ ſuā eſſentiā vel naturā: alia vō ꝑ ſuas ſimilitudines: ⁊ deū ꝑ veſtigiū ſeu ꝑ ſpeculū in enigmate. ergo impoſſibile ē ꝙ aīa aliquid: etiā deū plus q̄ ſeipſam diligat. Et ideo neceſſaria ē lex gratie que ad iſtud ꝑducat. Hec Alex. iij. pte ſum. q. xxij. de lege naturali. arti. xj. vtrū lex naturalis dictet homini ꝙ deū ſup omnia diligat: in cor. q.

Qꝛ lex nālis hꝫ tres ꝓprietates: ⁊ prima ē ꝙ ē cōis. CA. VIII.

Ad maiorē tñ euidentiā ꝑcedētiū ē ſciendū: ꝙ lex naturalis tres ꝓprietates habꝫ Eſt. n. cōis: immutabilis: indelibilis. Prima legis naturalis ꝓprietas eſt: ꝙ ipſa eſt cōis ⁊ vnica apud omnes. quod tripliciter ꝓbo. ſ. auctoritate: rōne: ſimilitudine. Primo ꝙ lex naturalis ſit cōis apud omnes ꝓbo auctoritate Iſido. libro. v. etymo. c. iiij. Quid ſit ius naturale vel lex naturalis ſic dicentis: Ius naturale cōmune eſt omniū nationū. eo ꝙ vbiqꝫ inſtinctu nature non cōſtitutione aliqua habetur. Et ponitᷣ exempla dicens: vt viri ⁊ femine cōiunctio: liberoꝝ ſucceſſio ⁊ educatio cōmunis omniū poſſeſſio: ⁊ omniū vna libertas: acquiſitio eoꝝ que celo ⁊ terra mariqꝫ capiuntᷣ. Itē depoſite rei vel cōmodate pecunie reſtitutio: violentie ꝑ vim repulſio. nam hoc aut ſiquid huic ſimile eſt nunq̄ iniuſtum: ſed naturale equū habetur. Hec Iſidorus vbi. ſ.

Secundo hoc idē pbo rōne seu distinctōe sic: Lex na
turalis dupl'r pōt cōsiderari. Uno mō q̄tū ad cōmunia
principia: ꝛ sic est eadē apud oēs ꝛ fm rectitudinē ꝛ fm
noticiā. Alio modo q̄tū ad quedā ꝓpria que sunt qua-
si quedā ꝯclusiones principiorum cōmuniū. ꝛ sic est eadez
apud oēs vt in pluribus ꝛ fm rectitudinē ꝛ fm noticiaz
sed vt in paucioribus pōt deficere: ꝛ q̄tū ad rectitudinē
ꝓpter aliqua pticularia impedimenta. ꝛ etiā q̄tum ad
noticiā ꝓpter rōnem deprauatā. Tercio hoc idē pro-
bo ꝛ declaro similitudine; vt verbi grā: Nam apud oēs
verū est q triangulus hz tres angulos equales duobus
rectis: q̄uis hoc nō sit oībus notū. Similiter apud oēs
hoc est verū ꝛ rectū in cōi: vt fm rōnē agant: sed in spāli
nō. vnde cōtingit q aliqui habent rōnem deprauatā: et
hoc vel ex passione vel ex mala cōsuetudine vel ex mala
habitudine seu dispositōe nature: sicut apud germanos
olim latrociniū nō reputabat' iniquū: cum tamē expres-
se sit cōtra legem nature; vt refert Julius cesar in libro d'
bello gallico. vnde lz hoc principiū cōmune. s. vt omnes
fm rōnem agant sit notū omnib⁹: ex quo principio seq-
tur hoc quasi cōclusio: q deposita sint reddēda. quod lz
vt in pluribus verū sit: tñ in aliquo casu pōt contingere
q hoc sit damnosum. puta si aliquis petat gladiū ad im
pugnandū patriā. Et hoc tanto magis inuenit' deficere
quāto magis ad pticularia descendit'. Hec. b. Tho. pri-
ma secūde. q. xciiij. arti. iiij. vtrū lex natural' sit vna apud
oēs. ar. 3: ꝛ in cor. solu. Sed forte queres gratia aucto-
ritatis Jsido. vtrū de dictamine legis nature sit q vna sit
vnius. Rñdeo ꝛ dico q triplex ē dictamē nature: fm q
natura tribus modis mouet in natura rōnali. natura. n.
aliqn mouet vt natura. aliqn natura mouet vt rō. aliqn
rō mouet vt rō. Primo. n. fm q natura mouet vt natu-
ra: dictat masculū ꝯiungi femine ad multiplicatōez spe-
ciei. Secūdo in quantū natura mouet vt rō dictat q vn⁹
vni ꝯiungi dz: vel fm ꝯgruentiā status ꝛ tpis oportuni
tatē vnus cū pluribus vxoribus eo dispensante q̄ ē supra
naturā. Et ꝓpter hoc lamech qui prim⁹ duas vxores ac-
cepit: vt ptz Gen. iiij. ꝛ iacob vt ptz Gen. xxix. nō fecerūt
cōtra naturā qz dispensatū fuit eis ab eo. s. a deo q̄ est su
pra naturā ꝛ supra pceptū. Qd aūt fit auctoritate supio-
ris: non fit ꝯtra pceptū. Fecerunt aūt hoc quatuor rōni
bus. Prima est ex dispositōe dei. Secunda ex cā hone-
sta. s. vt multiplicaret' ples ꝛ numerus fideliū ad cultuz
dei. Tercia est: qz moderate pluribus vtebant'. Quarta
est: qz approbanda erat ꝯsuetudo ꝓpter sacramentū. oīa
eni in figura cōtingebāt illis fm aplm ad Hebre. Ratō
aūt quare natura inquantū ratio dictat ꝛ confert quare
vna vni dz ꝯiungi ꝛ ecōuerso est: qz nō est faciendū alte
ri qd sibi non vult fieri. Tercio aūt modo fm q rō mo-
uet vt ratio: vlterius cōfert ꝛ dictat natura q vnus debz
cōiungi cū vna insepabiliter cōiuncta. Hec Alex. tercia
pte sum. q. xiij. arti. xv. vtrū de dictamine legis sit: q vna
sit vnius in cor. q. Re. infra matrimoniū

¶ Secunda ꝓprietas legis nālis ē q sit immutabilis. CA. IX.

Secunda ꝓprietas legis natura-
lis ē q ipa est imutabilis. Ubi nota q lex nālis
pōt intelligi mutari duobus modis. Uno mo-
do p additōem. s. p hoc q ei aliquid additur: ꝛ sic nihil
ꝓhibet legē naturalē mutari. multa. n. supra legē natura
lem supaddita sunt vtilia ꝛ necessaria ad vitā hūanā tā
p legē diuinā q̄ p leges humanas. Scdo mō pōt intel-
ligi lex naturalis mutari p subtractōem. s. vt aliqd desi-
nat esse de lege nature qd prius fuit de lege nature. ꝛ ta
lis mutatio nō pōt fieri. Et hoc est qd dicit' in decretis
dis. v. Naturale ius ab exordio rōnalis nature nec varia
tur tpe: sed īmutabile pmanet. Sed ꝯtra videt' q lex
naturalis sit mutabilis tali rōne: Omne corrigibile est
mutabile: vel oē qd corrigit' mutat'. sed lex nature ē hu-
iusmodi. qd patet qz sup illud Eccl. xvij. Addidit eis di
sciplinā ꝛ legē vite. dicit glo. legē littere quam ad corre-
ctionē legis naturalis scribi voluit. ergo ꝛc. Rñdeo ꝛ
dico q lex scripta dicit' esse ad correctionē legis nature
duplici rōne: Prima est. qz lex scripta dicit' esse ad cor-
rectiōem non vitij legis scripte: qz talis correctio ponit
mutabilitatē: sed supplemēti que correctio nō dicit mu
tabilitatē. verbigratia: Qd lex naturalis dicit i genera-
li. s. vt nō facias alij ꝛc. hoc lex scripta dicit in pticulari:
puta vt nō hoc facias. s. vt nō occidas ꝛ h⁹mōi: ita q p le
gē scriptā suppletū ē qd deerat legi nature. Scda rō est:
qz lex nature in cordibus aliquorum q̄tū ad aliqua corru
pta erat: intantū vt estimarēt esse bona q̄ naturalr sunt
mala. ꝛ talis corruptio indigebat correctōe absq̄ muta
tōe legis naturalis. Hec. b. prima scde. q. xciiij. arti. v. vtrū
lex nature mutari possit: arg. 3 in cor. solu ꝛ in so. j. arg.
Et Alex. iij. pte sum. q. xiij. arti. xj. vtrū lex natural' sit mu-
tabilis q̄tū ad pcepta iuris naturalis: in solu. iij. arg. in
oppositū facti. Sed forte queres vtrū aliquid sit lici-
tum fm ius naturale: quod nō sit licitū fm ius positiuū
Rñdeo ꝛ dico q lex naturalis dictat aliqua tribus mo-
dis. s. vt debita: vt vtilia: vt ad finem expedientia. Pri-
mo. n. dico q lex naturalis dictat aliqua vt debita: qua-
lia sunt pcepta vel prohibita: vt quecunq̄ vultis vt faci-
ant vobis homīes ꝛc. Et quod tibi nō vis fieri ꝛc. Et in
his ius positiuū non pōt mutare pceptum de nō prece-
pto: ꝓhibitum d' non ꝓhibito quin peccet. Secūdo lex
naturalis quedā dictat vt vtilia. Tercio quedā vt ad fi-
nem expedientia. ꝛ in his duobus ius positiuū pōt im-
mutare legem nature: vt verbigratia: Jn natura. n. bene
disposita. s. ante peccatū dictabat lex naturalis libertatē
Sed in natura male disposita. s. post peccatum dictabat
lex naturalis seruitutē ꝛ dominatōem. quia hoc est vti-
le ad finem. s. pacis: qz aliter offenderent hoīes nisi ha-
berent qui coercerent eos: vt ponit Aug. exemplum de
medico qui fm eandem rōnem qua vinū esse bonū sa-
no dictabat ipm malū egro. Sed cōtra: Jsidorus libro
quīto Etymologiarum ca. ij. de legib⁹ diuinis ꝛ humanis
appellat fas ius naturale: ius aūt appropriat iuri positi-
uo dicens: Fas ē lex diuina: ius est lex hūana. Et ponit
exemplum dicens: Transire p agrū alienū fas est qz ē li
citū: ius nō est. fas. n. est qd est licitū. sed nō est ius: quia
nō ē licitū fm ius positiuū: imo vetitū ē in iure positiuo
ergo ius positiuū facit illicitū qd licitū est fm ius natu
re. Respondeo ꝛ dico q transire p agrū alienū nō ē de
pcepto vel de prohibitione iuris naturalis imo de con
cessione: ꝛ ideo rō vel argumentū non ꝓcedit. Hec Ale
xander tercia pte summe. q. xiij. arti. viij. vtrum aliquid
sit licitū fm ius naturale: quod non sit licitū fm ius po
sitiuū: in cor. solu. ꝛ in solu. primi argumenti.

¶ Tercia ꝓprietas legis naturalis est q est a corde in-
delibilis ꝛ quomodo. CA. X.

Tercia ꝓprietas legis naturalis est: q ipa ē a cor
de indelibilis. Ubi nota q lex naturalis dupli-
citer pōt cōsiderari. Uno mō q̄tū ad quedam
principia cōmunissima que sunt oībus nota et manife-
sta. ꝛ q̄tum ad hec principia lex naturalis nō pōt dele-
ri p culpā. Alio mō q̄tū ad quedaz pcepta pticularia. s.
in aliquo pticulari opabili. ꝛ sic pōt deleri a mente fm
q rō impedit' applicare cōe principiū ad aliquid pticu-
lare opabile: vel ꝓpter cōcupiscentiā vel ꝓpter malas p
suasiones: vel ꝓpter prauas ꝯsuetudīes ꝛ habitus corru

ptos: sicut apud quosdā latrocinia non reputabant̄ peccata vel etiā vitia cōtra naturā: vt etiā dicit apostol⁹ ad Ro. j. Sed contra videt̄: ꝙ lex naturalis deleat̄ a mente per culpā tali ratione: Qđ delet maius delet ⁊ minus. ſ; culpa delet lumē gratie qđ est maius lumine nature. ergo delet lumē nature. Rñdeo trib⁹ modis. Primo ꝙ culpa delet lumē gratie ⁊ nō lumē nature: eo ꝙ culpa mortalis est contraria legi gratie: ⁊ nō legi nature. Scđo quia culpa mortalis delet legē vel lumen nature in pticulari nō in vniuersali. Tertio ꝙ gratia vtī sit efficacior ꝙ̄ natura: tamē natura est essentialior homini. ⁊ ideo magis permanēs ꝙ̄ gratia. Hec bea. Tho. pma scđe. q. xciiij. arti. vj. vtrū lex nature a corde vel mēte hominis possit deleri: in cor. q. ⁊ in solu. ij. argumēti.

## ¶ Quomō lex scripta diffinitur. CAP. XI.

Ertio dico ꝙ post legē eternā ⁊ post legē naturalem mēti inditā vel insertam: est lex scripta. s. lex humana vel diuina: vetus ⁊ noua. s. mosaica vel euāgelica. Lex autē scripta. s. humana sic diffinitur: Lex humana est quoddā dictamen practice ratōis quo regulant̄ vel dirigunt̄ humani actus. ⁊ hoc mō diffinit legem humanā beat⁹ Tho. pma scđe. q. xcvij. arti. j. vtrū lex humana sit mutabilis: in cor. solu. in pricipio. Circa autē legē humanā vel scriptā quattuor ꝯsiderare debemus. s. ortū. profectū: effectū: subiectū. Primo ꝯsiderare debem⁹ ortū. nam lex scripta humanit⁹ adinuēta oritur ⁊ deriuat̄ a lege naturali nō scripta: sed menti inserta duob⁹ modis. s. per modū ꝯclusionis ⁊ determinationis. Primo per modū ꝯclusionis hoc modo: dictat enī lex naturalis nulli esse male faciendū: ⁊ ab hoc pricipio tāꝙ̄ ꝯclusio non esse occidendū ⁊ oīa alia negatiua ꝓcepta. Scđo lex scripta humana deriuat̄ a lege naturali per modū determinationis hoc mō: q: lex naturalis dictat ꝙ ille qui peccauit puniat̄: sed ꝙ tali ⁊ tali pena puniatur: puta ꝙ ille qui furat̄ suspēdat̄: ⁊ ille qui occidit decapitet̄: hec determinat lex humana: ita ꝙ lex scripta humanit⁹ adinuēta est ꝯclusio ⁊ determinatio legis nō scripte. s. legis nature. Hec bea. Tho. pma scđe. q. xcv. ar. ij. vtrū lex scripta: a lege nō scripta ⁊ naturali deriuet̄ in cor. q. iuxta finē.

## ¶ Qđ necessarium fuit esse leges humanas ⁊ quare. CAP. XII.

Ecūdo circa legē scriptā humanā ꝯsiderare debemus profectū. vtile enī ⁊ necessarium fuit aliquas leges ab hominib⁹ poni: ⁊ hoc vt ꝑ leges homines ad virtutē ⁊ pacē inducerent̄. Cui⁹ ratio ē quia homini naturaliter inest quedā aptitudo vel dispositio ad virtutē. Sed ꝑfectio vel ꝯplementū virtutis homini inest ꝑtripliciter: vel ꝑ monitiones: vel ꝑ leges: qđ patet ex diuersa ꝯpositione hominū. Nā aliq̄ sunt proni ad actus virtutū: vna ex trib⁹ causis: vel ex bona dispositione nature: vel ex bona ꝯsuetudine: vel magis ex diuino munere. s. diuine gratie. ⁊ talibus sufficit disciplina que est a monitione. Aliqui enī alij sunt ꝓterui ⁊ ad vitia ꝓni: qui verbis de facili moneri nō possunt. ⁊ tales vt metu pene fierēt virtuosi fuit necessaria lex hūana tāꝙ̄ disciplina metu pene. vnde Isidorus libro. v. etymo. ca. xx. quare facta est lex sic ait: Facte autem sunt leges vt earū metu humana coerceret̄ audacia. tutaq; sit inter improbos innocētia: ⁊ in ipsis improbis formidato supplicio refrenet̄ nocendi facultas. Patet igitur ꝙ necessarium fuit leges humanas cōdere: ad hoc vt mali: proterui: discoli: qui nō amore: sed timore pene ad virtutē ⁊ pacem inducerent̄. Et merito: quia sicut homo si sit perfect⁹ virtute est optimū animaliū: ita si sit separatus a lege: iusticia ⁊ virtute: est pessimū animaliū: eo ꝙ homo habet arma rationis ad explendas ꝯcupiscētias ⁊ seuicias que nō habent alia animalia. Hec beat⁹ Thomas pma scđe q. xcvij. arti. j. vtrū fuit vtile alias leges ab hominib⁹ poni. argu. ꝯtra. ⁊ in cor. solu. per totū.

## ¶ Qđ quattuor sūt effect⁹ humane legis ⁊ quare. CA. XIII.

Ertio circa legē humanā ꝯsiderare debem⁹ effectū. nā quattuor sunt effect⁹ vel act⁹ humane legis. s. precipe: ꝓhibere: ꝑmittere: punire. Hoc autē dupliciter ꝓbo. s. auctoritate: ⁊ rōne. Primo auctoritate Isidori. v. lib. etymo. ca. xix. q̄d possit lex: sic dicēs: Ois autē lex aut ꝑmittit aliquid vt vir fortis petat premium: aut vetat vt sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit vt qui cedem fecerit capite plectatur. eius enim premio aut pena vita moderatur humana: aut precipit vt diliges dominum deum tuū ⁊ filia.
Scđo hoc idē ꝓbo ratiōe sic: Precepta legis sunt de actib⁹ humanis in q̄b⁹ lex dirigit. Sūt autē tres differētie actuū humanoꝝ. Quidā sunt boni ex genere: sicut sūt act⁹ virtutū. ⁊ respectu hoꝝ prim⁹ effect⁹ vel act⁹ legis ē impare vel ꝑcipe: lex enī ꝑcipit oēs act⁹ virtutū: vt dicit̄ v. ethi. ⁊ infra patebit. Quidā vero sunt act⁹ mali ex suo genere: sicut sunt act⁹ vitiosi: ⁊ respectu hoꝝ scđs act⁹ legis est ꝓhibere. Quidā. n. sūt indifferētes ex suo genere ⁊ respectu hoꝝ terti⁹ actus legis ē ꝑmittere. Id autē ꝑ qđ lex inducit ad hoc ꝙ sibi obediat̄ ē timor pene: ⁊ ꝙ̄tū ad hoc ponit̄ quart⁹ effect⁹ legis. s. punire. Consulere autē qđ est respectu melioris boni non est ꝓprius effectus legis: sed pōt etiā ꝑtinere ad ꝑsonā priuatā cui⁹ nō est cōdere legē vt. ē. patet. vñ etiā apl's. j. ad corinth. vij. cū ꝯsiliū daret dixit: Ego autē dico nō dñs: de virginib⁹ ꝯsiliū do: preceptū dñi nō habeo. ⁊ ideo ꝯsiliū non ponitur inter effect⁹ vel act⁹ legis. Hec bea. Tho. pma scđe. q. xcij. arti. ij. vtrū effectus legis sunt quattuor supradicti: argu. ꝯtra: ⁊ in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu. Ubi nota ꝙ similiter ꝑmiare non ponit̄ actus legis sicut punire. Cui⁹ ratio ē q: ꝑmiare sicut ꝯsulere pōt etiā ad quēlibet ꝑtinere. sed punire nō ꝑtinet nisi ad ministrū legis cui⁹ auctoritate pena infert̄: vt dicit bea. Tho. ibidē: in solu. iij. argumē.

## ¶ Qđ oēs subijciunt̄ legi hūane. CA. XIIII.

Uarto circa legē humanā ꝯsiderare debemus subiectū: vtrum. s. omēs subijciantur humane legi. Ad quā questionē respōdeo ⁊ dico ꝙ boni ⁊ mali subdunt̄ humane legi: differēter tamē. qđ tripliciter ꝓbo. s. distinctiōe: ratione: similitudine vel exēplo.
Primo hoc probo distinctiōe. Habet enī lex duplicē virtutē. s. directiuā inquantū est regula actuū humanorum: ⁊ virtutē coactiuā. ⁊ hanc habet ex principis potestate cui⁹ est ꝑ ministros inferre penas: ita ꝙ aliq̄s dupliciter potest esse subiect⁹ legi: vno modo sicut regulatū dirigēti. alio modo sicut violētatū cogēti. Primo dico ꝙ aliq̄s subijcit̄ legi sicut regulatū dirigēti. ⁊ h̄ modo homines virtuosi ⁊ iusti subdunt̄ legi inquantū voluntarie ⁊ amore iusticie subijciunt̄ hūane legi. Scđo aliq̄s subijcit̄ hūane legi sicut coactū cogēti. ⁊ h̄ mō hoies iusti ⁊ v̄tuosi nō subijciūt̄ legi: ſ; soli mali. Ratio hui⁹ ē: q: qđ est coactū ⁊ violentū: est ꝯtrariū volūtati. volūtas autē bonoꝝ ꝯsonat legi a q̄ voluntas maloꝝ discordat. ⁊ iō f̄m h̄ boni nō sunt sub lege: ſ; soli mali. Scđo ꝓbo hoc idē ratiōe sic: Qđ enī aliq̄s nō subdat̄ alterius potestati dupliciter potest ꝯtingere. Uno mō q: ab eius iurisditione ⁊ subiectiōe est simpliciter absolut⁹: vñ illi q̄ sūt de vna ciuitate vel regno: nō subdunt̄ legib⁹ pncipis alteri⁹ ciuitatis vel regni. Alio mō q: regit̄ lege maiori vel superiori vt qui subijcit̄ impatori ⁊ ꝓcōsuli: nō tenetur obedire ꝓcōsuli ꝯ̄ impatoris ꝓceptū. Et f̄m hec duo

q2 lex spūs est supioz omni lege hūanitatis posita: ideo viri spuales fm hoc q lege spūssancti ducūt nō subijciūtur legi humane q̄tū ad ea que repugnant ductioni spiritussancti. fm illud apl'i ad Ro. viij. Quicunq3 spū dei aguntur hi filij dei sunt. S3 q̄tū ad hoc qd ē de ductu spiritussancti hoies spuales legibus humanis subduntur.

Tertio hoc pbo silitudine sic. Quia aliter filius ē sub ptāte patris τ aliter seruus. nam filius subijcit patri voluntate τ amore obediendi. τ hoc mō iustus ē subiect⁹ legi. vñ in psal. In lege dñi fuit voluntas eius. Et simili' xps sicut dicit apl's ad Gala. iiij. Misit deus filiū suum factū sub lege. Alio mō est seruus subiectus patri. s. necessitate. timore pene coact⁹. τ hoc modo mali subijciūtur legi: nō aūt boni τ virtuosi. vñ. j. ad Thimo. j. dr: Justo nō est posita lex. s. coactiua: q2 ipi sunt sibi lex dū voluntarie ondunt opus legis scriptū in cordibus suis: vt dicit apl's ad Ro. ij. Sed forte argues in oppositū. s. q nō oēs subijciunt' hūane legi tali rōne: Qui est solut⁹ a lege nō subdit' legi. sed iurisptus dicit q princeps legis est solutus a lege. ergo princeps legis nō subijcit' legi. Rñdeo τ dico q esse solutū a lege pōt intelligi dupliciter. Uno mō q̄tū ad violentiam vel penā. τ sic princeps est solutus a lege: q2 nullus pprie cogit' a seipo: et nullus pōt in seipsum iudiciū cōdemnatiōis facere vl' inferre si otra legem agat. vñ sup illud psal. Tibi soli peccaui τc. dicit glo. Quia rex non habet hominē qui sua facta dijudicet. Scdo aliquis pōt intelligi subiectus legi inquantū lex habet vim directiuā vel q̄tū ad legis obseruantiam. τ sic princeps nō est absolutus a lege. quod tripliciter pbo. Primo p id qd dr extra d cōsti. ca. oēs: Qd quisq3 iuris in altero statuit: ipe eodē iure vti debz. Scdo hoc idem pbo auctoritate sapientis qui sic dicit: Patere legem quā ipse tuleris. Tertio hoc idē pbo auctoritate saluatoris qui improbat his qui dicunt τ non faciunt: τ qui alijs onera grauia imponunt: τ ipi nolūt ea mouere vt dicit' Math. xxiij. Hec b. Tho. prima scde q. xcvj. arti. v. vtrū oēs homies subijciant' humane legi: in cor. q. τ in solu. argu.

℄ Qr lex hūana si ē iusta obligat: alias nō. CA. XV.

a D maiorē tñ euidentiā pdictoꝝ pter ea que dicta sunt de lege hūana: circa legē humanā cōsideranda sunt quattuor. s. cōditio laudabilis: obligatio inuiolabilis: mutatio vtilis: dispensatio rōnalis.

Primo circa humanā legē cōsideranda ē cōditio laudabilis vt n. dicit Isido. li. v. etymo. ca. iij. lex vt bene ponatur tres principales cōditōes habere debet. vñ sic ait: Lex est omne iam qd rōne cōstiterit duntaxat: q religioni cōgruat: q discipline cōueniat: q saluti pficiat. Prima cōditio legis hūane est q religioni cōgruat: qd lex facit qñ est pportionata legi diuine. Scda cōditio est q discipline cōueniat: qd lex humana facit qñ est pportionata legi nature. Tercia cōditio ē q saluti pficiat: quod lex humana facit qñ est pportionata vtilitati hūane. Finis aūt hūane legis est vtilitas cōitatis sicut eius iurispitus dicit. Et ideo p respectū ad cōem vtilitatē hoīm Isido. vbi. s. ca. xxi. quales fieri debeant leges: pdictis trib⁹ cōditōibus addit alias tres cōditōes. Est aūt lex humana honesta: iusta: possibilis: fm naturā: fm cōsuetudinē patrie: loco: temporiq3 cōueniens τc. Que cōditiōes ad tres pdictas primas reducunt'. qd sic patet: Nā ista conditio legis q̄ ē q lex debet eē honesta: reducit' ad primā q̄ est q lex dz eē talis q religioni cōgruat. Et ista q̄ additur q lex dz eē iusta. refert' ad secundā principalē: q̄ ē q lex debet esse talis vt discipline cōgruat. Et ista que subiungit' q lex debet esse possibilis: refert' ad tertiā principalē que est: q lex debet esse talis q saluti pficiat. Debet. n. lex hūana vniculq3 eē cōueniens fm suā possibilitatē obseruata etiā possibilitate nature: q2 nō sunt eadē iponēda pueris q̄ imponunt' senib⁹. Hec b. Tho. prima secunde. q. xcv. arti. iij. vtr Isido. qualitatē legis ponēde ouenienter describat. argu. ō τ in cor. q. τ in solu. argu.

℄ Qr lex hūana tres cōditōes dz hre. CA. XVI.

f Ecūdo circa legē hūanā osiderāda ē obligatio inuiolabilis. vtrū. s. lex hūana imponat necessitatē in foro oscientie ad obseruātiā sui. Rñdeo τ dico q leges hūanitus posite aut sunt iuste aut iniuste. Primo. n. leges hūane sunt iuste ex trib⁹. s. ex fine: ex auctoritate: ex discretōe. Primo sunt iuste ex fine: puta qñ sunt ordinate ad bonū cōe. Scdo sunt iuste ex auctoritate: puta qñ ptātē facientis nō excedunt. Tercio sunt iuste ex discretōe: puta qñ discrete τ pportionabilit' onera fm oditōem τ facultatē multitudīs iponunt' ad bonū cōe. Et in his trib⁹ casibus leges hūane hñt vtutē obligādi a lege eterna a qua deriuāt'. fm illud pverb. viij. Per me reges regnant τ legū oditores iusta decernūt. Scdo dico q lex hūana ē iniusta duob⁹ modis. Primo cū cōtrariat' cōi bono: qualis ē lex tyrānoꝝ. τ talis lex nō obligat in foro cōscientie. nisi pter vitādū scādalū. pter qd hō dz cedere iuri suo: vt dicit' Math. v. Qui angariauerit te mille passus vade cū eo alia duo. Scdo lex hūana ē iniusta cū ōriat' bono diuino. s. cū ad idolatriā vl' ad aliqd ō legē dei induceret. τ tales leges nullo mō obseruare licet: q2 vt dr Actu. v. Obedire optet deo magis q̄ hoibus. Hec b. Tho. prima secūde. q. xcvj. arti. iiij. vtrū lex hūana iponat necitatē in foro osciētie ad obseruātiā sui in cor. q. p totū. S3 forte q̄res vtrū osuetudo possit obtinere vim legis: aut legē amouere. Rñdeo τ dico q lex hūana a volūtate hoīs rōe regulata pcedit. vñ sicut aliqs manifestat volūtatē suā verbo: ita facto. τ idō cū aliquid multotiēs fit: videt' ex deliberato rōnis iudicio puenire. Et fm hec osuetudo rōnalis hz vim legis τ legē abolet τ ē legū interptatrix. vñ Aug. dicit in epl'a ad casulanū: Mos inquit populi dei τ instituta maioꝝ p lege sunt tenenda. τ sicut puaricatores legū diuinarū: ita contemptores cōsuetudinū eccl'iasticaꝝ sunt coercendi. immo plus dico: q multitudo aut hz ptātē sibi legē facere: aut nō. Si hz: tunc cōsuetudo multitudinis habentis ptātē sibi odēdi legē plus ē q̄ auctoritas principis: qui nō hz ptātē odēdi legē nisi inquātū gerit psonam multitudīs. Si vō multitudo nō habeat ptātē odendi legē: ipa osuetudo in mltitudie puales obtinet vim legis inquātū tolerat' p eos ad quos ptinet multitudini legē imponere. Hec b. Tho. prima scde. q. xcvij. arti. iij. vtrū osuetudo possit obtinere vim legis: argu. otra: τ in cor. solu. τ in solu. iij. argumenti.

℄ Que ē osuetudo rōnalis q̄ obligat. CA. XVII.

a D maiorem tñ euidentiā pcedentis capituli est sciendū: q vbicunq3 ius deficit sp ē tenenda cōsuetudo si consuetudo est rōnalis. Si aūt cōsuetudo est irrōnalis τ iniqua: nullatenus est tenēda vl' seruanda. Ubi nota: q consuetudo rōnalis est que a iure pbatur et quam eccl'ia romana seruat τ precipit obseruari. τ talis cōsuetudo hz vim legis: τ est legū interptatrix: vt Hostien. τ Greg. dicunt. Et idē dicit. b. Tho. prima secunde. q. xcvij. arti. iij. in cor. solu. in fine. Cōsuetudo aūt irrōnalis τ iniqua intelligit' quatuor modis. primo qñ ē cōtra eccl'ie libertatem: vel otra canonica instituta. secūdo qñ ē cōtra supioris obedientiā. tertio qñ ē otra generale interdictū. quarto qñ est onerosa τ q̄ multū ledit. τ sic omnes tales osimiles leges sunt radicitus

extirpāde. Qui autē tales leges vel talia statuta ↄdunt sex mala incurrūt. Primo enī ipso iure eorū leges nō valēt. Scdo faciētes ⁊ ↄsentiētes mortaliter peccāt: ⁊ eorꝫ heredes nisi destruāt: nulla ↄsuetudine obstāte. Tertio sunt ipso iure excōmunicati. Quarto ↄditores talium legum ad restitutionē tenenť: quādo alij occasione talis statuti vel legis damnificanť. Quinto qui inducūt aliquē rectorē vel principē ad ↄdendū tales leges vel talia statuta tenenť in solidū. Sexto obseruantes tales leges peccāt mortaliter: ⁊ ad restitutionē obliganť omniū eorum que sunt lucrati occasione taliū legū. Hec in sum. cōfessorū li.ij.titu.v.de legib᷒.q.ccv.

¶ Qr lex naturalis ē immutabilis: lex vero humana est mutabilis. CAP.XVIII.

Tertio circa legē humanā cōsideranda est mutatio possibilis: vtrū.s.mutari possit. Ubi nota ꝙ aliter se habet de lege naturali ⁊ aliter de humana: qr lex naturalis est immutabilis. qđ ꝓbo duplici rōne. Prima ē talis: Lex naturalis est ꝑticipatio diuine legis. sed diuina lex ē immutabilis. ergo lex naturalis est lex immutabilis: ⁊ hoc ex ꝑfectione diuine legis vel rōne instituētis naturā. Scda ratio est talis: Lex naturalis cōtinet quedā precepta vniuersalia ⁊ affirmatiua: vt quecūqꝫ vultis faciāt vobis homines ⁊c. ⁊ quedā negatiua vt qđ tibi oderis fieri ⁊c. sed hec omīa ⁊ similia sempꝫ permanēt nec aliquā mutari possunt. ergo ⁊c. Scdo dico ꝙ lex humana ē mutabilis. qđ quintupliciter ꝓbo. Primo ex pte humane rōnis sic: Lex humana ex ratione causať humana. sed humana ratio est mutabilis de ꝑfecto ad perfectū. ergo ⁊c. Scdo hoc idē ꝓbo ex pte hominū qbus dať ꝙ sunt mutabiles. ⁊ ideo sm diuersas cōditiones qbus mutanť: lex mutari potest ⁊ debet. Tertio hoc idē ꝓbo sic: Lex humana ↄtinet quedam ꝓcepta ꝑticularia. sed talia scdm diuersos casus q emergūt sunt mutabilia. ergo lex humana ē mutabilis. Quarto hoc idē probo similitudine: qr sicut in scientijs speculatiuis illi q primo philosophati sunt: quedā imperfecte tradiderūt que ꝑ posteriores sunt magis perfecte tradita: ita etiā in opabilib᷒: primi q intenderūt aliquid vtile ciuitati vel vtilitati nō valētes omīa ex seipsis cōsiderare: quedā impꝫfecta ⁊ in multis deficientia instituerūt: que posteriores mutauerūt instituētes aliq magis ꝑfecte que i paucioribus possent deficere a cōmuni vtilitate. Quīto hꝯ ꝓbo auctoritate Augustini i li. de lib. arbi. dicētis: ꝙ lex tpalis q̃uis iusta sit cōmutari tñ per tpa iuste pōt. ⁊ hoc ex supradictis causis. Hec beat᷒ Thomas pma scđe.q.xcvij.arti.j.vtrū lex humana mutari possit. argu.3: ⁊ in cor. solu. ⁊ i solu. pmi arg. Sꝫ forte queres ꝑ qua causa vel ꝑ quo tpe lex humana mutari debeat: Rñdeo ⁊ dico ꝙ leges humane nō sunt mutāde ꝑ quacūqꝫ melioratiōe. Cui᷒ ratio est. qr ipsa legis mutatio quantū in se ē: est quoddā detrimentū cōis salutis: qr ad obseruātiā legū plurimū valet ↄsuetudo: intantū ꝙ ea que cōtra ↄsuetudinē fiūt: etiā si sint leuiora de se grauiora videnť: vnde quādo lex mutať diminuitur vis seu virt᷒ ↄstrictiua legis inquantū tolliť ↄsuetudo. Unī in decretis diciť. di.xij. Ridiculū est ⁊ satis abhominabile vt traditōes quas antiquit᷒ a patrib᷒ suscepimus frāgi patiamur ꝑ quacūqꝫ pua melioratione. Et ideo nūqꝫ lex humana mutari debet nisi ex vna parte tantū recōpenseť cōi vtilitati: quantū ex ista pte derogať. Qđ quidē ex duob᷒ ↄtingit. Primo ex maxima ⁊ euidētissima vtilitate que ex nouo testamento ꝓuenit. Scdo ex maxia necessitate. s. ex eo ꝙ lex ↄsuetā aut manifestā iniquitatē ↄtinet: aut eius obseruatio plurimū est nociua. Unī diciť a iurispito: ꝙ in reb᷒ vel legib᷒ nouis ↄstituēdis euidēs debet esse vtilitas vt recedať ab eo iure: qđ diu equū visū est. Hec bea. Tho. pma scđe q.xcvij.arti.ij.vtrū lex humana sempꝫ qū aliqđ meli᷒ occurrit sit mutāda: argu. ↄtra. ⁊ in cor. q.

¶ Qr rectores multitudinis possunt dispēsare i humana lege ⁊ hoc in duobus casibus. CAP.XIX.

Quarto circa legē humanā ↄsiderāda est dispēsatio rationabilis: vtrū.s. in lege humana possit fieri dispēsatio: ⁊ quis dispēsare pōt. Rñdeo ⁊ dico: ꝙ ille q habet regere multitudinē: habet potestatem dispēsandi in lege humana que sue auctoritati cōmittiť: vt licētiā tribuat ne ꝓcepta fueriť. Et hoc in duobus casib᷒. Prim᷒ casus est qū per hoc preceptū impeditur aliqđ melius: vt verbigratia: sicut si in ciuitate obsessa statuať lex: ꝙ porte ciuitatis maneāt clause: hoc ē vtile cōi saluti vt in plurib᷒. Si tñ cōtingat casus ꝙ hostes insequanť aliquos ciues ꝑ quos ciuitas conseruatur: dānosum esset ciuitati nisi eis porte aperirenť. ⁊ iō in tali casu apiende essent ↄtra verba legis: vt cōis vtilitas seruareť quā legislator intēdit. Hunc casum ponit bea. Tho. prima scđe. q.xcvi. arti.vi. vtrū liceat ei q legi subdiť preter verba legis agere: in cor. solu. Scđs casus in quo ꝓceptū vel lex seruari nō debet est: si ꝑ hoc quis induceret ad malū si seruareť. verbigrā: lex precepit vt mutuū reddať: sed ꝙ mutuū nō reddať ꝓditori prouincie: vel aliqđ hmōi. ꝑ principē dispensať. Hūc casum ponit bea. Tho. prima scđe. q.xcvij. arti.iiij. vtrū rectores multitudinis possint in legib᷒ humanis dispensare: in cor. solu. ⁊ in solu.iij. argu. vbi ponit hūc casum.

¶ Quis potest humanā legē condere ⁊ epilogatio aliquorū premissorum. CAP.XX.

Si autē predicta breuius vis ↄcludere dicas: ꝙ circa legē humanā ↄsideranda sunt quatuor. s. quis sit ↄditor: obseruator: interꝑtator: dispensator humane legis. Primo circa humanā legē nota quis sit ↄditor vel institutor humane legis. Et quātum ad hoc dico: ꝙ legē cōdere nō ꝑtinet ad priuatā personam: sed solū ad multitudinē vel ad ꝑsonā publicam. s. ad principē qui toti᷒ multitudinis curā gerit. Hoc autem tripliciter probať: vt patet supra Lex.iij.ca. Re.ibi. Scđo nota quis sit obseruator legis humane. Ad hꝯ dico: ꝙ omēs homines subdunť legi: sed differēter tamen: qđ de omnib᷒ ptꝫ. Nā homines virtuosi subduntur legi spōte. i. amore iusticie: ⁊ nō coacte. i. nō timore pene: eo ꝙ volūtas bonorū spōte ↄsonat ⁊ obedit legi vt dirigēti. i. inquantū lex vt regula habet vim directiuaꝫ ⁊ nō coactiuam timore pene. Mali vero ecōuerso subdunť legi inuite vel coacte. i. timore pene subdūtur legi vt cogēti ⁊ nō vt dirigēti. qđ patet: quia omne coactum ⁊ violentū est contrariū voluntati. ⁊ ideo volūtas malorū discordat a lege. Exemplū borū ostendiť de filio ⁊ de seruo: quorū filius obedit patri spōte nō coacte. s. amore ⁊ non timore. seruus vero ecōtrario facit. Similiter viri spirituales qui spiritu dei ducuntur: vt dicit apostolus ad Ro.viij. subdunť humane legi quantū ad ea que nō repugnāt diuine legi. ⁊ hoc est ex ductu spiritussancti. non autē subdunť humane legi quantuꝫ ad ea que repugnāt diuine legi: qr tunc repugnarēt ductioni spiritussancti: ⁊ tunc nō essent viri spirituales. Similiter princeps qui est cōditor legis non subdiť legi humane quantū ad hoc ꝙ lex habet vim coactiuā vel inferre penā: sed quantū ad hoc ꝙ lex vt regula habet vim directiuā ⁊ quantū ad obseruantiā. Hec beatus Tho. prima scđe. q.xcvj. arti.v. vtrū omnes homines subijciātur

humane legi: in cor.q.⁊ in solu.argu. Re.supra lex.xiiij.
ca. Tertio nota quis sit interpretator humane legis.
Et dicendum ad hoc dico: ꝙ ad solos principes ꝑtinet inter/
pretari leges: in illis casibꝰ in quibus subditi possunt age
re ꝑter verba legis. Qḋ tali ratione ostēdo: Illi soli ha/
bent interꝑtari quid sit vtile ⁊ quid inutile cōmunitati: q
habēt ꝑpendere de bono cōi.sed hoc.s.ꝑpendere de bono
cōi pertinet ad principes solū.ergo ⁊c. Hec beatꝰ Tho.
vbi supra.q.xcvi.ar.vi.vtrū ei qui subdit legi liceat age/
re preter verba legis: in cor.solu. Quarto nota quis pos
sit esse dispēsator humane legis. Ubi sciendū ꝙ dispen
satio ꝓprie importat ꝯmēsurationē alicuiꝰ cōis ad sin/
gula. Unde sicut gubernator familie dicit dispensator in/
quantū vnicuiqꝫ de familia cū pōdere ⁊ mēsura tribuit
⁊ operationes ⁊ necessaria vite: ita etiā in quacūqꝫ multi
tudine ille dicit dispēsator qui ordinat qualiter aliqḋ
preceptū cōmune sit a singulis adimplendū vel non ser
uandū. Contingit autē multotiēs ꝙ aliquod preceptuꝫ
obseruari est vtile cōi vtilitati vt in pluribꝰ. qḋ tamē in
aliquibus casibus ꝑticularibus obseruare maxime ē no
ciuū. In duobus autē casibꝰ princeps pōt ⁊ debet dispē
sare in lege: vt.s.licentiā tribuat vt nō seruet preceptum
legis. q casus patēt supra ca.ꝑcedēti immediate. Si au/
tem absqꝫ ꝑdictis casibꝰ vel rationibꝰ pro sola volūtate
licentiā tribuat ne preceptū seruet: aut erit infidelis in
dispēsatione: aut imprudēs. Infidelis quidem si in rela
xādo preceptū nō habeat intentionē ad bonū cōmune.
Imprudēs autē si ratiōnē dispēsandi ignoret. ꝓpter qḋ
dn̄s dicit Luce.xij. Quis putas ē fidelis ⁊ prudēs dispē
sator ⁊c. Hec bea. Tho.prima.ij.q.xcvij.arti.iiij.vtrū re
ctores ciuitatis possint in legibꝰ humanis dispēsare: in
cor.solu. Re.ca.precedēti immediate. ❡ De necessa
riū fuit supra legē nālē esse legē hūanaꝫ. CA.XXI.

Ut autē de lege humana cōpletius agamꝰ: circa
legē humanā quatuor ꝯsiderare debemus.s.ne
cessitatē existētie: integritatē cōuenientie: vtili/
tatem influētie: multiplicitatē efficacie. Primo circa
legē humanā ꝯsiderare debemus necessitatē sue existē
tie. fuit enī necesse supra legē naturalē esse legē hūanaꝫ
⁊ hoc duplici ratiōe.s.ꝑpter ꝯpletionē ⁊ ꝑpter correcti
onē. Prima ratio ē ꝑpter cōpletionē. q: ꝑ legē scriptaꝫ
suppletū est qḋ deerat legi nature: vt verbi gratia: lex na
ture dictabat in generali ꝑcepta affirmatiua esse necessa
rio adimplēda: vt quecūqꝫ vultis faciāt vobis homines
⁊ vos eadē facite illis: ⁊ ꝑcepta negatiua necessario esse
cauēda: vt qḋ tibi oderis fieri: caue ne alteri feceris. Et
sub hac generalitate multa ꝑticularia ꝯprehendunt: vt
nō occidas: nō falsum testimoniū dicas: ⁊ cetera huiꝰōi
que ponit lex nature in generali. sed lex scripta ponit in
speciali. ⁊ ideo lex scripta ē ad supplementū legis natu/
re. Scḋa ratio quare lex scripta ē humanitus adinuēta
est ꝑpter correctionē. q: lex nature quantum ad aliq̄ in ali/
quorū cordibꝰ tn̄ erat corrupta vt estimarēt esse bona q
sūt naturaliter mala: ideo talis corruptio indigebat cor/
rectione. vn̄ sup illud ecci.xvij. Addidit eis disciplinā ⁊ le
gē vite: dicit glo. legē littere quantum ad correctionē legis
naturalis scribi voluit. Hec bea. Tho. ꝑma scḋe.q.xciiij.
arti.v.vtrū lex nature mutari possit: in so.j.argu. Re.su/
pra lex.cap.ix.de lege naturali.
❡ De ad quālibet legem requirunt tria redintegrantia
ipsam ⁊ quare. CAP.XXII.

Ecūdo circa legē humanā ꝯsiderare debemꝰ in
tegritatē cōuenientie. Nā ad legē humanam vel
ad quālibet aliā cōcurrūt tria ꝯstituētia ⁊ inte/
grātia ipsam.s.auctoritas: veritas: bonitas: de quibꝰ pa

tet supra Lex.v.ca.in fine.
❡ De vtile fuit hominibꝰ alias leges poni ꝑpter duas
vtilitates. CAP.XXIII.

Ertio circa legē humanā ꝯsiderare debemꝰ vti
litatē influentie. vtile enī fuit aliquas leges ab
hominibus poni. ⁊ hoc ꝑpter duas ratiōes vel
vtilitates.s.ꝑpter virtutē: ⁊ ꝑpter pacē. Prima ratio est
ꝑpter virtutē: vt.s.qui nolūt esse virtuosi spōte vel amo/
re iusticie: fiāt virtuosi coacte.i.penarū timore. Secūda
ratio est ꝑpter pacē. nā lege humana etsi nō ꝓhibentur
oīa peccata vt patebit infra: ꝓhibent tamē illa grauio/
ra peccata quibus proximis iniuria irrogat: vt homici
dia: furtū: ⁊ huiꝰōi. sine quorū ꝓhibitiōe humana socie
tas seruari nō potest. Unde Isidorus lib.v.ety.c.xx.sic ait:
Ideo facte sunt leges vt earū metu humana coerceretur
audacia ⁊c. Re.s̄.Lex.xiij.ca.de ꝑfectu hūane legis. Et
lex humana homines ad virtutē inducit: q: vt dicit phi
losophus in lib.politicorū. Sicut hō si sit ꝑfectus virtu/
te est optimū aīalium: ita si sit sepatus a lege: priuatꝰ iusti/
cia ⁊ virtute: est pessimū oīm animaliū. Cuius ratio est:
q: habet arma rationis ad explēdas ꝯcupiscētias ⁊ ser/
uitia que nō habēt alia animalia. Si autē queris qḋ
sit melius: an induci ad virtutē ammonitionibus dulci
bus an legibꝰ: Rn̄deo ⁊ dico ꝙ homines bene disposi/
ti inducunt ad virtutē melius monitionibꝰ dulcibus q̄
les sunt monitiones paterne q̄ coactiōe.s.metu penarū
ꝑ leges. Sed quidā male dispositi ad virtutē nō inducū
tur nec a vitijs retrahunt nisi cogant. ⁊ ideo facta est di
sciplina legū. Scḋa ratio quare humane leges sunt posi
te est ꝑpter pacē. Re.supra codē ca. ⁊ vide ibi. Patꝫ igi
tur ex ꝑmissis ꝙ vtile fuit leges ab hominibꝰ poni ꝑ
pter duas causas. Prima ē vt ꝑterui ⁊ male dispositi ⁊
ad vitia ꝓni saltē metu penaꝝ desistāt malefacere ⁊ vir
tuose agāt. Scḋa ratio ē: vt tales etiā metu penarū alijs
vitā quietā reddāt. Hec bea. Tho.prima scḋe.q.xcv.ar.
primo: vtrū fuit vtile aliquas leges ab hominibꝰ poni:
argu.cōtra: ⁊ in cor.solu. ⁊ in solu.ꝑmi argu.
❡ De lex hūana triplicē habet virtutē. CA.XXIIII

Uarto circa legē humanā cōsiderare debemus
multiplicitatē efficacie. Habet enī lex humana
triplicē efficaciā vel virtutē.s.cohibēdi vitia: ꝑ
cipiēdi virtuosa opa: obligādi ꝯscientiā. Primo enī
lex humana habet efficaciam cohibēdi vitia. Ubi nota
ꝙ lex humana nō ꝓhibet oīa vitia a quibꝰ virtuosi ab/
stinēt. Re.rōnes huius ca.sequenti immediate de lege
diuina. sed solū ꝓhibet grauiora peccata a quibꝰ possi
bile ē maiorē partē multitudinis abstinere ⁊ precipue
illa que sunt in nocumentū aliorū sine quorū cohibitio
ne societas humana ꝯseruari nō posset. sicut homicidia
furta: ⁊ huiꝰōi. Hec bea. Tho.prima scḋe.q.xcvi. arti.ij.
vtrū ad legē humanā ꝑtineat omnia vitia prohibere: in
cor.solu.iuxta finē. Scḋo lex humana habet efficaci
am ꝑcipiēdi opa virtuosa. nā lex humana ꝑcipit actus
oīm virtutū. qḋ dupliciter ꝓbo.s.auctoritate: ⁊ ratione.
Primo auctoritate phi.v.ethi.qui dicit ꝙ lex precipit
fortes opa facere ⁊ que tempati ⁊ que māsueti. Similr̄
autē fm alias virtutes ⁊ malicias hec quidē iubēs: hec
autē ꝓhibēs. Scḋo hoc idē ꝓbo ratiōe sic: Lex ordina/
tur ad bonū cōe vt patet supra Lex.ca.ij. Sed nō est ali/
qua virtus cuiꝰ actus nō sunt ordinabiles ad bonū cōe
⁊ hoc vel immediate sicut cū aliqua fiūt directe ꝑpter
bonū cōe: vel mediate sicut cū aliqua ordinant a legisla
tore ꝑtinētia ad bonā disciplinā ꝑ quā informantur ci/
ues vt omne bonū iusticie ⁊ pacis ꝯseruēt. Hec.b. Tho.
ꝑma scḋe.q.xcvj.ar.iij.vtrū lex hūana ꝑcipiat actus oīuꝫ

virtutũ: argu. cõtra: ⁊ in cor. solu. ⁊ in solu. tertij argu. Tertio lex humana habet efficaciã obligãdi ꝯscientiã. Ubi nota ꝙ lex humana aut ẽ iusta aut iniusta. Primo enĩ si lex ẽ iusta imponit necessitatẽ homini in foro conscietie. Cui⁹ ratio est: q꞉ cum omnis ptãs humana sit a deo vt dicit ad Ro. xiij. Qui ptãti resistit in illis que ad ordinẽ ptãtis pertinẽt dei ordinationi resistit. ⁊ fm hoc efficit reus quantum ad ꝯscientiã. Scdo vero si lex humana est iniusta vel iniqua nõ obligat ad obseruantiã sui. Ubi nota ꝙ humana lex ẽ iniqua qñ est cõtra mandatũ dei. ⁊ tũc tali legi nõ est obediendũ: sed deo. quia vt dicit act. v. Obedire oportet deo magisꝙ hominibus. Scdo lex hũana ẽ iniusta qñ infert subditis grauamen iniustũ. ⁊ tũc tali legi nõ est obediendũ si sine scãdalo vl detrimẽto quis resistere possit. Patet ergo ex pmissis ꝙ triplex ẽ actus humane legis. s. cohibere vitia: precipere virtuosa: ⁊ obligare ꝯscientiã. Hec bea. Tho. pma scde. q. xcvi. arti. iiij. vtrũ lex humana imponat necessitatem homini in foro ꝯsciẽtie. in cor. solu. ⁊ in so. argu.

¶ Qr supra legem humanã necesse fuit esse legem scriptam diuinam. CAP. XXV.

Ostẽso de tribus legib⁹ s. de lege eterna: de lege naturali mẽti indita: ⁊ de lege scripta. s. de hũana visuz est supius: nũc dicendũ est de lege scripta. s. de diuina. Ubi nota ꝙ pter legẽ scriptã humanã necessariũ fuit ꝙ esset lex scripta. s. diuina. Et hoc ꝑpter quattuor rationes: quas tãgit dauid p illũ versum psal. Lex dñi immaculata ꝯuertens aias: testimoniũ domini fidele sapiam prestãs puulis. Prima rõ est ꝑpter cohibitionẽ omĩs criminis. Scda ratio ꝑpter directionẽ mẽtis. Tertia est ꝑpter certitudinẽ veritatis. Quarta ꝑpter adeptionẽ felicitatis. Prima ratio quare lex diuina supra naturalẽ ⁊ humanã fuit necessaria: est propter cohibitionẽ vel exclusionẽ oĩs criminis. vt enĩ dicit Augu. in lib. de lib. arbi. Lex humana nõ põt omnia mala que fiũt ꝓhibere vel punire: q꞉ dũ auferret mala omĩa sequeret ꝙ etiã multa bona tollerent: ⁊ impediretur vtilitas boni cõis: qd̃ est necessariũ ad cõuersationem humanã. vt ergo nullũ malũ ꝓhibitũ ⁊ impunituz remaneat: necessariũ fuit supuenire legẽ diuinã. ⁊ idõ dicit dauid: Lex dñi immaculata. i. nullã pmittẽs peccati turpitudinẽ. Scda ratio ẽ ꝑpter directionẽ mentis sic: De his põt homo legẽ ferre de quib⁹ potest iudicare. iudiciũ autẽ homĩs non põt esse de interiorib⁹ motibus volũtatis qui latẽt: sed solũ de exteriorib⁹ actibus q̃ apparẽt: ⁊ tñ ad ꝑfectionẽ virtutis requirit ꝙ in vtrisq꞉ actibus hõ rectus existat. Et ideo lex humana nõ potest cohibere ⁊ ordinare sufficiẽter actus interiores mẽtis. ⁊ ꝑpter hoc necessariũ fuit ꝙ supuenirer lex diuina ideo addit: Conuertẽs aias. q꞉ nõ solũ actus exteriores sed etiã interiores dirigit: ideo subdit: cõuertens aias.

Tertia ratio ẽ ꝑpter certitudinẽ veritatis sic: Homo absq꞉ oi dubitatiõe debet scire quid habeat agere ⁊ qd̃ vitare. Sed hoc p legẽ naturalẽ ⁊ humanã nõ potest scire. qd̃ patet ex hoc ꝙ de reb⁹ humanis ideo iudicia diuersa dant ꝑpter incertitudinẽ humani iudicij ꝓcipue de reb⁹ ꝯtingẽtibus ⁊ pticularib⁹ ex quib⁹ etiã diuerse ꝯtrarie leges inferũt. Ut ergo hõ absq꞉ vlla dubitatione scire possit q̃d ei agendũ sit ⁊ quid vitanduz: necessariũ fuit vt in actib⁹ ꝓprijs dirigeret p legẽ diuinaz: de qua ꝯstat ꝙ errare non põt. ⁊ ideo subdit: Testimoniuz dñi fidele: ꝑpter certitudinẽ veritatis. Quarta ratio est ꝑpter adeptionẽ felicitatis sic: Per legẽ homo dirigit actus ꝓprios in ordine ad finẽ vltimũ. Si autẽ homo ordinaret tñ ad finẽ naturalẽ qui nõ excederet ꝓportionẽ facultatis. s. naturalis homĩs sufficeret lex humana. sed q꞉ hõ ordinat ad finẽ supnaturalẽ. i. ad finem eterne beatitudinis q̃ excedit facultatẽ humane virtutis idõ ẽ necessaria lex diuina p quã homo ad finẽ eterne beatitudinis ordinat. ⁊ ꝑpter hoc dauid subiungit dicens: Sapientiã prestãs puulis. inquantũ ordinat hominem ad finẽ supnaturalẽ ⁊ diuinũ. Hec bea. Tho. pma scde q. xci. arti. iiij. vtrũ fuerit necessariuz esse legẽ diuinã in cor. solu.

¶ Qr lex diuina est duplex. CA. XXVI.

Sit autẽ sciendũ ꝙ aliter se habet de lege naturali: ⁊ aliter de lege diuina: q꞉ lex naturalis est vna omniũ vt dictuz est. s. Cui⁹ ratio est q꞉ lex naturalis dirigit hominẽ fm quedã precepta cõia in q̃bus conueniũt tam pfecti q̃ȝ impfecti. ⁊ ideo ⁊c. Lex vero diuina dirigit hominẽ in quibusdã preceptis pticularib⁹ ad que nõ similiter se habẽt pfecti ⁊ imperfecti. ⁊ ideo oportuit legẽ diuinã esse duplicem. s. veterẽ ⁊ nouam: que leges adinuicẽ distinguunt nõ sicut ea q̃ sunt omnino diuersa vt equus ⁊ bos: sed sicut pfectũ ⁊ impfectũ. Hoc autẽ duob⁹ modis ꝓbo. Primo ex pte sacerdotij sic: Ubi ẽ aliud ⁊ aliud sacerdotiũ: ibi est alia ⁊ alia lex. vel aliter: vbi ẽ duplex sacerdotiũ ibi est duplex lex: vt dicit apost. ad heb. vij. Trãslato sacerdotio est necesse vt trãslatio legis fiat. Sed in lege veteri fuit sacerdotiũ leuiticũ: in lege autẽ noua sacerdotiũ christi. ergo ẽ duplex lex. s. lex vet⁹ ⁊ lex noua. Scdo hoc idẽ probo ex pte exẽpli: q꞉ apostolus ad gala. iiij. compat legẽ veterẽ statui puerili existẽti sub pedagogo. legẽ autẽ nouã comparat statui viri pfecti qui nõ ẽ sub pedagogo. Ex quo exẽplo talem rationẽ formo: Sicut paterfamilias in domo alia mãdata ponit pueris: alia adultis: ita deus aliã legẽ dedit impfectis vt legẽ veterẽ: ⁊ aliam perfectis et manuductis per priorẽ legem ad maiorẽ capacitatẽ diuinorũ. Attendit autẽ perfectio ⁊ impfectio vtriusq꞉ legis q̃tum ad tria. Primo ex pte finis vltimi. s. boni: q꞉ lex vetus ordinabat directe homines ad bonũ sensibile ⁊ terrenũ. sed lex noua ordinat ad bonũ intelligibile ⁊ celeste. vñ statim christus in sue ꝑdicatõis ꝑncipio ad regnũ celorũ inuitauit dicẽs math. iiij. Pniam agite appropinq̃bit enĩ regnũ celoꝝ. Scdo ex pte officij: quia lex vet⁹ cohibet manũ. sed lex noua cohibet animũ. Tertio ex pte animi vel motiui: q꞉ lex vet⁹ inducebat hoĩes ad obseruãtiã mãdatorũ timore penarũ. lex autez noua hoc facit amore q̃ in cordib⁹ nostris p gratiã christi infundit fm apost. Hec b. Tho. pma scde. q. xci. ar. v. vtrũ lex diuina sit tñ vna. argu. cõtra: ⁊ in cor. solu. ⁊ in solu. pmi ⁊ tertij argu. Et q꞉ lex diuina est duplex eo mõ quo supius ẽ ꝓbatũ. s. lex vet⁹ ⁊ lex noua: ideo pmo agenduz ẽ de lege veteri. ⁊ postea agendũ est de lege noua.

¶ Qr lex vet⁹ fuit bona sed impfecte. CA. XXVII.

rō sit de⁹. Scdo: qz impossibile ē vires inferiores esse totali subiectiōe ad rōem. vt. s. rō pp eas nullaten⁹ impe diat' ab actuali ɔtēplatiōe: nisi in dño iesu christo qui si mul fuit viator z ɔprehēsor. Sz tñ p gratiā vie ita potest hō bono astringi q nō nisi valde difficulter peccare pōt p h' q virtutib⁹ infusis vires inferiores refrenant': z vo lūtas inclinat': z rō pficit' ex ɔtēplatione veritatis diui ne: cui⁹ ɔtēplatio ex feruoris amore pueniēs hoiem re trahit a peccato. sed totū qd deficit ad ɔfirmationem cō plectit' p custodiā diuine pudētie in illis qui ɔfirman dicunt': vt. s. qñcūqz occasio peccati se ingerit eor mens diuinit⁹ excitet' z adiuuet' ad resistendū. Sz forte ar gues in oppositū. s. q hō nec possit nec debeat in pñti vi ta ex diuia grā ɔfirmari i bono dupl'r. pmo: Gratia sup ueniēs nō destruit naturā sed pficit. cū igit' liberū ar. ho minis nāliter flecti possit ad malū: videt' q p gratiaz ei auferri nō possit. Rñdeo z dico q gratia ñ destruit na turā sed pficit. vñ qz ex defectu nature liberi ar. puenit q pōt in malū flecti: gratia hūc defectū a na aufert pfici endo nāz z ɔfirmādo eā in bono sicut pbatū est supius p exemplū de are z luce. Re. ibi. Scdo dato vel suppo sito q hō in pñti vita pōssit ex diuine grē dono ɔfirma ri i bono: arguo z ɔcludo q ɔfirmari i bono nō debet ta li rōe: Quādiu aliqs ē in statu merēdi. nō debet sibi sub trahi illō qd auget meritū. sed posse peccare ad meritū pficit. Unde in laudē viri iusti dicit' Eccl. xxxi. Qui po tuit trāsgredi z nō est trāsgressus z facere mala z nō fe cit. g qdiu hō est i statu vie in q pōt mereri nō dz liber arbi. ɔfirmari i bono. Et ɔfirmo h' idē exēpli similitudi ne sic: Sicut enī defect⁹ liberi ar. ē peccatū. ita defectus corpis ē corruptio. sed corp⁹ hoīs nō fit incorruptibi le i statu vie. g liberū ar. in statu vie nec pōt neqz debe ɔfirmari in bono. Rñdeo z dico q posse peccare nō fa cit ad meritū. sed ad manifestationē meriti inquātū oñ dit op⁹ bonū esse volūtariū. Et iō inter laudes viri iusti ponit' vt virtutis ei⁹ manifestatio. Scdo rñdeo ad exē plū corpis q corruptio corpis materialit' facit ad meri tū inquātū ea patient' aliqs vtit'. Et iō homini existen i statu merēdi p gratiā corruptio corpis ñ aufert': ita q nō est simile. Hec. b. Tho. i quest. disputa. de veritate. q. xxiiij. de libero ar. q. viij. vtrū liber ar. creature possit cō firmari in bono p donū gratie: in cor. so. z in solu. arg. Et ibidē. q. ix. vtrū lib. ar. hoīs i statu vie possit ɔfirmari in bono: i duob⁹ arg. cōtra: z in cor. solu. z i solu. v. z. vj. argumēti. ¶ Q liberum arbitriū viatoris nō po test esse obstinatum in malo. CA. XX.

Tertio dico q nō est libe. arb. obstinatū in malo. Ubi nota q liberū ar. esse obstinatū vel muta biliter firmatū in malo pōt intelligi duob⁹ mo dis. Uno modo q sit obstinatū in pñti vita. Alio modo q sit obstinatū in futura vita. Primo dico. q liberū ar. hois in statu pñtis vite nō pōt esse obstinatū in malo qd triplicit' pbo. s. auctoritate. similitudine: z rōne. Pri mo h' pbo auctoritate. Nā sup illo verbo aplī ad Ro. ij. Scdm durinā tuā z cor impenitēs Aug. dicit in lib. de verbis dñi z habet' in glo. q ista impenitētia vel cor im penitēs qdiu quisqz i hac carne viuit iudicari nō pōt. de nullo eni desperādū est qdiu patiētia dei ad pniam ad ducit. Et subdit: Pagan⁹ est hodie: iude⁹ infidelis ē ho die: heretic⁹ est hodie: scismaticus est hodie: quid si am plectat' cras catholicā veritatē vel pacē z sequat' catho licā fidē z veritatē: Quid si isti quos in quocūqz genere errors notas tāqz despatissimos dānas: anteqz finiant istā vitā agant penitentiā: in futuro inueniāt verā vitā: Nolite ergo anteqz tempus veniat iudicare. prebēdo. n.

patiētiā dominꝰ dat locū penitētie nolēs aliquē perire. id est digna morte facere vel adhuc dānare. Hec Augu. ibidē. Scōo hoc idē probo ratione sic: Qꝛ enī aliqs hō in statu vie nō possit esse ita obstinatꝰ quin ad suam liberationē opari possit: tali rōne ostēdo: Nam aut peccat ex rationis errore: aut ex passione: aut ex habitꝰ inclinatiōe. Primo enī si hō peccat ex ratiōis errore: qꝛ non in generali sed in pticulari errat: tūc ratio nō ita ptinaciter adheret falso: quin p contrariā rōnē a tali peccato auerti possit. Scōo si homo peccat ex passione: passio resoluitur ꝛ exprimitur: ꝛ sic a peccato auertit̄. Tertio si homo peccat ex habitus inclinatione: tūc qꝛ habitus animā totaliter nō corrūpit potest a peccato auerti. Et sic patet ꝙ quocūqꝫ modo vel motiuo aliquis incidat in peccatū potest penitere ꝛ liberari. Tertio hoc idē probo similitudine morbi. Nā morbꝰ aliquis potest esse incurabilis ꝓpter tres causas. Prima est ꝓpter naturam morbi. Scōa est ꝓpter imperitiā medici. Tertia propter indispositionē subiecti. Sed morbus spūalis hominis viatoris. s. peccatū nō est incurabilis ex prima causa. s. ex natura morbi: qꝛ nō peruenit ad terminū malicie. Nec iterum ex scōa causa. s. ex inexperientia medici: qꝛ deꝰ ꝛ scit ꝛ potest omne peccatū curare. Nec iterū ex tertia causa. s. ex dispositiōe hominis: qꝛ sicut per aliū in peccatū cecidit: ita p aliū resurgere potest. ergo hō in statu vie nullatenus pōt esse ita obstinatꝰ vel immutabiliter firmatꝰ in malo quin penitere possit ꝛ ita liberari. Ubi nota ꝙ obstinatio importat quandā firmitatē volūtatis in peccato quia a peccato reuerti nō pōt. Sed ꝙ aliquis a peccato reuerti nō possit pōt intelligi duobꝰ modis. Uno modo ꝙ vires sue nō sufficiūt ad hoc ꝙ a peccato totaliter liberent̄: ꝛ sic quilibet in peccatū mortale cadēs dicitur nō posse de peccato liberari ꝛ ad iusticiā redire. Sꝫ ex ista infirmitate in peccato nō dicit̄ aliquis ꝓpe obstinatus. Alio mō aliquis firmitatē habet in peccato: ita ꝙ nec coopari potest ad hoc ꝙ a peccato resurgat. ꝛ hoc duobꝰ modis. Uno mō ita ꝙ nō de facili possit coopari ad hoc ꝙ exeat de peccato. ꝛ hec est obstinatio impfecta qua aliqs potest esse obstinatꝰ in via vel in statu vie: dū. s. habet aliqs ita firmatā volūtatē in peccato ꝙ ī eo nō surgūt motꝰ ad bonū nisi debiles: tamē qꝛ aliqn surgūt ex eis dat̄ via vt preparetur ad gratiā ꝛ sic ē in via. Alio modo aliqs habet firmitatē in peccato: ita ꝙ nullo modo possit coopari vt a peccato resurgat. ꝛ hec est pfecta obstinatio qua demones sūt obstinati. Adeo enī est eorū mens firmata in malo: ꝙ oīs motus liberi ar. ipsorū est inordinatꝰ. Unde nullo mō possunt se ad habendā gratiā preparare per quā peccatū dimittant: vt patebit ca. imme. sequēti. Sed forte argues in oppositū. s. ꝙ aliquis in statu vie possit esse oīo obstinatꝰ in malo ꝙ nullo mō potest penitere tali rōe: Sicut esse ɔfirmatū ī bono ptinet ad gloriā sanctorū: ita esse obstinatū ꝛ immobiliter ɔfirmatū in malo ptinet ad miseriā dānatorū. Sꝫ aliqs in via pōt esse ɔfirmatus in bono: vt patet ca. precedēti. ergo pari rōne videt̄ ꝙ aliquis viator possit esse obstinatꝰ in malo. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ ɔfirmatio in bono fit ex diuīo dono: ꝛ ideo nihil ꝓhibet ex priuilegio speciali diuine gratie hoc aliqbus viatoribꝰ esse ɔcessum: qūuis nō hoc mō sint ɔfirmati in bono sicut beati in patria: vt. s. dictū est. hoc autē de ɔfirmatione in malo dici nō potest: vt ex pmissis patet. Hec. b. Tho. in questionibus disputatis de veri. q. xxiiij. de libe. ar. q. xi. vtrum libe. ar. homīs in statu vie possit esse obstinatū in malo in. ij. ar. cōtra. ¶ Qꝫ liberū arbi. alicuius creature post hanc vitā ɔfirmatū est ī malo. CA. XXI.

Ecūdo dico ꝙ liberū arbi. alicuiꝰ creature post hanc vitā est obstinatū vel immutabiliter cōfirmatū in malo qđ in generali tripliciter ꝓbo. s. auctoritate: ɔtrarietate: ratione. Primo hoc ꝓboꝰ auctoritate Damasceni sic dicētis: Qđ est hominibꝰ mors: hoc est angelis casus. sed homies post mortē non sunt capaces penitentie. ergo nec angeli post casum. Scōo hoc idē ꝓbo ex sui ɔtrarietate sic: Felicitati bonorū. s. beatorū opponit̄ miseria damnatorū. sed ad felicitatē beatorū ptinet ꝙ habēt liberū ar. ita firmatū in bono: ꝙ nullo modo possunt deflecti in malū. ergo etiā ad miseriā damnatorū ptinet ꝙ ita sint obstinati ꝛ ɔfirmati in malo ꝙ nullo modo possunt deflecti in bonū. Tertio hoc idē ꝓbo triplici rōe. Prima ē ex defectu penitētie sic: Nō patet redditꝰ de peccato in bonū nisi per pniam. sed ī agente malū ex certa malicia ꝛ decedēte, in ipso nō cadit penitētia. ergo ē immutabiliter ɔfirmatus in malo. Scōa ratio huiꝰ est ex defectu gratie sic: Sicut gratia superinfusa liberū arb. ɔfirmat̄ in bono: ita gratia exclusa liberū arbitriū ɔfirmat̄ in malo. sed ī eo qui in peccato mortali decedit ē priuatio ꝛ exclusio gratie. ergo talis sic decedens penitere nō potest. Tertio ꝓbo hoc idē ex defectu diuine iusticie: ꝛ sic formo rationē: Justicia diuina exigit vt sicut beatorū gloria est ppetua: ita dānatorū pena ꝛ miseria sit ppetua: qꝛ vt dicit̄ Math. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū: iusti autē in vitā eternā. ergo ipsorum demonū ꝛ dānatorū lib. ar. ita ē obstinatū in malo ꝙ ad bonū volendū redire nō pōt. Quarto ex dictis ɔfirmo hoc ex sufficiēti diuisione sic: Ad liberationē a peccato ɔcurrūt duo. s. diuina gratia principalit̄ operās: ꝛ hūana voluntas gratie cooperās: qꝛ sm̄ Aug. Qui creauit te sine te nō iustificabit te sine te. ꝛ iō causa obstinatiōis in malo quidē partim accipiēda ē a deo: ptim a libero ar. Prio enī ꝛ principalit̄ causa obstinatiōis in malo ē ex deo: nō sicut a faciēte vel ɔseruāte maliciā sed sicut nō largiente gratiā: qđ quidē iusticia dei deposcit. iustū est enī vt q̄ bene velle dū possent noluerūt: ad hāc miseriā deducantur. s. vt bn̄ velle oīo nō possint. Scōo causa reuersibilitatis vel irreuersibilitatis a peccato ē ex li. ar. inquantū demones p aliū nō ceciderūt: ꝛ ideo p aliū resurgere nō debuerūt. Hō vero qꝛ in fine vite nō penitet post mortē penitere nō pōt. Un̄ Aug. xxi. de ciuita. dei sic ait: Quis post hāc vitā decedētibus sine gratia locꝰ cōmunionis nō erit: nulla ꝓ eis fiet oratio. Sꝫ ɔtra videtur: ꝙ nullius creature demonis vel homīs liberū arb. sit ita obstinatū in malo qn redire ad bonum possit tali argumēto: Fortior ē charitas q̄ꝫ cupiditas ad peccatū pertrahens: qꝛ plus diligit charitas legē dei q̄ꝫ cupiditas milia auri ꝛ argēti: vt dicit glo. sup illud psalmiste: Bonū mihi lex oris tui ꝛc. Sed demones ꝛ etiā homies a charitate in peccatū ceciderūt. ergo multo fortiꝰ possunt a peccato redire ad charitatē ꝛ a malo in bonū. Rn̄deo duobꝰ modis. Primo ꝙ charitas fortior ē q̄ꝫ peccatū vel cupiditas si fiat compatio sm̄ eundē modū habēdi: vt. s. vtrūqꝫ accipit̄: vel vt in via vel vt in termino vie. sed si vnum accipiat̄ in via ꝛ aliud in termino vie nō est sic. qđ patꝫ: Quia charitas viatoris fortior est q̄ꝫ cupiditas viatoris vt patet ex glosa. Sed existēs in termino malicie firmiꝰ se hꝫ ꝛ firmiꝰ inheret q̄ꝫ exñs ī via ad charitatē. Scōo mō rn̄deo ꝛ dico: ꝙ demones vel nūqꝫ habuerūt charitatē sm̄ quosdā: vel si habuerūt nūqꝫ eā nisi sicut ī statu vie habuerūt. Hoīes aūt dānati similit̄ cadere nō potuerūt nisi a charitate vel gratia viatoris. Patet igit̄ ex premissis ꝙ liberū ar. tam demonū q̄ꝫ hominū dānatorum ita ē obstinatū ꝛ immutabilit̄ firmatū in malo ꝙ nullo

nō pōt flecti in bonū. Hec. b. Tho. in quest. disput. de veritate. q. xxiiii. de lib. ar. vtrum lib. ar. alicui⁹ creature possit esse obstinatū in malo: in arg. cōtra: et in cor. solu. et in so lu. xvi. arg. ¶ Qz liberum ar. debuit dari angelo et homini propter multa bona. CAP. XXII.

## Libertas arbitrii.

Preter ea que dicta sunt de libero ar. nūc etiā circa libertatē arbitrij ꝯsiderāda sūt tria. s. collatiōis vtilitas: distinctionis varietas: inuentionis inequalitas. Primo circa libertatē arbitrij ꝯsiderāda est collatiōis vtilitas. Querit eni Adeodat⁹ ab Aug. hāc questionē: Utrū liberū volūtatis arbitriū debuerit a deo dari vel ꝯferri. et arguit q nō tali rōe. Nō debuit a deo dari illud quo quisqz peccat. qz deus nulli peccati ē cā. sz liberū arb. est quo qsqz peccat. ergo et c. Et ꝯfirmo hāc rōem sic: Quicquid ē cā cause ē causa causati. ergo cū liberū ar. sit causa peccati: sed de⁹ est cā liberi ar. erit cā peccati. sed h est impossibile: ergo et primū. In cōtrariū vero arguit Aug. Omia bona sūt a deo. sed libera volūtas int bona ē numerāda: eo q libera volūtas est qua recte viuit. ergo et c. Rūdeo et dico q liberū ar. debuit dari a deo et angelo et homi. qd rōnibus similitudinib⁹: vtilitatib⁹ pbo. Prima rō est ex pte boni: et ē interrogatio Aug. ab Adeodato talis: Quid tibi meli⁹ esse videat in nobis: an illō sine quo recte viui pōt: an illud sine quo recte viui nō pōt. Rūdet Adeodatus: Quis. n. ambigat. i. lōge esse pstanti⁹ sine quo recta vita nulla ē. Aug⁹ Cū ergo in corpe ꝯcedas esse aliquid quo amisso tn ad recte viuendū impedit hō: volūtas libera tibi videt nullū bonū sine quo recte nemo viuit. Et ꝯfirmat p exemplū dicēs: Uides quātū bonū desit corpori cui desunt man⁹: et tn manib⁹ male vtit q eis seua vel turpia opat. Si aspiceres aliquē sine pedib⁹ fatereris deesse integritati corpis plurimū bonū: et tn qui eis vteret ad nocendū cuiqz vel seipm ad dehonestanduz male vti pedib⁹ nō negares. Quātū bonū deest in facie vbi desunt oculi: et tn oculis qs male vtit: et sic de alijs sensib⁹. Quēadmodū ergo ista pbas in corpe: et nō intuēs eos qui male vtunt in his laudas illū q hec dedit bona: sic liberā volūtatē sine q nemo pōt recte viuere oz esse bonū etiam diuinit⁹ datū: et poti⁹ eos esse dānandos qui hoc bono male vtunt qz eū qui dederit dare nō debuisse fateris. Scda rō est ex sufficiēti diuisione boni. Nā bonoꝝ quedā sunt magna: quedā sunt minima. quedā sunt media. Bona eni magna sunt quib⁹ recte viuit vt virtutes quib⁹ nulli⁹ male viuit. Cui⁹ ratio ē qz op⁹ virtutis est bon⁹ vsus istoꝝ quib⁹ nō male vti possum⁹. non eni bene vtēdo male viuit. Bona minima sunt vt species vel sensus quorūlibet corporū sine quibus recte viui potest Bona media sunt sine quib⁹ recte viui nō potest. vt potētie. volūtas ergo libera n bī videt nullū bonū: sine qua recte nemo viuit. Tertia ratio ē ex oñatione potentie q ē talis: Uolūtas libera bñ potest et male vti ceteris. quomodo ergo et ipsa int illa quibus vtimur numerāda nō sit. Sicut ergo ratio cognoscēs alia: cognoscit seipaz: et memoria tenēs oia alia tenet seipsam: ita et volūtas vtens omnibus libere male vel bñ seipsa vtit: quare volūtas que mediū bonū est cū inheret incōmutabili bono est bona qz libere inheret. cum vero auertit ab incōmutabili bono peccat: que tamē auersio et cōuersio quoniā nō cogitur sed ē volūtaria digna et iusta eā miserie pena subsequitur: qre abundātia et magnitudo bonitatis dei nō soluz magna. sed etiā media et minima bona esse pstituit. vñ magis ē laudanda bonitas ei⁹ in magnis qz in medijs: et in medijs qz minimis: sed magis i omnib⁹ qz si nō oia tribuisset. Hec Aug. in lib. de libero arb. ¶ Qz deus debuit dare liberū ar. angelo et homini ad pfectionē vniuersi.

CA. XXIII.

Secūdo dico q deus debuit dare liberū arb. ad pfectionē vniuersi. Sicqz. n. dixerit: nō erat tn difficile et laboriosū omnipotēti deo vt oia que cūqz fecit sic haberēt ordinem suū: vt nulla creatura vsqz ad miseriā puenīret. non eni est dicere et hoc aut impotēs non potuit: aut nō bon⁹ inuidit. Rñdeo et dico ordinez creaturarū a summa vsqz ad infimā ita gradib⁹ iustis decurrere: vt ille īuideat q dixerit ista nō esse: et ille inuideat q dixerit ista talia esse. Si eni talē vult esse inferiorē qualis ē nā vel creatura superior: iā illa ē et tāta ē vt adijci nō oz: qz pfecta ē. vbi gra: Qui diceret lunā debere esse sicut sol dupl'r errat. Uno mō: qa rez pfectiōi aliqd cupit adijcere cū desiderat alteꝝ solez. Alio mō qz pfectionez vniuersi vult minuere cū lunam vult detrahi. Sic a simili dici q de⁹ volūtatē nostrā debuit facere impeccabilē: vt sic esset absqz miseria: dupliciter erras. Primo. qz vis adijcere voluntati omne qd est impossibile cū illa sit pfectissima. Scdo: qz vis diminuere pfectionē vniuersi cū ēt illā nostra miseria ad pfectionē vniuersi faciat. defuisset autē huic pfectioni si bti semp essem⁹. Quaprop' si ad miseriā nisi peccādo non peruenit aia. etiā peccata nra necessaria sūt pfectiōi vniuersitatis quā ꝯdidit de⁹. qd. n. tā op⁹ hita mia qz miser. et qd tā indignū mima qz supb⁹ miser: Qd Aug. p exēpla pbat. Primū exemplū ē tale. Quid. n. tā magnū in domo ē qz hō: et qd tā abiectū et infimū qz cloaca dom⁹. Seruus tn i tali domo sua detect⁹ et mūdāde cloace dign⁹ habeat ornat domū ēt turpitudie sua. et vtrūqz boꝝ. s. seru⁹ et mūdano cloace faciūt ad pulcritudinē dom⁹. hic fit vt creatura supior peccās ceteris inferiorib⁹ puniat: qz ille tam sūt infime vt ornari etiā a turpibus animis possint: atqz ita decori vniuersitatis ꝯgruere. habitatiōi ergo celesti tales aia nō ꝯgruit p peccatū: terrestri aūt ꝯgruit p suppliciū.

Scdm exēplū ē tale: Si bonū viꝝ videris quē ad corp⁹ ignib⁹ ꝯcremari: qd iudicas: Nō h vocam⁹ penā peccati: sz fortitudinis et patiētie documētū. miramur quippe animi nām mutabilitate corpis nō mutari. At vero crudelissimi latronis membra cū tali supplicio ꝯfici aspicimus: approbam⁹ ordinē legū. ornāt ergo ambo illa tormēta. sz ille merito virtutis: iste peccati. At si post illos ignes vl ēt añ illos optimū illū viꝝ ꝯmutatū ad ꝯgruētia celestis hītatiōis ad sidera viderem⁹ attolli vtiqz letaremur Si aūt sceleratū latronē siue añ suppliciū siue ēt post suppliciū cū eadē malitia volūtatis ad sedē bonoꝝ sempiternā leuari viderem⁹ i celū. qs nō offēderet: ita ēt flectēti b⁹ volūtatē ad sinistrā ꝯstitutis dicet dñs: Ite maledicti et c. Et erigēti b⁹ volūtatē ad deū ad dexterā ꝯstitutis dicet: Uenite. et c. Hec Aug. in lib. de lib. ar. ¶ Qz de⁹ debuit dare hoī lib. ar. pp qttuor cās. CAP. XXIIII.

Tertio dico q vtile fuit et rationabile q deus daret liberū arbitriū et hoc propter quattuor causas. Prima ē ppter decorē vniuersi sic: Omnis natura bona est. et quare: quia ē a deo creata. sed natura volūtatis libera ē huiusmodi. ergo et c. Et si dicis quales fecit deus: Respondet Augu. dicēs: Naturas ergo omnes fecit deus non solū in virtute pmansuras atqz iustitia. sed peccaturas: nō vt peccarēt sed vt essent ornature vniuersum siue peccare siue nō peccare voluissent. Secūda ratio est ppter cōmendationē liberi arbitrij. nam omīs natura rōnalis cū libero volūtatis arbitrio: si manet in fruendo sūmo bono atqz incōmutabili bono. procul dubio laudāda est. et oīs que tēdit vt maneat etiā ipsa

laudāda est. Et p oppositū oīs creatura rōnalis cū libero volūtatꝭ arbitrio q̄ nō in eo manet ꝛ nō vult agere vt maneat in quātū ibi nō ē: ꝛ in quātū nō id agit vt sic vitupe rāda ē. Tertia huiꝰ rō ē ꝓpter laudē dei. Si ḡ laudatꝛ rōnalis creatura q̄ facta ē. nemo dubitat magis laudādū esse illū q̄ fecit eā. Et si vitupaꝛ nemo dubitet eiꝰ cōditorē in ipa eius vitupatōe laudari. Ratio aūt huius est. Cum. n. laudamus ꝓpterea creaturā rōnalem qm̄ creatore vult frui: nōne magis laudamus ipm creatorē quoniā ipe ineffabile bonū est. Et cū propterea eā vituperamus: qm̄ summo ꝛ incōmutabili bono. s. creatore suo frui nō vult: illum sine vlla dubitatōe laudamus: quantū ergo laudandus est creator omnium deus: sine cuius laude nec laudari possumus nec vitupari. quod patꝫ. Nō. n. vituperari possumus qꝛ in eo nō maneamus: nisi qꝛ magnū ꝛ summū ꝛ primū nostrū bonū ē manere ī illo. Vñ aūt hoc: nisi quia ille ineffabile bonū est. Quid ergo inueniri pōt in nostris peccatis vnde ille vitupetur qm̄ vituperatio nostroꝝ peccatoꝝ nulla est nisi ille laudetur? Quarta rō est ꝛ p̄cedētis cōfirmatio ex vitupatōe contrarij. Quicquid. n. in ipis rebus vitupaꝛ nō nisi vitiū vituperaꝛ. nullus aūt vituperaꝛ vitiū nisi cuius natura laudatur: omnis enī natura laudaꝛ. Omne quippe vitiū eo ipso ꝙ vitiū est cōtra naturā vituperaꝛ. Et quare vitiū? Certe quia nocet. si enī nō nocet nature: vitiū nec est. si aūt nocet: ideo vitiū est: quia cōtra naturā ē. Sꝫ forte queres: vtrū natura alterius: vitio alterius vitietꝛ. eq̄le enī ab equali vitiari vl̄ corrūpi nō pōt. Cuiꝰ rō ē: qꝛ quecunq̄ natura cū vitio ad eā q̄ sine vitio ē vt corrūpat accedit: eoipso nō equalis accedit: sꝫ infirmior vitio suo. potentior. n. ab inferiore si corrumpi nolit non corrūpitur. Si aūt corrūpi velit: prius incepit corrūpi vitio suo q̄ꝫ alieno. Qꝛ si nec sua nec aliena natura peccare q̄s cogiꝛ: restat vt ꝓpria voluntate peccet. ergo si vitupamus vitiū: laudamꝰ naturā ꝛ maxime creatorē nature. s. ipm deū. Quinta rō est ex obligatōe debiti sic: Omnis res vel natura que nō facit quod debꝫ vitupaꝛ ꝛ peccat: deꝰ autē nulli aliquid debet: qꝛ omnia gratuite p̄stat. ḡ natura peccatrix debet deo. Quere q̄d debeat deo? ꝛ inuenies recte factū. Quere q̄re debeat? qꝛ ab eo accepit posse recte facē cū velit. ab eo etiā accepit vt sit misera si nō fecerit: ꝛ beata si fecerit. Et qꝛ nemo supat leges oīpotētis dei: nō sinitꝛ aīa nō reddere debitū. Aut. n. reddit bene vtēdo q̄ accepit: aut reddit amittēdo q̄ vti bñ noluit. Debꝫ aūt si accepit ꝛ volūtatē liberā ꝛ facultatē sufficientissimā bñ vti ea in faciēdo iusticiā. Jta si nō reddit faciēdo iusticiā: reddit patiēdo miseriā. qꝛ ī vtroq̄ verbū illud debiti sonat. ḡ in eoipso ꝙ vitupaꝛ q̄ nō facit q̄ debet: nō nisi laudaꝛ ille cui debꝫ. Cuiꝰ rō ē: qꝛ si tu laudas vidēdo q̄d facere debes: quātomagis deberes laudare vidēdo illū ꝓpter quē facere debes: q̄ ꝛ velle precepit ꝛ posse p̄buit: ꝛ nō īpune nolle p̄misit. Sꝫ forte ex hꝭ sic argues: Tu dicis ꝙ vnusq̄sq̄ dꝫ q̄ accepit: ḡ si hō accepit posse peccare: cū peccat facit q̄ debet. Rñdeo ꝛ dico ꝙ si hō accepit potestatē peccādi q̄ bona ē: scelus est dicere ꝙ accepit necessitatē peccandi. Cuius rō ē: qꝛ nec natura ꝓpria nec aliena aliquē cogit peccare: q̄ patꝫ. Nō. n. quisq̄ dū id q̄ nō vult patiꝛ peccat. nam si iniuste patiꝛ nō in eo peccat q̄ patiꝛ inuitus. sed in eo peccat quod ita facit volens vt ꝙ nollet iuste pateretꝛ. nō. n. iniuste aliquid pati: sed iniuste aliquid facere peccatū est. Restat igiꝛ vt quis ꝓpria voluntate peccet. Laudamꝰ ḡ cōditorē si pōt defendi peccator: laudamꝰ si nō pōt defendi. Si. n. iuste defendiꝛ nō ē petōr: lauda ḡ creatorē. Si aūt petōr defendi nō pōt: intātū petōr ē in quātū a creatore se auertit. Hec Aug. li. iij. de libero arbi.

## ℂ Qꝛ deus fecit hoīem in liberū arbitriū propter quinq̄ rōnes. CA. XXV.

Si vō p̄dicta oīa breuius vis cōcludere dicas: ꝙ deus fecit hoīem quo ad liberū arbi. vertibilē in malū quinq̄ rōnibus. Prima rō ē manifestatio diuine potentie. Voluit. n. deus oñdere hoī ꝙ sicut sine eo factus nō fuerat: ita nec sine eo nō p̄sistere poterat. vt ergo homo cognosceret ꝙ diuinū posse nō solūmodo est omnis potētie causatiuū sed etiā omnis potentie cōseruatiuū: ꝛ ꝙ ille solus ē indefectibilis ꝛ inuertibilis: inde voluit ꝛ sibi placuit creaturā rōnabilē facere vertibilem: nec ipam cōfirmare in bono: quousq̄ illi cōstaret: ꝙ ipe solus est deus in quo nō cadit nō posse. Secūda ratio est manifestatio diuine sapientie que ex tribus oñditur. Primo ex ordine maloꝝ cū bonis. s. ex vertibilitate hoīs in malū: q̄ quidē malū deus ordinat cū bonis. Ex eo. n. ꝙ deus ex malo bonū elicit diuina sapientia manifestaꝛ: eo ꝙ maioris sapiētie ē ordinare mala cū bonis: ꝛ elicere bonū ex malis: q̄ꝫ ordinare solū bona cū bonis vl̄ elicere bōa ex bonis. Et iō cū nō deceret nec possibile eēt deū facere mala: debuit talē facere creaturā q̄ possit in opando deficere ꝛ malū cōmittere vt deꝰ mala illa ordinādo suā sapiaꝫ declararet. Dicꝛ. n. Aug. xi. de ciui. dei. ca. xviij. Nec deus vllū nō dico angeloꝝ sed vel hoīm crearet quē malū futurū p̄sciret: nisi pariter nosceret q̄bꝰ eos bonoꝝ vsibus cōmodaret. Scōo etiā oñdiꝛ diuia sapiētia ex ordine virtutis ad actū ꝓpriū. Sic enī dina ꝓuidētia oēs res administrat vt eas agere ꝓprijs motibꝰ sinat. Et iō hoīem in libertate liberi arbi. ꝛ ī manu ꝯsilij sui reliq̄t. Hoc. n. cōpetebat regimini diuine sapiētie in cōseruatōe ordinis q̄ attēdiꝛ ex cōpatōe virtutis ad actū ꝓpriū. Tertio oñdiꝛ etiā dina sapiētia ex ordine q̄ attendiꝛ ex cōpatōe meriti ad p̄miū: qꝛ nemo dignus ē coronari nisi q̄ legitime certauerit. ij. ad Thimo. ij. ꝛ iō decuit diuinā sapiam hoīeꝫ prius q̄ꝫ in cāpo certaminis examinari: q̄ꝫ in gloria coronare ꝛ exaltare. Tertia rō p̄ncipalꝭ ē manifestatio dine mīe q̄ potissime manifestata ē cū vnigenitū suū tradidit ꝓ seruū liberatōe: Jo. viij. Si ḡ filiꝰ dei vos liberauerit vere liberi eritis. Vbi Aug. in li. de ver. dñi sic ait: Si filiꝰ vos liberauerit nō a barbaris sꝫ a diabolo: nō a corpis captiuitate sꝫ ab aīe iniq̄tate. Quarta rō ē manifestatio dine iusticie: q̄ potissime manifestaꝛ in hoc ꝙ deꝰ tribuit vnicuiq̄ s̄m opa sua. s. bonis bona tribuendo: ꝛ malꝭ eterna pena eos puniēdo. Hec aūt punitio ꝛ retributio eterna nō fuisset nisi deus hoīem in statu v̄tibilitatis cōdidisset: qꝛ nō mereꝛ aliq̄s nec demereꝛ: ꝛ p cōseq̄ns nec p̄miatur nec puniꝛ: nisi p hoc ꝙ ē dñs suoꝝ actuū: ꝛ hoc p liberā voluntatē. Quinta rō ē augmētatio glie beatoꝝ. Nā gloriosius ē hominem in vertibilitate ad malū cōdito quodāmodo ex meritis gliam obtinere: q̄ꝫ in inuertibilitate cōditū fuisse: ꝛ sic sine aliquo genere meriti beatificari. ꝛ ꝓpter hoc ad cōmendatōem iusti vertibilꝭ in malū q̄ dꝛ Eccl. xxxi. Qui potuit trāsgredi ꝛ nō ē trāsgressus ꝛc. ideo stabilita sunt bōa illiꝰ in dño. Jn quo verbo tāgiꝛ meritū ꝛ p̄miū. Pmo tāgiꝛ duplex meritū. Primū ē meritū innocētie a trāsgressiōe mali q̄ nō fieri ē p̄ceptum dei. Et nō ē trāsgressus. nō timore sꝫ amore: vt dicaꝛ de eo illud psal. Preceptū posuit ꝛ nō p̄teribit. Scōm meritū inocētie ē a trāsgressiōe mali simplr. vñ subdiꝛ: Et facere malū īpune. quo ad mūdū: ꝛ nō fecit sic dauid qui potuit pcutere pcussorē suū Saul ꝛ noluit. j. Reg. xxiiij. Scōo tāgit p̄miū cū subiūgit: Jdeo stabilita sūt bōa illius. i. opa illiꝰ firmata sunt in dño. i. in fundamēto. q. d.

p̄mia illius firmiter reseruata sint a dn̄o.ij. ad Thimo. iiij. Reposita ē mihi corona iusticie ꝛc̄. Hec Alex.ij. pte sū.q.xxij.arti.iij.vtrū de⁹ debuerit facere hoiem vertibilem ad bonū vel malū:in cor.solu.

℃ Q2 liberū arbitriū excludit coactōem. CA.XXVI.

Secundo p̄ncipalr circa libertatē arbitrij cōsiderāda est distinctōis varietas. Ubi nota ꝙ libertas arbitrij excludit coactōem ꝛ includit electōez. Primo.n.inquātū libertas excludit coactōez: Mgr̄ sen.ij. li.di.xxv.distiguit libertatē dicēs: Est nāqꝫ libertas arbitrij triplex.s.a necessitate:a petō: ꝛ a miseria. Rō autez h⁹ distinctōis ē ista:q2 coactio quā libertas excludit est duplex. Quedā ē.n.coactio pfecta ꝛ sufficiēs q̄ cōpulsio dicit̄.ꝛ sic prima libertas ē a necessitate vel coactōe:q̄ qꝫdē libertas.s.a coactōe p se ꝛ sp liberū arbi.sequit̄.vn̄ dicit mgr̄ sen.ibidē ꝙ liber arbi.ꝛ an̄ petm̄ ꝛ post eque liberū ē a coactōe:q2 sic nūc aūte petm̄ cogi nō poterat:ita nec mō. Ideoqꝫ volūtas merito apud deū iudicat̄ q̄ sp a necessitate libera ē ꝛ nūqꝫ cogi pōt.vbi.n.necessitas ibi libertas nō ē.vbi libertas n̄ ē:ibi nec volūtas ē: ꝛ iō nec meritū. Hec mgr̄ sen.ibidē:ꝙ liber arbi.ꝛc̄. Un̄ Aug.li. p̄mo ɔfes.sic ait: Nemo inuit⁹ bn̄ agit etiā si bonū ē qō agit.vn̄ libertas a coactōe oībus inest tā bonis qꝫ mal̄: vt dicit mgr̄ sen.ibidē. Secūda vō coactio ē impfecta ꝛ insufficiēs q̄ potius impulsio qꝫ coactio dicit̄. Et h̄ ē duplex. Prima impulsio est que p se liber arbi.impedit vel impellit:sicut habitus vel dispositōes que sunt i aīa. ꝛ sic ē libertas a peccato:de qua dicit̄.ij. ad Corinth.iij. Ubi spūs dn̄i ibi ꝛ libertas. Et veritas in euāgelio Jo. viij. Si filius dei vos liberauit vere liberi eritis. Que q̄ qꝫdē libertas a peccato etsi post petm̄ nō tollit̄:tn̄ debilitat̄:vt ptꝫ.s̄. Scḋa coactio impfecta q̄ īpulsio dicit̄:impellit vel impedit liberū arbi.p accidēs:sicut impotētie vel penalitates que sunt ex pte corpis vsum liberi arbi. impediētes.ꝛ sic ē libertas a miseria de q̄ aplus ad Ro. viij.ait: Ipa creatura liberabit̄ a fuitute corruptōis ꝛc̄. Ubi nota ꝙ nulla miseria vel penalitas corpis libertatē illā que ē a necessitate coactōis excludit:eo ꝙ nūqꝫ ad tātā miseriā vel penalitatē corpis deuenit̄ vt liberū arbi.cogi possit. Hec.b.Tho.iij.scri.sen.dist.xxv.arti.v. vtrū libertas arbitrij ɔuenienter distinguat̄ a magistro sen.in cor.solu.ꝛ.v.ꝛ.vj.argu.

℃ Q2 libertas arbitrij includit electiōem tanqꝫ ppriū actum eius. CA.XXVII.

Secundo dico ꝙ libertas arbitrij includit electōnē tāqꝫ īmediatū ꝛ ppriū actū eius. Et s̄m hoc Bern̄.in libro de libero arbi.distinguit libertatē dicēs: ꝙ triplex est libertas.s.arbitrij:cōsilij:cōplaciti. Rō autē huius est:q2 cum liberū arbi.includit electōem: ꝛ nihil sub electōe cadat:nisi s̄m ꝙ habet aliquā rōnē s̄m diuersos gradus bonitatis in hūanis actib⁹: Bern̄. diuersos gradus libertatis seu diuersas libertates distinguit.verbigratia: Primo.n.in hūanis actibus est aliqō bonū q2 licitū:qō nulla lege phibet̄:ꝛ respectu illius boni licitū dicit libertatē arbitrij:q2 in iudicio nostro cōsistit vt h̄ sequatur vl̄ nō. Ubi nota ꝙ liberū arbi.habet officiū iudicis ꝛ arbitris. Primo hꝫ officiū iudicis ꝛ hoc quo ad rōnem q2 sicut iudex in iudicādo debet sequi leges ꝛ artat̄ ad sequendū eas:sic liber arbi.hꝫ officiū iudicis quo ad rōnē:q2 inquantuꝫ deliberat debet sequi leges. Scḋo inquātū liberū arbi.libere vult:tenet formā arbitris.hoc.n.ad volūtatē ptinet s.libere hoc vel illud velle vel eligere.ꝛ ideo magis dicit̄ liber arbi.qꝫ liberū iudiciū. Scḋo in hūanis actib⁹ ē aliqō bonū qō nō tm̄ ē licitū sꝫ etiā vtile:q2 oīa licēt sꝫ nō oīa expediūt: vt dic̄ apls.j.ad Corinth.vj. Et s̄m hoc assignat Bern̄.libertatē cōsilij. Nā ɔsiliū ē de meliori bono qō est expediens ad salutē. Tercio in hūanis actibus ē aliqō bonū eligēdum qō delectat ꝛ respectu huius assignat libertatē beneplaciti.vn̄ dicit Bern̄.ibidē:ꝙ libertas arbi. discernē hꝫ qḋ liceat:libertas aūt ɔsilij pbare qḋ expediat: libertas aūt ɔplaciti experiri qḋ libeat. Hec.b.Tho.ij.scrip.sen. di.xxv.arti.v.vtrū libertas arbitrij cōuenienter distinguatur a.b. Bern̄.in solu.vj.argu.

℃ Q2 libertas arbitrij p se nec auget̄ nec minuit̄: sed p accidens variat̄. CA.XXVIII.

Tertio circa libertatē arbitrij cōsiderāda est inuentōis varietas.nā liberū arbi.dicit̄ liberū eo ꝙ cogi nō pōt. Coactio vt ptꝫ.s̄.cap.pcedēti est duplex. Una est pfecta ꝛ sufficiēs.s.cōpellens. Alia ē impfecta ꝛ insufficiens.s.impellens vel inducens. Prima coactio ē pfecta ꝛ sufficiens que vocat̄ cōpulsio:ꝛ ab hac coactōe liberū arbitriū est immune. Nā hoc est naturale ꝛ essentiale libero arbitrio vt sufficienter nō cogat̄ coactiōe cōpellente:hoc.s.nō posse sufficienter cogi ꝛ cōpelli sequitur liberū arbi.in quolibꝫ statu.s.ante peccatū ꝛ post peccatū.vnde p se libertas arbitrij nō auget̄ nec minuit̄: sꝫ p accidens tn̄.s.rōne nature in qua inuenit̄ ꝛ quā liber arbi.cōsequit̄. Et formo sic rōnem: Omnis ppietas q̄ sequit̄ naturā aliquā quāto illa natura nobilius in aliquo inuenit̄.tanto etiā ppietas illa pfectius pticipat̄ ab illo s̄m quē modū hō dr̄ min⁹ itelligēs qꝫ angel⁹.vn̄ q2 libertas arbitrij cōsequit̄ naturā ꝛ potētiā intellect⁹ ꝛ volūtatis.vt ptꝫ.s̄.ca.xv. Et he pfectissime sunt in deo: ꝛ in angelo nobilius qꝫ in hoie:ideo libertas a necessaria coactiōe nobilius inuenit̄ in deo qꝫ in angelis: ꝛ in vno angelo plus qꝫ in alio: ꝛ in angelo plus qꝫ in hoie. vn̄ ptꝫ ꝙ libertas arbitrij ex pte sue nature vel essentie: nō variat̄ p se sꝫ p accidens.s.ex pte sue cause q̄ ē intellectus sic: Nā s̄m ꝙ natura intellectiua inuenit̄ in aliquibus nobilius vel minus nobilius s̄m hoc etiā ipa libertas intendit̄ ꝛ remittitur. Secunda coactio est impfecta ꝛ insufficiēs q̄ impulsio vel dispositio noīatur. Et hec ē duplex.s.habit⁹ interior vt peccatū.ꝛ sic dr̄ libertas a peccato: ꝛ defect⁹ interior in corpe: ꝛ sic dicit̄ libertas a miseria.ꝛ sic libertas q̄ ē ab impellētib⁹ ꝛ inducētib⁹ vl̄ disponentib⁹ in vnā ptē auget̄ ꝛ minuit̄ vel acq̄rit̄ ꝛ amittit̄ s̄m ꝙ illa disponentia vel habitus:actus ꝛ corpales defectus augent̄ ꝛ minuunt̄ in hoie s̄m diuersos stat⁹. qō pbo primo de libertate a peccato que cōis ē trib⁹ statibus.s.primo statui innocētie: ꝛ secundo statui que est post repatōem gratie: ꝛ tertio statui qui est in gloria: sꝫ tn̄ auget̄ ꝛ minuit̄ ante petm̄ ꝛ post petm̄. Un̄ mgr̄ sen. ij.li.di.xxv.ait: Semp volūtas hoīs libera ē:sꝫ nō sp bona est.nō.n.est bona nisi a petō libera sit. Et subdit: Liberū ergo arbitriū cū sp ꝛ ī singulis sit bonū nō est tn̄ pariter liberū in bonis ꝛ in malis: ꝛ ad bona ꝛ ad mala.liberius.n.est in bonis vbi liberatū ē:qꝫ in malis vbi liberatū nō est: ꝛ liberius est ad malū qō p se pōt qꝫ ad bonū qō nisi gr̄a liberet̄ ꝛ adiuuet̄ nō pōt. Hec Aug. in li. de gratia ꝛ libero arbi.que mgr̄ vbi.s̄.adducit. Et subdit Aug.ibidē:ꝙ voluntas nō est bona nisi a peccato sit liberata:est tn̄ a necessitate libera.qō ideo dicit:q2 lꝫ ex petō cōmisso liberū arbi.incline̅t ad peccādū sicut a disponēte:inclināte:vel inducēte:nō tn̄ sicut a compellēte. Cuius rō est: q2 liberū arbi.nūqꝫ ita cogit̄ et vincit̄ et subiugat̄ a peccatis vel passiōibus vt ad peccādū cōpellat̄:q2 iam sibi in petm̄ nō imputaret̄. Scḋo h̄ idē pbo de scḋa libertate a disponēte vel impellēte.s.penalitate exteriori q̄ ē miseria. Nā libertas a miseria nō ē i om

nibus equaliter sed magis ꝛ minus. vñ he due liberta-
tes.s.a culpa ꝛ miseria nõ sunt eque in deo et in angelo
ꝛ in hoĩe ꝛ demone: sed pfectissima est in deo: post deũ
maxima in angelo bono: minor in hoĩe bono: minima i
hoĩe malo: nulla in demõe: vt dicit magister sen. vbi.ṡ.
Ubi nota q̧ in hoĩe viatore nullam miseria vel mentis
vel corpis quãtũcunq; magna necessitatẽ coactiõis in-
cludit. Cuius rõ est: q2 in statu pñtis vite nunq̃ʒ ad tan-
tam miseriam vel mentis.s.eruminis vel corpis deuenit
vt liberũ ar.cogi possit. alias.n.nõ diceret liberũ: nec ef-
ficeret meritoriũ vel demeritoriũ. Est aũt a peccato ca-
uendũ. Cuius ratio est: quia p liberũ arbi. aliter põt opa
ri malũ qui habet habitũ peccandi: ꝛ aliter qui nõ habʒ
peccatũ: nam qui habet habitũ peccati libere ꝛ faciliter
ꝛ cũ delectatiõe opera abominabilia delectabiliter ꝛ si-
ne abominatione exercet. Et ideo libere facere dicit in-
quantũ p habitũ corruptuʒ reprimit cõtradictio rõnis
rõne obtenebrata: quod nõ põt esse in illis qui habiti-
bus peccati carent. ꝛ ideo dicit phs in v°. ethi. q iust⁹ nõ
põt statim facere opa iniusticie sicut iniustus facit. Hec
beatus Tho.ij.scri.sen.di.xxv.arti.iiij. vtrũ liberũ arbit.
augeat vel minuat: in cor.solu.ꝛ in so.j.ij.iij.iiij.ꝛ.v.arg.
f vnde sup illo verbo Jo.viij. Si ergo vos fili⁹ dei libera-
uerit vere liberi eritis. Aug. sic ait: Prima libertas ẽ ca-
rere criminibus. sed ista inchoata ẽ nõ pfecta libertas:
q2 caro cõcupiscit aduersus spũ vt nõ ea que vultis fa-
ciatis. Libertas aũt plena ꝛ pfecta ẽ qñ nulle erunt ini-
micitie qñ nouissima inimica mors destruet. Et subdit
Aug. ibidẽ: Noli ergo libertate abuti ad libere peccan-
dum sed vtere ad nõ peccandũ. Erit.n. voluntas tua libe-
ra si fuerit pia. Eris liber si fueris seruus iusticie. Et bea-
tus Greg. sup illo verbo Oĩs qui facit peccatũ seruus ẽ
peccati. sic ait Quanto aũt aliqui liberius pagunt puer-
sa q̃ volant tanto eius seruitio obnoxius obligant. Hec
adducit. b. Tho. ad expositõeʒ p̃dictaꝝ auctoritatũ ibidẽ

## Qr libertas ẽ quadruplex. CA.XXIX.

a D maiorẽ aũt euidentiã p̃dictoꝝ nota q̧ q̃dru-
plex est libertas.s. puersa: vana: vera: plena.

Prima est libertas puersa.s.qñ quis libertate
abutit ad peccãdũ: ꝛ hec libertas a iusticia est quã nul-
lus seruare cogit. d̄ qua.j. Petri.ij.dr: Quasi liberi ꝛ nõ
quasi velamen habentes. Glo. collate. Quasi liberi.i. quo
maiore libertate viuimi apud hoĩes eo liberius diuio
famulatui subiugati sitis. ꝛ subdit: Nõ quasi velamẽ ha
bentes. Glo. interli. Quia ex hoc q̧ liberi sunt multi se
velant ꝛ defendunt pctã. Glo. collate. Et nõ habentes ve
lamẽ malicie: quasi dicat: Libertas vr̃a nõ obuoluat cor
da vestra in velamen malicie vt tanto licentius peccetis:
quanto iugo seruitutis dei minimini: ꝛ ne culpã noĩe
libertatis pretextis. Et subdit glo. Uult aũt eos liberos
esse a seruitute culpaꝝ: vt pmaneant serui creatoris dei
boni ꝛ fidelis. ideo addidit: Sʒ sicut serui dei. Glo. col-
late. Seruitus dei humilitatẽ ꝛ puritatẽ a culpa reqrit.

Scda libertas est vana q̃ est tpalis seu carnalis. de q̃
Job.iij. Ibi sunt seruus ꝛ liber a dño suo. glo. ibi.s. i mũ
do sunt seruus q̃ peccat: q2 oĩs qui peccat seruus ẽ pcti:
ꝛ liber.s.a peccato q̃ nõ timet iudicẽ: sed q2 hic liber nũ-
q̃ʒ fit dñi iudicẽ metuit: ideo fm glo. ibi.s. in patria quili
bet liber erit vbi d̄ venia dubiũ nõ erit. Erit quippe ibi
memoria culpe nõ quidẽ que mentẽ polluat: sed q̃ sine
lesione beatitudis arti⁹ beatitudini ꝛ leticie astrigat: vt
sanati doloris sine dolore recordemur: vñ ampli⁹ nĩo
grãs agamus. Hec in glo. ibidẽ. Tertia libertas ẽ ve-
ra ꝛ spũalis q̃ est libertas gr̃e.s. carere criminib⁹ fm bea-
tũ Greg. sup Job. Re. ca. pcedẽti. qð ex tali rõne osñdo:

Seruitus opponit libertati. sʒ seruitus ẽ ex culpa. g̃ li-
bertas ẽ ex gr̃a.s. ex imunitate a culpa. Q2 aũt seruit⁹ na-
o scit ex culpa ptʒ Joh.viij. Oĩs q̃ facit peccatũ seruus est
pcti. In quo verbo tangunt tria.s. dictio generalis Oĩs:
transgressio criminalis: Qui facit pctm̃. cõditio vtilis vl
penalis: Seruus est peccati. Primo tangit dictio gene
ralis oĩs. Aug. ibidẽ: Oĩs inquit.s. iudeus grecus: diues
paup imperator vel mendicus: Ad Ro.iij. Nõ est distin-
ctio iudei ꝛ greci: oẽs.n. peccauerunt. Scdo tangit trãs-
gressio criminalis.s.q̃ facit pctm̃: ꝛ nõ solũ q̃ facit: sed q̃
cõcupiscit. Tertio tangit vtilis ꝛ penalis cõditio: ibi Ser
uus ẽ peccati. Sed cõtra: seruus nõ mouet pprio ar-
bitrio sed dñi. qui aũt peccatũ facit mouet arbitrio suo.
g̃ ꝛc. Rñdeo ꝛ dico q̧ vnusq̃sq; ẽ id qð cõuenit ei fm suã
naturã. qñ ergo mouet q̃s fm id qð cõuenit ei fm natu-
rã fm se mouet. qñ aũt nõ mouet fm suã naturã sed ab
aliquo extraneo tũc nõ opat fm se: sʒ ab impssiõe alteri
us fm q̧ ei subiicit. hõ aũt fm suã naturã ẽ rõnal. g̃ qñ
mouet fm rõnẽ: pprio motu mouet: ꝛ fm se opat qð ẽ
libertatis. Qñ võ peccat opat pter rõnẽ: ꝛ tũc mouet q̃si
ab alio retẽtus terminis alienis. Et tũ q̃ facit pctm̃ seruus
ẽ peccati.ij. Pe.ij. A quo q̃s supat⁹ ẽ huius ꝛ seruus est.
Ansel. dicit q̧ peccatũ nõ hʒ vñ dominet homini: q2 pec
catũ ẽ quidã defectus seu puatio modi: speciei: ꝛ ordĩs:
vt dicit Dionysi. de diui. no. c.v. in tractatu de malo. Sʒ
hõ hʒ vñ fit seruus pcti.s. volũtatis cõsensuʒ. vñ Aug. sup
illo verbo Joh.viij. Oĩs q̃ facit pctm̃ seruus ẽ pcti. sic ait
O miserabilis seruitus: seruus hoĩs aliq̃ñ sui dñi duris
imperijs fatigat⁹ fugiẽdo requiescit. Seruus aũt pcti quo
fugit secũ trahit qðcũq; fugerit. pctm̃.n. qð facit int⁹ ẽ:
voluptas trãsit: pctm̃ nõ trãsit: pterit qð delectat: remã-
sit qð pũgat. Solus de pctõ liberare põt q̃ venit sine pec
cato ꝛ fact⁹ ẽ sacrificiũ p pctõ. q̃ ergo ẽ liber liberat. ipse
g̃ speʒ dedit vt a libero liberemur. ipe.n. pciũ dedit nõ ar
gentũ sʒ sanguinẽ suũ. Et pter h' ibidẽ dicit: Si filius
vos liberauerit vere liberi eritis. Hec Aug. vbi.ṡ. vñ ca-
uere debem⁹ ꝛ voluntatẽ liberã refrenare ne peccemus
Cuius rõ ẽ: q2 p⁹ pctm̃ libertas ad malũ ẽ quedã prons-
tas peccãdi ꝛ curuitas q̃ ex pctõ ẽ ꝛ mala vt recitat mgr̃
sen. li.ij. di.xxv. Tñ q2 volũtas a necessaria coactõe sp est
libera i statu pñtis vite: vt ptʒ.ṡ. ideo sup illo v̂bo Joh.
viij. Oĩs q̃ facit pctm̃. Greg. docet vitare pctm̃ dicẽs: Sʒ
hinc dño cõdicim⁹ cũ iniq̃tati q̃ nos cepat reluctam⁹: cũ
cõsuetudini violẽter resistim⁹: cũ penitẽdo culpã pcuti-
mus: ꝛ maculas sordiũ lachrymis lauam⁹. Lʒ aũt liber-
tas a crimie sit libertas vera vt ptʒ: est tñ impfecta in pñ-
c ti vita: q2 vt dicit apls ad Gala.v. Caro cõcupiscit aduer
sus spm̃: ꝛ spũs ꝛc. vt nõ q̃cũq; vultis ea faciatis. In q̃
bus verbis apls tangit tria.s. pugnã: cãm: seqlã. Pri-
mo osñdit pugnã dicẽs: Caro cõcupiscit aduersus spm̃:
ꝛ spũs aduer. Que v̂ba exponit Aug. ꝛ Ambro. in glo.
Prĩo Aug. sic: Caro.i. aĩa carnali cõcupiscẽtia spũi relu-
ctat: q̃ quidẽ carnalis cõcupiscẽtia nõ est in aĩa sola nec
in carne sola sed ex vtroq; fit: quia sine aĩa ꝛ carne nul-
la delectatio sentit. Et ponit exemplũ: quia sicut audire
ꝛ videre nõ est auris nec oculi tñ: nec anime tñ sed cõ-
iuncti: sic cõcupiscere nõ est tñ anime nec tñ carnis: sed
hoĩs per carnẽ ꝛ animã. Secundo modo exponit Am
bro. in glo. dicens: Nam pugna inter carnẽ ꝛ spiritũ est
magna: cõtinua: manifesta: et piculosa. Primo ẽ grauis
pugna: q2 caro cõtra spiritũ vbi deberet eẽ maior cõcor-
dia. Scdo est quasi noua ꝛ cõtinua: q2 aduersus spiritũ
Tertio hec pugna in quibusdã ẽ manifesta.s. in bonis i
quibus spũs dñi. Quarto hec pugna ẽ multũ piculosa.
vñ Augu. in glo. ibidẽ: Uidete quale bellum proposuit:

qualē tīrā ħ in domo tua.i.intra teipm sentis.vñ apl's ad Ro.vij. Uideo aliā legē in mēbris repugnantē legi mentis mee. Secundo ondit apl's pugne causā dicēs Hec.n.sibi inuicē aduersant: quia caro vult seruire deli cijs: spūs virtutib⁹. Caro est infirma: spūs promptus.vñ Bern. sup hoc verbo sic ait: Disponit rō castigare cor pus ꝛ subijcere seruituti. At corpus seruus inutilis ꝛ pi ger cōquerit voluntati que male languida iacet: Nōne seruus vester ego sum qui vobis a primeua etate tam fe dule seruio: Nōne ꝑ vobis magnos ꝛ multos labores sustinui: ꝛ adhuc paratus sum sustinere: ꝛ his modis ꝛ si milibus voluntatē cōtra rōnē ad malū ꝛ ad peccādū in clinat. Hec pugna signata fuit in pugna iacob ꝛ esau in vtero Rebecce: Gen. xxv. Re. infra Maior. Tertio on dit apl's istius pugne sequelā ꝛ miseriā vel impotētiam dicēs: Ut nō quecunqȝ vultis illa faciatis. Glo.i. illa fa cere pmittamini. ita dicit apl's ad Ro.vij. Uelle adiacet mihi ꝑficere aūt nō est in me. Quod verbū Ambro. ex ponit duobus modis. Primo sic: Uelle adiacet mihi· q̄ si dicat: Uelle ē in nobis ex libero arbi. Et dicit adiacet: .i.iuxta carnē iacet: q꞉ naturale ē quodāmodo velle bo nū p rōnem naturalē: sed ꝑficere nō: q꞉ facere bonū me ritoriū hoc tm̄ est ex gratia dei. Secūdo mō exponit sic. Uelle adiacet mihi.i. liberū arbi. tāqȝ infirmū iuxta car nē iacet īpotēs p se resurgere ad bonū opandū. Et si h' ē malū.s. velle bonū ꝛ posse nō ꝑficere bonū: pei⁹ ē odire malū ꝛ facere malū. Ita dicit apl's ad Ro.vij. Nō.n.qd̄ volo bonū hoc ago: sȝ qd̄ odio malū illud facio. In quo verbo vt dicit glo. apl's ꝑsonā duoꝝ hominū assumit.s. hominis interioris.i. mentis: ꝛ hois exterioris.i. carnali tatis. vnde dicit: Nō qd̄ volo bonū s̄m interiorē hoiem .i. s̄m mentē: illud ago s̄m exteriorē.i. s̄m carnalitatē. sȝ qd̄ odio malū.s. interioris s̄m mentē illud facio exteri⁹. Aug. in glo. quasi di. Subiecto pctō liberū arbi. est infir matū dupliciter. Primo q꞉ nō pōt p se bonū facere. Se cundo q꞉ nō pōt p se malū vitare. lȝ.n. aīa s̄m rōnem in telligat aliquid eē malū ꝛ naturaliter illud odiat: pecca tū m̄ libe. arbi. inclinat ad illud: nec pōt p se resistere nisi dei gratia adiuuetur ꝛ liberet. Quarta ꝛ vltima liber tas est libertas plena atqȝ ꝑfecta.s. libertas glorie q̄ erit in patria: de qua apl's ad Ro.viij. ait: Ipa creatura libe rabit a seruitute corruptōis in libertatē filioꝝ dei. Et h' erit: q꞉ nihil erit ibi inclinans ad malū: nihil opprimēs q꞉ ibi erit libertas a culpa ꝛ a pena. vñ Aug. sup illo v̄bo Joh. viij. Si ergo fili⁹ vos liberauerit sic ait: Libertas aūt plena atqȝ ꝑfecta est qn̄ nulle erunt inimicitie quā do nouissima inimica mors destruet. Hec be. Tho. sub cōpendio tangit in postilla sup Joh. distinguens quat tuor libertates sup illo verbo Joh. viij. Si filius vos li berauerit ꝛc. ¶ Ad hoc q̄ hō liberet a peccato re quirit primo saluatoris gratia. CA. I.

# Iberari a pecca

to. Nota q̄ ad hoc q̄ peccator liberet a peccato tria sunt necessaria.s. saluato ris gratia: mentalis displicentia: corpa lis pena. Primo dico: q̄ ad h' q̄ pec cator liberet a peccato ē necessaria saluatoris gratia. qd̄ tripliciter ꝓbo.s. rōne: inductōe: ꝛ auctoritate. Primo ꝓ bo rōne sic: Nam in peccato mortali sunt tria.s. auersio: offensio: obligatio. Primo.n. in pctō mortali ē auer sio ab incōmutabili bono ꝛ cōuersio ad cōmutabile bo nū. Unde Aug. in li. de libe. arbi. sic ait: Auersio ab incō mutabili bono ꝛ cōuersio ad cōmutabile bonū est ma la. q꞉ voluntaria. ꝛ ideo digna ꝛ iusta eam miserie pena

subsequit. Et subdit: Uoluntas auersa ab incōmutabili bono: ꝛ cōuersa aūt ad ꝓpriū bonū. aut exterius aut in terius peccat. Ad ꝓpriū bonū hō sponte cōuertit cū sue ptātis vult eē vt facit supbus. Ad exterius bonū ꝯuertit cū alioꝝ ꝓpria vel quecūqȝ q̄ ad se nō ptinent studet co gnoscere: ꝛ talis est curiosus. Ad inferius bonū ꝯuertit cū voluptatē corpis diligit. ꝛ talis est lasciuus effectus. Est aūt motus voluntatis similis ꝛ dissimilis motui la pidis. Similis quidē: q꞉ sicut motus deorsum est ꝓpri⁹ lapidi: sic ille animi. Dissilis: q꞉ nō ē in ptāte lapidis co hibere motū quo lapis fert deorsum: eo q̄ ē naturalis. Anim⁹ vō dū nō vult nō ita mouet vt supiorib⁹ desertis inferiora diligat. Et iō mot⁹ quo lapis suo pondere fert cū sit naturalis: ei nō iputat in culpā. motus aūt ille quo aīa huc atqȝ illuc.s. supius inferius ꝛ exterius fert: q꞉ est voluntarius ꝛ in nr̄a ptāte existit: laudādus atqȝ culpā dus ē. Et subdit: Cui tribuā culpā illam.s. motus inordi nate aīe: Primo quidē nō deo cū bonū me fecerit. Se cundo nō nature ꝓprie: q꞉ natura ē bona: ꝛ q꞉ neminē sua natura cogit vt peccet. Tertio nō nature aliene. Nō enī quisqȝ dū id qd̄ nō vult patitur: peccat. nō.n. iniuste aliquid pati. sed iniuste aliquid facere pctm̄ est. Si aūt iuste patit nō eo q̄ iuste patit peccat. sed in eo peccauit q꞉ ita fecit volēs vt qd̄ nollet iuste pateret. g̊ defectus ꝛ pctm̄ ex ꝓpria voluntate ꝓcedūt. Hec Aug. li. iij. de libe. ar. Patet g̊ ex pmissis: q̄ auersio ab incōmutabili bono qd̄ aliq̄s habere poterat: ex eo q̄ ē volūtaria ē culpabil'. Hec ergo auersio remoueri nō pōt nisi fiat ꝯuersio ꝛ cō iūctio ad incōmutabile bonū: a quo hō p pctm̄ discessit ꝛ respectu cui⁹ ꝯiūctōis se impotētē fecit. Hec aūt ꝯiun ctio nō ē nisi p grām p quā de⁹ mētes inhabitat: ꝛ mēs ipi deo p amorē charitatis inheret. vñ sicut ad sanatōez cecitatis requirit restitutio potētie visiue: ita ad sanādā ꝑdictā auersionē requirit grē ꝛ charitatis infusio. Si vō hanc rōnē breuius vis formare dicas sic: Per pctm̄ mortale ab vltīo fine hō auertit. sȝ in vltimū finē hō nō ordinat nisi per dei grām. g̊ p solā dei grām hō liberat ꝛ resurgit a peccato. Eccl. xxxiij. Liberatus sum grā dei

Scdo in peccato mortali est offensio. Nā ex pctō pec cator offendit deū: ꝛ deus odit peccatorē. Primo dico: q̄ p pctm̄ mortale hō offendit deū. qd̄ sic ꝓbo: Quicūqȝ enī ꝑponit rē aliquā indigniorē digniori iniuriā ei facit ꝛ tāto ampli⁹ quāto res ē dignior. quicūqȝ aūt in re tpa li sibi finē cōstituit ꝑponit illā rei digniori.s. bono incō mutabili qd̄ ē de⁹ qd̄ facit ois mortalr peccās ex hipso q̄ creaturā creatori ꝑfert diligēs pl⁹ creaturā q̄ȝ creato rē. finis.n. ē qd̄ maxīe diligit. Cū g̊ de⁹ in infinitū crea turā excedat erit offensa peccātis mortalr infinita ex ꝑ te dignitatis eius cui p pctm̄ quodāmodo iniuria fit. dū ipe deus ꝯtēnit ꝛ eius ꝑceptū. vñ ad hāc offensam abo lendā nō sufficiūt vires hūane: sȝ reqrit munus diuine grē. Scdo etiā de⁹ a peccatore offensus peccatorē odit: qd̄ odiū nō opponit amori quo cūcta q̄ ꝓduxit diligit. sȝ opponit amori quo sctōs diligit bona eterna ꝑparan do eis. Hui⁹ aūt amoris effect⁹ ē donū grē gratūfaciētis. vñ cū dei offensa ꝛ odiū nō nisi p dei dilectōez tollat: et hō p pctm̄ mortale offensā dei cōmittat ꝛ odiū dei in currat: opȝ q̄ hō recōciliet deo. sȝ h' n̄ fit nisi p grāz gra tūfaciētē: g̊ ꝛc. Tertio i pctō mortali ē obligatio. Nā ex pctō mortali hō nō solū obligat ad penā sensus: sȝ ꝑ cipue ad penā dāni q̄ ē carētia eṫne glie.s. visiōis diui ne. hec aūt obligatio nō tollit q̄diu nō dat hoī: vñ pos sit ad gl'am ꝑuēire. sȝ hō nūqȝ pōt ad gl'iam ꝑuenire nisi p grām. g̊ remissio peccatoꝝ nō pōt fieri nisi p gratiam. vnde aplus ad Ro. iij. Iustificati gratis p gratiam ipsi

ns. Hec. b. Tho. in questiōibus disputatis d' rei veritate q. xxviii. de iustificatōe impij. q. ij. vtrū peccatoꝝ remis/sio possit esse sine gratia: in cor. so. ⁊ cōtra gent. li. iij. ca. clvij. ꝙ hō a peccato liberari nō pōt nisi p dei grām. Se/cundo ꝓbo hoc idē distinctiōe vel sufficienti cōgatiōe. nā ſm Bedam quattuoꝛ sunt inflicta homi ꝓpter pec/catū. primū qḋ accidit ex auersione a bono incōmutabi/li. s. deo ⁊ cōuersione ad bonū cōmutabile. s. ignorantia: infirmitas: malicia: ⁊ cōcupiscentia. Propter ignorātiā agendoꝝ necessaria est gr̄a que est lux spūalis ipam ani/mā illuminans. Propter infirmitatē qua homo impo/tens est assurgere ad opus virtutis qḋ est difficile: vir/tus. n. est circa bonū ⁊ difficile: necessaria ē gratia q̄ ani/mā ad deū erigat ⁊ a malo auertat. Propter cōcupiscē/tiā qua ipa aīa corrupta īmoderate cōcupiscēdo corru/ptibilibus inheret: necessaria est gratia que eternoꝝ sa/porē inducat: ⁊ sic vehementiā cōcupiscentie diminuat. Sic ergo multiplex necessitas in statu nature lapse con/currit: ꝓpter quā necessaria est gratia gratificans: sicut ptꝫ. Hec Alex. secūda pte sūme. q. xxij. arti. vi. vtrū prim⁹ hō in statu nature lapse indiguerit gr̄a: in cor. solu. Ter/tio hoc idē ꝓbo duplici auctoritate. Primo auctoritate psal. dicentis de deo: Remisisti iniquitatē plebis tue: ⁊ operuisti oīa peccata eoꝝ. dicit. n. remisisti. Nā remitte/re ē alicuius debitū relaxare: nō cā alicuius intuentis: ſꝫ pietatis intuitu. i. Joh. ij. ca. Remittunt̄ vobis peccata vestra ꝓpter nomen eius. ⁊ subdit: ⁊ operuisti oīa pecca/ta eoꝝ operculo charitatꝫ: ꝓuer. x. Uniuersa delicta ope/rit charitas vt nō videant̄ ad puniendū. Secundo hoc idē ꝓbo auctoritate Jsaie. xliij. Ego sum qui deleo iniq̄/tates tuas ꝓpter me. i. nō meritis tuis vel ꝓpter me ho/norandū ⁊ glorificandū. Et subdit: Peccatoꝝ tuoꝝ non recordabor. In quo verbo dn̄i dicit̄ curialitas dn̄i. qḋ sic ptꝫ: Creditor. n. etsi q̄cꝫ debitū cōdonet paupi: tn̄ bene recordat̄ ⁊ sepe improperat. Similiter vir mulieris adul/tere: etsi cōdonauerit semel: nō tn̄ sp. ⁊ bene ea recolit et frequēter exprobrat eidē. Deus aūt nō solū semel dimit/tit sed sp. Ezechiel. xviij. In quacūqꝫ die ingemuerit pec/cator omniū iniq̄tatū eius nō recordabor. Jsaie. xxxviij. Proiecisti post tergū tuū oīa peccata mea: q̄si obliuio/ni volens tradere illa: sicut fit de illo qḋ retro ꝓicit̄. Si/militer nō improperat: sed dissimulat. Sapien. xi. Dissi/mulans peccata hoīm nō demonū. ⁊ hoc ꝓpter pniam. i. qꝛ homines penitēt. Patet ergo rōnibus ⁊ auctorita/tibus: ꝙ hō nō pōt a peccato liberari nisi p grām. Et per hoc excludit̄ erroꝛ pelagianoꝝ qui dixerunt hoīez a pec/cato resurgere posse p liberū arbi. vt concludit. b. Tho. 3 gentiles li. iij. ca. clvij. in fine. Re. s. Liberū arbitriū.

¶ Qꝫ homo p se est cā cadendi in peccātū: sed nō resurgē/di sine dei gratia. CA. II.

Ed forte p̄dictoꝝ gr̄a argues ī oppositū. s. ꝙ hō sine gr̄a p liberū arbi. possit liberari a pctō sic: Quicūqꝫ corpaliter est cā alicuius pōt corpa/liter in illud ad ɔstruēdū ⁊ destruendū: qꝛ cessante opa/tione cause cessat effectus. Sed hō p liberū arbi. est tota/liter cā peccati. ergo p liberū arbitriū pōt totaliter pecca/tū destruere. Rn̄deo ad hoc duob⁹ modis. Primo ꝙ peccator p se est causa peccati q̄tū ad auersionē: sed q̄n/tum ad ea que ipam auersiōnē ɔsequunt̄ nō p se: cū ha/beant rōnē mali: ⁊ malū nō fit p se intentū: ſm Dyonisi. iiij. ca. de diui. no. Secundo mō rn̄deo melius ⁊ dico: ꝙ peccator ē cā peccati q̄tū ad fieri. nō aūt est cā pma/nentie eoꝝ q̄ ex pctō relinquūt̄: imo cā hoꝝ est duplex. Prima ē iusticia diuina p quā iuste ordinatū ē: vt q̄ no/luit stare in gr̄a dū posset: nō possit etiā cū velit. Scd̄a cā hui⁹ ē insufficiētia ꝓpria ex defectu viriū nature que nō sufficiūt ad expiatiōem pctōꝝ. Qḋ dupliciter ꝓbo. s. auctoritate ⁊ exēplo. Primo auctoritate psal. dicentis: Recordatus ē qꝛ caro sunt: spūs vadens ⁊ nō rediens. In quo v̄bo ſm glo. notat̄ vl' ondit̄ duplex defect⁹ spūs hoīs. Un⁹ ē qꝛ spūs hoīs. s. aīa: ē spūs vadēs de h' mūdo ⁊ nō rediens ad corpus in h' mūdo. ⁊ hec ē breuis diffi/nitio mortis. Secūdus defectus ē: qꝛ spūs in hoīe ē per se vadens in peccatū: sed nō p se rediēs a pctō. hō. n. p se pōt cadere ī pctm̄: ſꝫ nō p se resurgere. Et iō de⁹ p grāꝫ re/uocat hoīes q p se. i. p liberū ar. redire nō pn̄t. Et ꝓpt has duas cās dic̄. Recordat⁹ ē qꝛ caro sūt. q. d. Cōsiderat de⁹ fragilitatē hūanā: qꝛ caro ꝓpter quā de⁹ miseret̄ hoīm. qḋ in angelis nō inuenit̄. vn̄ Cassio. ibidē: Mouet pū iudicē fragilitas cōsiderata peccantiū: qꝛ carnalis ceci/tas lumē celestis sapiētie nō videbat. Scd̄o hoc idē ꝓbo duob⁹ exēplis. Et primū ē Aug. ibidē q̄ dicit: ꝙ nō oīno inueniret̄ ouis oberrata et pdita: nisi pastoris mīa que/reret̄ ⁊ reduceret̄ ad gregē. Scd̄m exēplū ē de hoīe q̄ cū se in foueā ꝓicit: nō pōt ex se inde exire. vn̄ ipe fuit sibi cā pcipitatiōis in foueā vl' in puteū. ſꝫ p se nō ē cā exit⁹ d' pu/teo: nisi auxilio alteri⁹ extrahat̄. Sic pctōr ē p se cā vt in/cidat ī pctm̄. sed ꝙ ab ipo liberet̄ ē principalr ex dei gr̄a vn̄ apls ad ro. iij. sic ait: Justificati gr̄a ipi⁹: hēdes ſm⁹ ſm spē vite etne. Justificatio aūt nō ē nisi expulsio cul/pe vl' liberatio a culpa p grāꝫ. Sꝫ forte q̄res quō gr̄a ex/pellit culpā: Rn̄deo ⁊ dico: ꝙ nō p modū cause efficiētis sic. n. opteret ꝙ gr̄a ageret in culpā existē ad ipi⁹ corru/ptōeꝫ: sic ignis agit in aerē ad ipi⁹ corruptōeꝫ. qḋ gr̄a nō fac̄. ſꝫ gr̄a expellit culpā formalr. ⁊ h' eo ipso ꝙ informat subiectū. s. volūtatē aīe. seq̄t̄ ꝙ culpa nō sit in aīa sic ptꝫ p exēplū de sanitate ⁊ infirmitate. Hec. b. Tho. in q̄stiōib⁹ dispu. de v'itate. q. xxviij. de iustificatōe impij. q. ij. vtrū pctōꝝ remissio possit eē sine gr̄a: in cor. so. ⁊ ī so. vij. ⁊ ix. arg.

¶ Qꝫ ad liberatōeꝫ a pctō req̄rit̄ gr̄a dei. CA. III.

Ertio ꝙ ad liberatōem a peccato diuina gratia requirat̄ ꝓbo auctoritate. b. Au/gu. in li. de nuptijs ⁊ cōcupiscentia sic dicentis: Si a pctō desistere: esset nō pctm̄ hr̄e: sufficeret illud ad quod nos mouet scriptura: Eccli. xxi. Filij peccasti non adijcias iterū. Et qꝛ hoc solū nō sufficit: iō addidit: Sꝫ ⁊ de pristinis depcare vt ⁊ tibi remittat̄. Hec. b. Tho. vbi s. imediate: in cor. solu. iuxta finē. Dicit ergo: fili pecca/sti ⁊c. In quib⁹ verbis sapiens facit tria. Primo ondit offensāꝫ ⁊ p cōsequens miseriā. s. peccasti. hoc est hūanū Eccl'es. vij. Nō est homo qui faciat bonū ⁊ nō peccet: q̄si dicat: Nō est aliquis iustus in terra cui ista duo conue/niāt simul. s. bonū facere ⁊ nō peccare. qḋ ptꝫ: qꝛ in pueri inuenit̄ nō peccare sed nō bonū facere. vn̄ Aug. Nec in/fans vnius diei peccat. Cuius rō ē: qꝛ nōdū hꝫ vsum li/beri ar. Et ideo actualr peccare nō pōt. In adultis vō nō inueniunt̄ hec duo sil'. s. benefacere ⁊ nō peccare. Ro. iij. Omnes. n. peccauerunt ⁊ egent gratia dei. ⁊ i. Joh. i. Si dixerimus q̄m peccatū nō habemus nos ⁊c. In solo aūt xp̄o ⁊ beata virgīe illa duo. s. benefacere ⁊ nō peccare sil' fuerunt. Re. s. Liberū arbi. de xp̄o ⁊ beata virgine. ⁊ s. Incarnatio. Scd̄o inducit ad desistentiā. s. pn̄ū pecca/toꝝ dicens: Non adijcies iterū. s. iterādo pctm̄. vn̄ Joh. viij. dixit dn̄s mulieri adultere: Uade: amplius noli pec/care. Tertio petit diuinā misericordiā: ibi Sed ⁊ de p̄/teritis depcare. s. diuinā misericordiā vt et tibi dimittat̄. ita dicit̄ Eccl. xvij. Relinque peccata tua p̄care ante fa/cieꝫ dei: ⁊ minue offendicula: reuertere ad dn̄m: ⁊ auer/tere ab iniusticia tua. In quib⁹ sapiens inducit hoīeꝫ ad quattuoꝛ. Primo ad contritiōem: ibi Conuertere. i.

simul vel totaliter vertere: qd fit in cōtritōe. Re. s. Con/
tritio. Uel ɔuertere. i. simul corde ɛ corpe vertere ad deū
diligēdū honorādū ɛ imitandū. Scdo inducit ad ɔfes/
sionē: ibi Relinque peccata tua. i. retro derelinque pctā
tua tanq̄ sarcinā impedientē ire in viā iusticie: puerb.
xxviij. Qui abscondit scelera sua nō diriget. Qui aūt cō/
fessus fuerit ɛ reliquerit ea misericordiā ɔsequet. Ter/
tio inducit ad orōnē: ibi Precare ante faciē dñi. i. s. p di/
missione peccatoꝝ. Glo. collateral' Depcet dñm p offen
sionib' suis. ɛ tota mente ad diuā fugiat misericordiaz:
spernēs idolatriā: ɛ diabolice seruitutis fallaciā: discat
ɛ mandatoꝝ regulā: vt in sorte sanctitatis q̄ elect' ē pma
neat ɛ i laudib' altissimi pseueret. Quarto inducit ad sa
tisfactōez ɛ h' q̄ttuor modis. Primo subtrahēdo oia ipe
dimēta. vn̄ dic̄ Et minue offendicula. i. nō solū pctā: sed
etiā sollicitudies ɛ oia q̄ impediūt. ij. ad Thimo. ij. Ne/
mo militās deo ɛc̄. Et. j. ad Corīth. ix. Ois q̄ in agone cō
tendit ab oib' se abstinet etiā a licitis. Scdo detestādo
execrabilia: ibi Et nimis odito execratiōes. i. petīn exe/
crabile hoīes reddēs execrabiles vl' infames. Uel nimis
odito exectōes. i. excōicatiōes siue actiue siue passiue. 3°
auertēdo se a culpa ɛ quo ad actū ɛ quo ad affectū: ibi Et
auerte ab iniusticia tua. s. detestādo factaꝝ: ɛ cauēdo fa/
ciēdā: Geñ. xix. Angeli q̄ venerūt sodomā dixerūt Loth
Noli respicere post tergū. Quarto redeūdo ad dñm: ibi
Et reuertere ad dñm. i. retrouertere ad dñm q̄ te fugiētē
r sequit' ɛ reqrit: Cāti. vj. Reuertere reuertere sunamitis
ɛc̄. Moralr' q̄ter dic̄ reuertere, pter q̄ttuor q̄ exigunt'
in pfecta cōuersione. s. gratie infusio: motus liberi arbi.
cōtritio: ɛ peccati expulsio. Uel dicit quater reuertere:
q2 quattuor modis auertimur a deo: scilicet cogitādo:
cōsentiendo: loquendo: opando. Uel dicit quater pro/
pter quattuor p que auertimur a deo. s. cōcupiscētia car
nis: cōcupiscentia oculoꝝ: supbia vite: ɛ obstinatio. Re/
uertere q̄ ancilla ad dñam tuā: Geñ. xv. Reuertē agar ɛc̄.
Reuertere fili pdige ad patrē tuū: Luc. xv. Surgā ɛ ibo
ɛc̄. Reuertē adultera ad spōsū tuū: Hiere. iij. Tu aūt for
nicata es cū amatorib' tuis: m̄ reuertē ɛ ego suscipiā te:
Ozee. ij. Reuertar ad virū meū priorē: q2 bene mihi erit
tūc magis q̄ nūc. Reuertē infirma ad medicū tuū: Ozee
v vj. Uenite reuertamur ad dñm: q2 ipse cepit ɛ sanabit nos
pcutiet ɛ curabit nos. In quo v̄bo tāgūt' tria. Primo inui/
tatio gratiosa: ibi Uenite: Math. xj. Uenite ad me oēs
q̄ laboratis ɛc̄. Re. s. Lex. ca. cxj. ɛ cxiij. Scdo tāgit' con/
uersio pciosa vl' necessaria: ibi Reuertamur ad dñz. glo.
interli. quē relinquim' peccādo: Hiere. ij. Duo mala fec̄
ppl's me': me dereliq̄rūt fontē aq̄ viue: ɛ foderūt sibi ci/
sternas ɛc̄. Cāti. vj. Reuertē ɛc̄. vt. s. Tertio tāgit' opatō
fructuosa: ɛ h' est triplex. Prima ē incarnatiōis: vn̄ dic̄:
Quia ipse cepit. Glo. s. nr̄am naturā p incarnatōez: ad he/
bre. ij. Nusq̄ angelos apphēdit s3 semē abrae ɛc̄. Re. s.
Incarnatio. Scda ē sanatōis: ibi Sanabit nos. Glo. sa/
nabit ab errore p veritatē doctrine a pctō. aut p infusio/
nē gratie. Tertia ē recōsolatōis: ibi Percutiet ɛ curabit
nos. Glo. interli. Percutiet vt pius pastor flagellando.
Glo. interli. ɛ curabit nos a vulnerib' peccatoꝝ p pniaz
Uel pcutiet nos tribulatōib' corpalib': ɛ curabit a ma/
ioribus. s. mentalib' ɛ corpalib' liberando. Haimo dic̄:
q̄ cepit nos sicut seruū fugitiuū a luce ad tenebras fugi/
entē. In signū huius dicit: cū dñs staret in cruce q̄ faciē
habuit ɔuersam ad occidētē quasi respiceret post seruū
fugientem.

¶ Q2 ad liberatōem a peccato requirit' ɔtritio ꝺ pctō.

Secundo principalr' ad h' q̄ hō libe/ **CA. IIII.**
s ret' a pctō ē necessaria mētalis displicētia. s. cō/
tritio. qd triplicit' pbo. s. auctoritate: rōne: distinctiōe.

Primo auctoritate Isido. ꝺ summo bono sic dicētis: Ois
cōuersus a fletu prius inchoat petōꝝ: ɛ sic trāseat ad de/
siderium supnoꝝ. Prius. n. lachrymis purgāda sunt vitia
q̄ gessim': vt tūc mūdata mētis acie qd q̄rim' contēple/
mur: vt deflendo petīn a nobis caligo detergat'. ɛ Greg.
xxij. li. moral. sic ait Quo vberi' culpa flet': eo alti' cogni
tio veritatis attingit': q2 ad videndū interdū lumē pollu
ta dudū ɔsciā lachrymis baptisata renouat'. S3 forte
argues in oppositū. s. q̄ obtenebratio intellect' ɔtritōe n̄
abstergit' sic: Que sunt in vna potētia elicuīt ppria opa
vel pprios actus illi' potētie. s3 dolor vl' ɔtritio ē in affe
ctiua. q̄ nō vr̄ q̄ debeat elicere actū illuminatōis circa co
gnitiuā. Rn̄deo ɛ dico q̄ actus doloris nō fit illumina/
re penitētē effectiue tn̄ dispositiue sic. s. iquātū act' vni'
potētie disponit ad actū alterius. Sicut amor rei dispo/
nit intellectū ad rē amplius cognoscēdā: ɛ illuminatio
intellectus amorē efficit in affectiua. Cū. n. iste potētie
sint annexe vna iuuat aliaꝝ: ita q̄ q̄ plus cognoscit plus
diligit: et qui plus diligit plus cognoscit. Hec Alexan/
der. iij. parte summe. q. cxlvij. de effectu contritōis: ar/
ti. i. vtrū detersio caliginis siue illumīatio cognitiue ob/
tenebrate sit effectus cōtritōis: in so. vltimi arg. Scdo
q̄ ɔtritōe fiat remissio culpe pbo rōne sic: Ois virtus et
ōe vitiū ex eisdē causis ɔtrio mō sūptis corrūpit' ɛ gene/
rat': vt dicit phs. ij. li. ethi. j° ca. qd phs ibidē dupliciť p/
bat. Primo p exemplū in artib'. Ex hoc. n. q̄ edificato/
res frequēter bn̄ vl' male edificāt dicūt' boni vl' mali edi
ficatores. Cui' signū ē: q2 si hoc nō eēt vez nō indigerēt
hoīes ad addiscendū huiusmodi artes aliquo docente
qui actōes eoꝝ dirigeret: sed oēs qualitercūq̄ oparen
tur fierent boni vel mali artifices qd ē falsum. Scdo ośn
dit ɛ pbat q̄ sicut se h3 in artib': ita etiā in virtutibus ɛ
vitiis. Qui. n. in cōmutatōibus q̄ fiunt ad hoīes bn̄ ope/
rant' fiunt iusti: qui aūt male fiunt iniusti. Et silr' q̄ in pe
riculis frequēter assuescunt bene vel male cōfidere vel
timere: fiunt fortes vel timidi. Et ita etiā de tempantia
ɛ mansuetudine circa ɔcupiscentias ɛ iras. ɛ vniuersalr'
loquēdo ex silibus opibus fiunt siles habitus, pter qd
a iuuentute est nō paruū studiū adhibendū qualr' iuue/
nes addiscant ɛ assuescant opari: q2 fm tales opatiōes
bonas vel malas in nobis generant' habitus virtuosi vl'
vitiosi. Hec phs vbi. s. Et. b. Tho. in scri. ethi. ibidē. Pa/
tet igit' q̄ ex eisdē causis ɛ p eadē ɔtrio modo sumpta fit
ɛ corrumpit' ois virtus: vel virtus ɛ vitiū generant'. S3
p inordinatū amorē cordis peccatū cōmittit'. ergo p do
lorē ex amore charitatis ordinatio tn̄ peccatū soluitur.

Si vō hāc rōnē ali' vis formare dicas sic: Propositū
est ppositi cā: ɛ oppositū ē cā oppositi. Sed cōsensus vl'
cōplacentia inordinata est causa delectionis peccati. hic
aūt dissensus voluntatis vel displicentia nō est nisi con/
tritio: ergo ɛc̄. Tertio hoc idē pbo ɛ ostendo distin/
ctōe. Ubi nota q̄ aliqn̄ est necessarius assensus volunta
tis sine dissensu: aliqn̄ vō est necessarius assensus volū
tatis cū dissensu. verbigratia: de innocente et peccatore
penitente. Aliter enī se habet de innocente ɛ aliter ꝺ pec
catore. Cum enī iustificatur innocēs oportet q̄ in eo fit
vna dispositio solū. s. q̄ se efficaciter disponit p consen/
sum ɛ affectū ad recipiendam diuinā gratiaz ex qua iu/
stificatur. Et si hoc fecerit: quod in se ē facit: eo q̄ oculū
mentis aperit: ɛ lumen gratie recipit. Non. n. oportet q̄
in innocente sit alia dispositio: s3 cū consensu gratie di
sensus culpe. Cuius rō est: quia cum in eo non sit culpa
mortalis: nō est sibi necessari' dissensus nec p cōsequēs
cōtritio. In peccatore aūt duplex dispositio est necessa/

ria.s.vna ad introducendã grãm: vt.s.p assensum ⁊ affe-
ctũ oculũ mentis apiat: ⁊ sic lumẽ gratie recipiat: ⁊ tunc
qd in se ẽ facit. si aũt p assensum ⁊ affectũ ad deũ efficaci-
ter nõ pparet apiendo oculũ cordis: tũc qd in se ẽ nõ fa-
cit nec lumẽ gratie recipit. Secunda dispositio q̃ pecca-
tori ẽ necessaria ẽ: vt peccato dissentiat p cõtritõem de-
testãdo pctm. vñ qñ peccator penitẽs hec duo facit. s. pri-
mo qñ se disponit efficaciter p assensuz ⁊ affectũ ad deũ
secũdo qñ se disponit efficaciter ⁊ p dissensuz seu displi-
centiã pcti: tũc efficaciter dicit facere qd in se ẽ: ⁊ grãm
recipit q̃ culpã excludit. De primo hoc dr Jac. iiij. Appro-
pinqte deo ⁊c. Et de scdo apoca. iij. Si qs aperuerit mi-
hi ⁊c. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. xvij. de iustificatõe: arti.
iij. q. iiij. vtrũ ad iustificatõem reqrit motꝰ liberi arbi. in
pctm siue otritio: argu. 3. primo. ⁊ in cor. solu. in fine.

¶ Q3 ad remissionẽ peccati requirunt duo ⁊c. CA. V.

A D maiorẽ vñ euidentiã pcedẽtis ca-
pituli est sciẽdũ q ad remissionẽ peccati mor-
talis duo principaliter requirunt. s. dilectio: et
cõtritio. Primo quidẽ dilectio charitatis p quã mens
cõiungit deo. Secundo cõtritio p quaz mens detestat
peccatũ. Primo dico q ad remissionẽ peccati est ne-
cessaria dilectio charitatis p quã mẽs deo cõiungit. vñ
sup illo verbo Luc. vij. Dimissa sunt ei pctã multa: qr di-
lexit multũ. dicit glo. q feruor dilectõis charitatis in ea
rubiginẽ destruxit peccatoꝝ. Et puer. x. Uniuersa deli-
cta operit charitas. Sed ex hoc verbo põt argui: q cõ-
tritio nõ sit necessaria ad remissionẽ peccati sic: Si sola
charitas sufficit ad remissionẽ peccati vt ptz: ergo cõtri-
tio nõ est necessaria ad peccati remissionẽ. Respondeo
⁊ dico q ad eandẽ virtutẽ ptinet psequi vnũ opposito-
rũ ⁊ fugere aliud. Sicut naturaliter corpus simul rece-
dit ab vno loco ⁊ accedit ad aliud. sic etiã liberũ arbi.
in iustificatõe peccatoris simul p assensũ cõuertit se ad
deũ ⁊ detestat peccatũ. Sicut etiam ad charitatẽ ptinet
diligere deuz: ita etiã ad charitatẽ ptinet detestari pec-
cata p que anima sepatur a deo. vñ feruor dilectõis õ ne-
cessitate secũ cõiunctũ habet odiũ contrarii. s. peccati. Et
ideo feruor dilectõis dei ad deletionẽ culpe nõ opatur
sine peccati detestatõe que directe dimissioni culpe re-
spondet. Hec. b. Tho. iiij. sen. di. xvij. de iustificatiõe im-
pii que est idẽ qd remissio culpe. Re. 3. Contritio: in so-
lu. j. argu. Et prima secunde. q. cxiij. arti. v. vtrũ ad iustifi-
catõem cõtritio requirat: in solu. j. argu. Secundo di-
co q ad remissionẽ peccati mortal requirit de necessi-
tate otritio. vñ i psal. Sacrificiũ deo spũs otribulatꝰ cor
cõtritũ ⁊ humi. ⁊c. In quibꝰ verbis nota duo s. valorẽ ⁊
amorẽ. Primo nota valorẽ seu vigorẽ: ibi Sacrificiuz.
glo. oñdit quid sit deo offerendũ: nõ pecudes: nõ hirci:
qr hec nõ placent deo: imo post aduentũ xpi respuunt.
Sz sacrificiũ peccatoꝝ ẽ vt placeat deo in pñti vita: ideo
dicit: sacrificiũ deo spũs cõtribulatus: vbi glo. sic ait: Cõ-
tritio cordis ẽ sacrificiũ in quo peccata soluunt. Rõ hꝰ
est. qr cõtritio cordis disponit ad receptõem gratie ex q̃
pctã excludũt. Scdo nota dei amorẽ: ibi Cor otrituz et
hũiliatũ deꝰ nõ despi. Glo. quasi dicat: Deꝰ spernit thau-
rũ ⁊ hircũ ⁊ hꝰmõi: ⁊ alia figuralia adueniente veritate.
Sz o deꝰ nõ despicies in futuro imo approbabis remu-
nerando cor otritũ ⁊ hũiliatũ: cor otritũ penitentia: ⁊ hu-
miliatũ deo cõfitẽdo: nõ elatũ pctis excusando. Prius
dicit: cõtritũ. postea dicit: hũiliatũ. qr cor nõ põt hũilia-
ri nisi prius sit cõtritũ. Patet igit q ad remissionẽ cul-
pe mortalis necessaria est cõtritio cordis. Sz forte ar-
gues in oppositũ tribꝰ modis. Primo sic: Cõuersio ad
bonũ incõmutabile. s. ad deũ: est potẽtior q̃ ouersio ad
bonũ cõmutabile. s. ad bonũ creatũ. sed cõuersio ad bo-
nũ cõmutabile sufficienter inducit culpã: ergo cõuersio
ad deũ remittit culpã: ⁊ sic otritio nõ ẽ necessaria. Rñ-
deo duobꝰ modis. Primo cõuersio sufficit ad grãm ob-
tinendã quãtũ in se ẽ: sicut ouersio ad bonũ cõmutabile
sufficit ad culpã. sz pter ouersionẽ ad deũ vl' sil' cũ ouer-
sione ad deũ reqrit ouersio ad pctm: q̃si remouẽs ⁊ phi-
bens. Scdo mõ rñdeo ⁊ dico q etiã in pctõ ouersio nõ
facit culpã sine auersiõe: ⁊ ideo sicut in peccato sunt duo
sz inordinata auersio ⁊ ouersio: ita in cõuersione optz
q sint duo. s. ouersio ad deũ p dilectiõem ⁊ cõuersio ad
peccatũ vel auersio a peccato p detestatõem vel cõtritio-
nem. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. vbi. 3. in solu. ij. argu. Se-
cundo modo ad idẽ argues sic: Qui in anteriora tendit:
ad posteriora respicere nõ debet: sm illud apli ad phili.
iij. Que retro sunt obliuiscens ⁊c. Sz tendẽti ad iusticiã
retro sunt peccata pterita. ergo coꝝ debz obliuisci nec in
ea se extendere p motũ liberi arbi. Rñdeo ⁊ dico q hõ
debet obliuisci et recordari peccatoꝝ pteritoꝝ diuersis
respectibꝰ. qd sic patz: Primo. n. nõ dz hõ recordari pctõꝝ
pteritoꝝ ppter affectõem: vt. s. afficiat ad ea: sed q̃tũ ad
hoc dz ea obliuisci. Scdo debet hõ recordari pctõꝝ suo-
rũ ⁊ considerare ipa vt detestet ea: sic ab eis. n. recedit.
Ubi nota q cõtritio debet eẽ singularis ⁊ generalis.
Primo quidẽ dz eẽ otritio singularis: qr optet q hõ sin-
gularia pctã q̃ cõmisit quoꝝ hz mẽoriã detestet. Scdo
ex tali cõsideratõe sequit in anima quidaz motus quo
detestant oĩa peccata que cõmisit. Int q̃ etiaz includũt
pctã obliuioni tradita: qr hõ in statu illo ita dz eẽ dispo-
positus: vt etiã de his q̃ nõ meminit oterat si mẽorie oc-
currerẽt. Et talis modus otritõis requirit ⁊ cõcurrit ad
remissionẽ peccati. Hec. b. Tho. prima secunde vbi. 3. in
solu. ij. ⁊ iij. argu. Tertio ad idẽ argues sic: Nihil im-
pedit a pceptõe eucharistie nisi culpa mortalis. sz otritꝰ
añ ofessionẽ nõ dz accedere ad eucharistiã: ergo otritio
nõ valet ad remissionẽ pcti. Rñdeo ⁊ dico q dupliciter
pctõr delinquit. s. in deũ ⁊ in ecclĩam. Primo peccat in
deũ: qr imaginẽ dei deformat. Scdo peccat in ecclĩam
qr subtrahit membꝝ ecclĩe: ita q ñ sit vnitũ ab aliis
mẽbris nec vnitũ eis. Et ideo optet q peccator recõcilie-
tur deo ⁊ ppimo. q̃tũ g ad illã recõciliatõem que est re-
spectu dei: optet hñe otritõem que ẽ initiũ recõciliatõis
q̃tũ aũt ad illã recõciliatõem q̃ est respectu ecclĩe est ne-
cessaria cõfessio. vñ qr dispẽsatio eucharistie ptinet ad
mĩstros ecclĩe. ideo añ remissionẽ pctõꝝ p mĩstros nõ dz
aliqs ad eucharistiã accedẽ q̃uis sic sibi culpa qꝰ ad deũ
remissa. Hec. b. tho. iiij. scri. sen. di. xvij. õ effcũ cõtritõis:
arti. v. q. j. vtꝝ rmissio culpe sit effectꝰ otritõis: i so. iij. ar.

¶ Utrũ infusio grẽ ⁊ remissio culpe sint sil. CA. VI.

S Ed quia remissio peccati vel liberatio a pecca-
to nõ fit sine gratia dei: posset aliquis querere:
vtrũ infusio gratie pcedat remissionẽ culpe vel
ecõuerso. Rñdeo ⁊ dico q hec duo ⁊ sunt simul ⁊ in in-
stanti: ⁊ vna ẽ prior alia: quodãmodo ⁊ ecõuerso. Pri-
mo dico q hec duo in instãti sunt ⁊ simul. qd tripliciter
probo. s. auctoritate: rõne ⁊ similitudine. Primo hoc p-
bo auctoritate Actu. ij. Factus ẽ repente de celo sonus
tanq̃ aduenientis spũs vehemẽtis. vbi dicit glo. q ne-
scit tarda molimina spũssancti grã: ergo est in instanti.
Scdo hꝰ pbo duplici rõe. s. ex pte dei: ⁊ ex pte liberi ar.
Prima rõ est ex pte dei que ẽ talis. Uirtus infinita i in-
stanti opat. sed deus ẽ infinite virtutis. ergo subito ⁊ in
instãti mentẽ disponit ad susceptõem grẽ: ⁊ ad remissio-
nẽ culpe. Scdo hoc idẽ pbo alia rõne ex pte. s. liberi
arbi. q̃ est talis: Motus liberi ar. q̃ ad iustificatõem cõ-

currit est cōsensus ad duo.s.ad detestandū peccatū: ⁊ ad accedēdū ad deū.sed ꝯsensus ad ista duo fit subito. Nā motus liberi arbitrij qui est velle vnū ⁊ nolle aliud: vel displicere peccatū ⁊ acceptare deū non est successiuus ſ; instantaneus: ergo ⁊c. Et cōfirmo hanc rōnem: q2 sicut intellectus pōt plura intelligere inquantū vnū ordinaẜ ad aliud. sic motus liberi arbi. ferẜ in plura ꝓut vnū ordinatur ad aliud: vt verbigratia: motus liberi arbi. ordinatus ad peccatū detestandū: q2 hoc ordinaẜ ad deū acceptandū ⁊ honorandū. ꝓpter hoc.n. homo detestaẜ peccatū q2 ē ꝯtra deū cui vult adherere. ⁊ ideo liberꝫ ar. simul detestaẜ peccatū et cōuertitur ad deū. Sicut etiā corpus simul recedendo ab vno loco accedit ad aliū: ⁊ sicut ignis statim cū est generatus moueẜ sursum: sic motus liberi ar. qui ē velle: nolle: cōsentire: vel dissentire nō est successiuus sed instantaneus. Contingit autē q̄nq3 ꝙ voluntatē vel cōsensum precedit aliqua deliberatio que non est de substantia iustificatōis: sed via ad iustificatōem. Tertio hoc idē ꝓbo exempli similitudine: q2 sicut lumen solis in aere subito recipitur: ⁊ subito aer illuminaẜ: ita a deo imediate ⁊ subito in mente gratia infundiẜ. ⁊ subito a mente culpa excluditur. Quarto hāc rōnē sic ꝯfirmo: Q2.n. forma aliqua subito nō imprimaẜ subiecto est ex hoc ꝙ materia non est disposita: ⁊ agens indiget tpe ad hoc ꝙ materiā vl' subiectū disponat. si.n. materia esset ꝑfecte disposita tunc forma induceret subito: vt patet exemplū de aere ⁊ luce. ex eo enī ꝙ aer sm se est dispositus ad lumē recipiendū: ideo subito aer illuminaẜ a sole. Cum igiẜ deus sic infinite virtutis ad hoc ꝙ infundat grām nō requirit dispositōeꝫ aliquā quā ipse nō faciat: nec ad hoc faciendū indiget tpe. sed cū eius virtus sit infinita pōt subito mentē disponere ad susceptōem gratie. Hec b. Tho. iiij. scri. sen. di. xvij. de iustificatōe impij. arti. v. q. ij. vtrū infusio gratie ⁊ remissio culpe sint in instanti: in cor. solu. Et plenius vl' copiosius prima secunde. q. cxiij. de iustificatiōe impij. ar. vij. vtrū iustificatio impij sit in instanti. argu. ꝫ: ⁊ in cor. solu. ⁊ in solu. j. ij. iij. ⁊ iiij. argu.

¶ Q2 infusio gratie ⁊ remissio culpe quodā ordine se ꝑcedunt ⁊ sequunẜ: ⁊ quō. CA. CVII.

Secūdo dico ꝙ q̄uis infusio gratie: remissio culpe: ⁊ cōtritio aie: tpe sint simul: q2 sunt in instanti: vt patet ca. ꝑcedenti: quodā tn̄ modo ⁊ ordine vna est prior altera ⁊ ecōuerso. quod sic patꝫ: Infusio.n. gratie ⁊ remissio culpe se habent sicut introductio vnius forme ⁊ exclusio alterius. cōstat aūt ꝙ sm ordinē cause formalis efficientis ⁊ finalis introductio vnius forme ꝑcedit exclusionē alterius. ⁊ hoc modo infusio vel introductio ꝑcedit exclusionē culpe vl' remissionē. Scd̄m autē ordinē cause materialis est ecōtrario: q2 remissio culpe ꝑcedit introductōem gratie. Hoc aūt tripliciter ꝓbo scꝫ similitudine: rōne: ⁊ auctoritate. Primo similitudine: ⁊ in loci mutatōe: ⁊ illuminatōe. Primo in loci mutatione. Cum.n. iustificatio sit quedā mutatio de statu culpe ad statum iusticie. ipsa mutatio pōt dupliciter cōsiderari. Uno modo ex pte mouentis: et sic accessus ad terminū ad quē ꝑcedit recessum a termīo a quo. hoc.n. modo prius est id qd̄ p motū acquiriẜ q̄ꝫ oppositū qd̄ abijciẜ. agēs.n. prius inducit formā vnā q̄ꝫ excludit aliā. Alio modo ex pte mobilis. ⁊ sic est ecōuerso q2 recessus a termino a quo ꝑcedit accessum ad terminū ad quem. prius est.n. in subiecto oppositū qd̄ abiciẜ: ⁊ postmodū id qd̄ p motū acquiriẜ. Secundū exemplū est de illuminatione aeris: nam iustificatio peccatoris est quedā illuminatio mentis. Ipsa.n. illuminatio aeris dupliciter pōt cōsiderari. Uno modo ex pte solis illuminantis: ⁊ sic prius est illuminare aerē q̄ꝫ tenebras amouere. Alio modo pōt cōsiderari illuminatio aeris ex pte aeris illuminati ⁊ sic prius est purgari a tenebris q̄ꝫ lumē cōsequi. Sic a simili iustificatio peccatoris dupliciter cōsiderari pōt. Uno modo ex pte dei iustificantis: et sic ordine nature prius est gratie infusio q̄ꝫ culpe remissio. qd̄ dupliciter ꝓbo. Primo rōne sic: Causa naturaliter ꝑcedit effectuꝫ sed infusio gratie est causa remissionis culpe. qd̄ patet: q2 deus infundendo grām remittit culpaꝫ. ergo infusio gratie est prior ordine nature remissione culpe. Secūdo hoc idē ꝓbo auctoritate Ambro. qui dicit: ꝙ ꝑfecta virtus in aīam intrans iniquitatē tollit. sed prius ē vnū quodq3 q̄ꝫ naturaliter agat. ergo prius ē virtus ⁊ gratia q̄ꝫ peccata tollat. Secundo iustificatio pōt cōsiderari ex pte hoīs iustificati. ⁊ sic ordine nature prius est exclusio culpe q̄ꝫ infusio vel cōsecutio gratie. qd̄ dupliciter ꝓbo. s. rōne ⁊ auctoritate. Primo rōne sic: Remissio culpe ⁊ infusio gratie se habent sicut purgatio ⁊ illuminatio. sed purgatio ꝑcedit illuminatōeꝫ sm Dyoni. ergo remissio culpe ꝑcedit infusio ꝫ gratie. Secundo hoc idē ꝓbo auctoritate b. Augu. in quodā sermone sic dicentis: Mens nō pōt habere regimen virtutū: nisi prius excusserit iugū vicioꝝ. Et in psal. Declina a malo ⁊ fac bonum vnde recedere a malo prius est: q̄ꝫ facere bonū. vnū remissio culpe ꝑtinet ad recessum a malo: infusio aūt gratie ꝑtinet ad ꝓsecutōeꝫ boni ergo ⁊c. Hec b. Tho. iiij. scripto sen. di. xvij. de iustificatōe impij. arti. iiij. q. j. vtrū remotio culpe naturaliter ꝑcedat infusioneꝫ gratie: in arg. ad vtranq3 ptē factis: ⁊ in cor. solu. Et prima secūde. q. cxij. arti. viij. vtrū gratie infusio ꝑcedat culpe remissionē. argu. ꝫ: ⁊ in cor. solu. ⁊ in solu. j. argu. vbi vīdet ad auctoritates psal. duobꝰ modis. Primo ꝙ infusio gratie diuersis respectibus est prior ⁊ posterior remissione culpe: vt supra pꝫ exemplū d' illuminatōe aeris. Secundo ꝙ termini iustificatōis sunt duo. s. culpa sicut terminꝰ a quo: ⁊ iusticia sicut terminus ad quē. gratia vō est causa ⁊ remissionis culpe: ⁊ adeptōis iusticie. ibidē in solu. j. arg.

¶ Q2 opa iusticie sunt exequenda ⁊ oppositum cauendum: ⁊ quare. CA. VIII.

Quanta aūt cautela ⁊ diligētia opa iusticie sint exequenda patet auctoritate inducta psal. xxxvj Declina a malo ⁊ fac bonū: Ad cuius euidentiā caue oppositū. vide reatū: ⁊ age ꝓpositū. Primo caue oppositū. Nā oppositū duarū ptiū legalis iusticie que sunt declinare a malo ⁊ facere bonū: vitare ⁊ cauere debemus. qd̄ tali rōne ostendo: Peccatū vitare debemus. sed oppositum istoꝝ duoꝝ. s. declinatōis a malo: ⁊ opationis boni est peccatū. qd̄ sic ꝓbo: Illud est peccatū qd̄ ꝑcepto affirmatiuo vel negatiuo opponiẜ. sed ista duo opposita supradictis. s. cōmissio mali que opponiẜ isti. s. declinationi a malo ⁊ omissio boni que opponiẜ isti. s. cōmissioni boni opponūẜ ꝑcepto negatiuo ⁊ affirmatiuo: ergo ⁊c. Q2 aūt hec duo opponanẜ ꝑcepto affirmatiuo ⁊ negatiuo probo de singulis. Et primo de cōmissione mali q̄ꝫ prime pti iusticie legalis opponiẜ. s. declinatiōi a malo.

Ubi nota ꝙ cōmissio mali diciẜ transgressio. Cuiꝰ rō est: q2 sicut in corpalibus ille diciẜ transgredi qui graditur trans terminū sibi ꝑfixum: sic in moralibus terminus ꝑfigitur homini: vt vltra nō transeat p ꝑceptū negatiuum. Et ideo ille transgressor diciẜ qui agit cōtra preceptum negatiuū. qd̄ dupliciter pōt accipi. Uno modo cōiter vel generaliter. s. ꝙ quicunq3 peccat mortalr: efficitur transgressor. ⁊ ideo p quamlibet spēm peccati mortalis homo transgressor dicitur. Alio mō specialiter ille

transgressor dr̄ qui agit aliquid in iniuriā dei: vtputa il
le qui agit ꝯtra debitū precepti vel legalis iusticie vel v
tutie: vt predictū est. qui agit aliquid in iniuriā dei vel
nocumentū ꝓximi quibꝰ ex debito ꝑcepti negatiui ad
id cuius ꝯtrariū agat obligat̄. ⁊ ideo transgressor ꝑcepti
negatiui efficit̄. Dec. b. Tho. scd̄a scd̄e. q. lxxix. de ptibꝰ
iusticie legalis: ar. ij. vtrū trangressio sit spēale peccatū.
Re. infra. Precepta negatiua. ¶ Qr̄ omissio
boni oppōit̄ ei qd̄ est facere bonū. CA. IX.

Ecundo dico ꝙ omissio boni opponit̄ scd̄e ptī
iusticie legalis vel diuine que est facere bonū.
Ad cuiꝰ euidentiā nota tria. Primū est ꝙ omis
sio importat ꝑtermissionē non cuiuscūqȝ boni sed boni
debiti in cōparatōe vel ad legē diuinā vel humanā. s. vel
ad deū vel ad ꝓximū. Scd̄z est ꝙ sicut cōmissio mali vl̄
transgressio est peccatū: eo ꝙ opponit̄ preceptis negati
uis que ptinent ad declinandū a malo: ita omissio boni
est peccatū eo ꝙ opponit̄ ꝑceptis affirmatiuis que pti
nent ad faciendū bonū. Tertiū est ꝙ omissio boni non
semꝑ est peccatū. sed solū illo tp̄e quo quis p ōt ⁊ tenet̄
bonū facere ⁊ non facit. Dico aūt illo tp̄e ad differentiā
precepti negatiui. nam ꝑcepta negatiua obligāt semꝑ ⁊
ad semꝑ. precepta aūt affirmatiua non obligāt ad semꝑ
sed ad tempus determinatū: ⁊ ideo ꝓ illo tp̄e peccatum
omissionis incipit. Dico etiā ꝙ omissio est illius boni
qd̄ quis potest facere. potest tn̄ ꝯtingere ꝙ aliqs illo tp̄e
quo debet bonū facere sit impotēs ad faciendū qd̄ debȝ
Et hoc duobus modis: vel ꝑter eius culpā: vel ꝓpter eiꝰ
culpā. Primo dico ꝙ si aliquis omittat facere bonū qd̄
debet: ideo quia est impotēs preter eius culpā: ⁊ tunc si
non facit id quod non potest facere: nō peccat: eo ꝙ nul
lus tenet̄ ad impossibile. qd̄ per tria exempla ꝓbo. Pri
mū est ꝙ mulier que virginitatē vouit si violent̄ corru
pta est non amittit virginitatē non habendo: sed nō pe
nitendo de peccato ꝑterito vel non faciendo qd̄ pōt ad
votū implendū ꝑ ꝯtinentie obseruantiā. Scd̄m exēplū
est de sacerdote qui missā omittit. nam sacerdos qui te
net̄ missā celebrare ⁊ habet aliqd̄ impedimentū non te
net̄ dicere missā nisi supposita debita oportunitate q̄ si
deest non omittit. Tertiū exemplū est de eo qui ad resti
tutionē tenet̄. nam aliquis debitis obligatꝰ tenet̄ ad re
stitutionē supposita facultate: quā si nec habet nec habe
re potest non omittit dūmodo faciat qd̄ potest. Scd̄o
modo aliquis omittit facere qd̄ debet ꝓpter eius culpā
precedentē: puta cū aliquis de sero se inebriauit ⁊ nō po
test surgere ad matutinas: tūc peccat peccato omissionis
Unde dicendū ꝙ omissio incipit ei imputari ad culpā
qn̄ fuit tempꝰ operādi: tn̄ ꝓpter cām precedentē ex qua
omissio sequēs reddit̄ voluntaria. ergo ⁊c̄. Et ꝓpter hoc
dr̄ Jaco. iiij. Scienti bonū ⁊ non facienti peccatū est illi
Dec. b. Tho. scd̄a scd̄e. q. lxxix. arti. iij. vtrū omissio boni
debiti spēalis sit peccatū: argu. ꝯtra: ⁊ in cor. solu. ⁊ in so
lu. ij. ⁊. iij. argu. ¶ Qr̄ peccatū transgressionis
est maius peccato omissionis. CA. X.

Ecūdo principaliter vide reatū vel gradū. s. qd̄
istor̄ sit grauiꝰ peccatū: an trāsgressionis: an omis
sionis. Et q̄stu ad hoc dico tria. Primū est ꝙ
vtrūqȝ peccatū. s. trāsgressionis ⁊ omissionis est peccatū
veniale si accipiat̄ large. s. ex eo ꝙ aliquid fit ꝑter prece
pta affirmatiua vel negatiua. Scd̄m ꝙ vtrūqȝ est petm̄
. s. transgressionis ⁊ omissionis mortale. si accipiat̄ ꝓpe
put vtrūqȝ fit ꝯtra precepta affirmatiua vl̄ negatiua: ita
ꝙ facere aliquid vel omittere aliquid ꝑter supradicta ꝑ
cepta est peccatū veniale: facere vō vel omittere aliquid
ꝯtra supradicta precepta est petm̄ mortale. Tertiū est ꝙ
petm̄ transgressionis. s. cōmissionis mali est grauius pec
catū: simpliciter ⁊ absolute loquēdo de peccato omissio
nis: lȝ aliqua omissio possit esse grauior aliqua trāsgres
sione. Qr̄ aūt simplicit̄ ⁊ absolute loquēdo transgressio. i.
ꝯmissio mali: sit grauius petm̄ omissione boni: ꝓbo tri
plici rōne. s. facilitatis: ꝯtrarietatis: penalitatis. Primo
rōne facilitatis sic: Quāto bonū aliquod est facilius ad
fiendū: si non fit tanto est petm̄ grauius. sed facilius est
abstinere a malo faciēdo q̄ȝ facere bonū. ḡ grauiꝰ peccat
qui non abstinet a malo faciēdo quod est transgredi q̄ȝ
qui non facit qd̄ faciendū est: qd̄ est omittere. Scd̄o h̄
idem probo rōe maioris ꝯtrarietatis sic: Tanto malum
vel peccatū est grauiꝰ: quāto maiori bono vel virtuti op
ponit̄. sed cōmissio mali opponit̄ maiori bono q̄ȝ omis
sio boni. Qd̄ ꝓbo tripliciter. Primo rōne: qr̄ plus distat
ꝯtrariū a suo ꝯtrario: q̄ȝ simplex negatio: vt dr̄. x. metha.
Scd̄o hoc ꝓbo similitudine. verbigrā: Sicut nigrū plus
distat ab albo q̄ȝ simplex non albū. quod pȝ: qr̄ omne ni
grū est non albū sed non ꝯuertit̄. sed trāsgressio. i. cōmis
sio mali īportat ꝯtrarietatē ad actū virtutis: omissio aūt
boni importat negationē actus virtutis. Ubi nota ꝙ ei
quod est facere bonū opponunt̄ duo. s. non facere bonū
qd̄ est omittere: ⁊ facere malū quod est trāsgredi. sed pri
mū opponit̄ ꝯtradictorie: scd̄m vō ꝯtrarie qd̄ importat
maiorē distantiā: ⁊ ideo transgressio est grauius petm̄.
Tertio ꝓbo alia similitudine sic. vbigrā: quia plꝰ peccat
siquis exhibeat patri ꝯtumeliā: q̄ȝ siquis parentibꝰ non
exhibeat debitā reuerentiā. sed exhibere parentibꝰ cōtu
meliā est trāsgredi. non exhibere debitā reuerentiā est
omittere. ḡ ⁊c̄. Tertio hoc idē probo rōne penalitatis
sic: Pena ꝓportionat̄ culpe: ergo maiori culpe debetur
maior pena. sed maior pena debet̄ peccato trāsgressiōis
q̄ȝ peccato omissionis. qd̄ tali rōne ostendo: Maior pe
na debet̄ peccato qd̄ habet actualē ꝯuersionē inordina
tā ad bonū cōmutabile: q̄ȝ peccato qd̄ non habȝ necessa
rio actualē ꝯuersionē ad bonū cōmutabile. sed petm̄ trā
gressionis habȝ actualē ꝯuersionē ad bonū cōmutabile
non aūt petm̄ omissionis. ḡ ⁊c̄. Dec. b. Tho. scd̄a scd̄e. q.
lxxix. arti. iiij. vtrū petm̄ omissionis sit grauiꝰ petō trans
gressionis: in argu. contra: ⁊ in cor. solu. ⁊ in solu. argu.
Re. ā. Abstinentia. iij. ca. in fi. ⁊ que sit pena vtriusqȝ.
¶ Qr̄ facere bonū ⁊ declinare a malo ptinent ad omnē
virtutē in cōi: ⁊ ad diuersas virtutes in spēali. CA. XI.

Ertio dico age ꝓpositū. sed quid: declina a ma
lo ⁊ fac bonū. Ad cuius euidentiā nota tria. s.
habitū ꝓductiuū: modū directiuū: fructū vel me
ritū allectiuū. Primo circa ꝑdicta verba nota habitū
ꝓductiuū. s. cuiꝰ virtutis sit declinare a malo ⁊ facere bo
nū. Et q̄stū ad hoc rn̄deo ⁊ dico: ꝙ malū ⁊ bonū dupl̄r
possunt considerari. s. in cōi ⁊ in spēali. Primo in cōi. s.
bonū vt bonū: ⁊ malū vt malū. Et hoc mō facere bonū ⁊
vitare malū ptinent ad omnē virtutē: quia de rōne oīs
virtutis in cōi est facere bonū agentē: ⁊ actū eius bonū
vt ph̄s ⁊ sancti dicunt. Et fm̄ hoc ista duo. s. bonū facere
⁊ malū declinare non possunt poni ptes iusticie: nisi for
te iusticia accipiat̄ ꝓut est omnis virtus: tn̄ qr̄ alie vir
tutes morales ꝯsistunt circa passiones in quibus bonū
facere est venire ad mediū: ⁊ malū vitare ē declinare ab
extremis: ideo ꝑter virtutes alias in cōi est iusticia: que
circa opatōes ⁊ res exteriores ꝯsistit in quibus bonū ⁊
malū. Scd̄o modo possunt ꝯsiderari in spēali vt debi
tū vel inq̄stū habēt rōem debiti. ⁊ sic facere bonū ⁊ de
clinare a malo sunt ptes integrales iusticie. s. vel hūane
⁊ priuate in cōparatōe ad ꝓximū: vel diuine in cōpatōe
ad deū: vl̄ publice in cōpatōe ad cōitatē. vn̄ vitare malū

sm q̄ est nociuū proximo vel cōitati ꝛ iniuriosū deo: ꝛ facere bonū sm q̄ est pficuū pximo vel cōitati: ꝛ magis honorificū deo habent rōnem debiti. ꝛ hoc mō vtrūq; hoꝝ ptinet ad iusticiā humanā vel diuinā. qḋ dupliciter pbo.s. auctē ꝛ rōne. Primo auctē Augu. qui in libro de correctiōe ꝛ grā ponit ad iusticiā legis vel humane vel diuine ptinere: declinare a malo ꝛ facere bonū. Scḋo hīc idē pbo rōne sic: Perfectus actus iusticie est equalitatē ↄstituere in his que sunt ad alteꝝ. Eiusdē autē rōnis est aliquid ↄstituere ꝛ cōstitutū ↄseruare. sed aliqs ↄstituit equalitatē iusticie faciēdo bonū ꝛ reddēdo alteri debitū quod ei debet. puto vel pximo vel cōitati vel pcipue deo. Conseruat aūt equalitatē iusticie declināđo a malo. i. nullū nocumentū vel pximo vel cōitati: ꝛ maxime nulli iniuriosū deo inferēdo. g̃ ista duo. s. facere bonū ꝛ declinare a malo ptinēt ad iusticiā legalē: vel humanā vel diuinā tanq̄ ptes integrales ipsius. Ubi nota duo Primū est q̄ actus formalis ꝛ quasi pncipalis cōpletiuus iusticie est declinare a malo: vñ declinare a malo includit in facere bonū. sicut scḋariū in pncipali ꝛ materiale in formali ꝛ iperfectū in pfecto. Hec be. Tho. scḋa scḋe. q. lxxviij. de ptibus integralibꝰ legalis iusticie: ar. j. vtrū declinare a malo ꝛ facere bonū sint ptes integrales iusticie argu. ↄtra: ꝛ in coꝛ. solu. ꝛ in solu. j. ꝛ. ꝛ. iij. arg. Scḋm est q̄ istoꝝ duoꝝ. s. malū declinare ꝛ facere bonū: o vnū nō sufficit sine altero. vñ sup illo vbo psal. xxxiij. Diuerte a malo. dicē glo. Diuerte a malo ꝛ nulli noceas. ꝛ q̄ hoc non sufficit: addit: Et fac bonū. Et pbat hoc p exemplū dicens: Parū est enī vt non expolias vestitū: ꝛ ideo vesti nudū. Si non expoliaueris declinasti a malo. sed non fecisti nec facies bonū nisi nudū vestieris ꝛ peregrinū in domo tua susceperis. Pꝛigit ex pmissis q̄ malū declinare ꝛ facere bonū in cōi sumptū ptinet ad oēs virtutes. sed in spēali sumptū. s. inq̄tū est alteri debitū reddēre ad iusticiā ptinet. Sed forte argues in oppositū. s. declinare a malo q̄ non sit ps iusticie sic: Quelibet ps iusticie meret vitā ꝛ palmā. sed declinare a malo hec nō meret. quod pꝫ: q̄ sup illud psal. xxxiij. Diuerte a malo ꝛc. dicē glo. Illud vitat culpā. s. diuertere a malo: hoc meret vitā ꝛ palmā. s. facere bonū. g̃ ꝛc. Rñdeo ꝛ dico q̄ declinare a malo sm q̄ ponit ps iusticie non importat negationē purā qḋ est non facere malū. hoc enī nō meret palmā sed solū vitat penā. importat aūt motū voluntatis repudiātis malū vt ipsiꝫ nomē declinatōis ostendit: ꝛ hīc est meritoriū: pcipue qñ aliquis impugnat vt malū faciat ꝛ resistit. Hec b. Tho. scḋa scḋe. vbi. s. in solu. ij. argu.

¶ Declina a malo ꝛ fac bonū exponit quattuoꝛ modis.

CA. XII.

Secundo circa declinare a malo ꝛ facere bonū nota modū vel gradū directiuū. Ubi sciendū q̄ hoc fit q̄tuoꝛ modis in generali sm q̄ verbū psal. exponit quattuoꝛ modis. Primo enī sup illud psal. xxxiij. Declina ꝛc. sic ait glo. Declina a malo. i. ne cuiq; noceas sed ei benefac prius. Re. ca. pcedēti qḋ est prius. Et subdit glo. Prius dicit: declina a malo. ꝛ postea: fac bonū. q̄ malus repēte non potest bona appetere nec facere: nemo enī repente fit pulcher. i. virtuosꝰ Scḋo illud verbū: Declina a malo ꝛc. exponit bern. dicens q̄ q̄ nos sumus infirmi ꝛ debiles ad ista duo. s. ad declinādū a malo ꝛ ad faciendū bonū. grā spūssancti adiuuat infirmitatē nostrā: vt dicit Apl'us ad Ro. viij. In electoꝝ cordibus q̄tum ad vtrūq; operat. Primo enim ad declinandū a malo spūs operat in nobis tria: cōpunctionē: supplicationē: ꝛ remissionē. Primo cōpunctiōeꝫ q̄ initiū redeundi ad deū penitēcia est: quaꝫ sine dubio spūs dei operat in nobis. Scḋo supplicationē: quid enī pdest penitere de culpa ꝛ non supplicare p venia. Tertio remissionē. ipse enī spūs sicut apud prēꝫ p nobis postulat vel interpellat: ita in patre vel cū patre nobis delicta ↄdonat. Scḋo spūssanctꝰ sicut nos erigit ad declinandū a malo: ita nobis pcipit ad faciendū bonū ad qḋ faciendū operat in nobis tria. nā ipse suggerit: instruit: allicit. Primo suggerit memoꝛie bona in cogitatiōibus sanctis. Scḋo instruit rōem ad discernendū. Tertio allicit voluntatē ad appetendū ꝛ perficiendū. Hec Bern. Tertio Hugo de sancto victoꝛe hoc verbū psal. Declina a malo ꝛc. quattuoꝛ modis exponit. Primo sic dicit: Declina a malo ꝛc. q̄ nisi prius mala recedāt bona non eueniunt. Exemplū sicut prius mala germina eradicant vt postea bona plātent. Scḋo sic quare dixit: declina a malo: q̄ in itinere occurrūt. Puer. xvj. Semita iusti declinat mala. q. d. Semita iustoꝝ. i. obseruatio ↄsilioꝝ ꝛ suggestionū declinat mala. i. illicita ꝛ puersa. Tertio sic: Uel ideo dicit: declina a malo. q̄ vbi fortitudine nō possumus cōsilio ꝛ rōne euadimꝰ. Quarto modo sic Declina a malo. qḋ facimꝰ vitādo non solū ipsuꝫ peccatū ꝛ peccati cām: sed etiā materiā peti: vt p supbia diuitias: pro incōtinentia abundantiā: pro ↄcupiscētia spēm carnis. Et sicut malū declinandū precipit: sic bonū faciendū iubet. Hec Hugo. Quarto illud verbū psal. xxxiij Declina a malo ꝛc. Glo. Augus. exponit sic: Diuerte a malo. i. destrue vitia vite: ꝛ fac bonū. i. edifica virtutes ꝛ sic inquire. i. desidera pacē vt pax sit spiritui tuo cuꝫ carne plena. Ideo aūt dicit inquire: q̄ hic nunq̄ est iusto plena pax cū corpe suo: sed semp in pugna est cū vitijs: ideo pcipit semp pacē queri: etsi hic plene non possit haberi. vñ subdit: Et psequere eam. s. fugientē: ꝛ psenera in inquirēdo: aliter enī in futuro non capiet. Uel inquire pacē. i. deū ipsuꝫ qui est pax nostra. ꝛ quia hic non habebis: psequere eā in celū quo pcessit. Hec Augꝰ ꝛ Cassiodo. ī gl. Re. infra Pax.

¶ Qr nos inducimur ad declinandū a malo: ꝛ ad faciendū bonū q̄tuoꝛ rōibꝰ. CA. XIII.

Tertio circa declinare a malo ꝛ facere bonū nota fructū allectiuū vel inductiuū. Inducimur enī ꝛ allicimur ad declinandū a malo ꝛ faciēdū bonū ppter quattuoꝛ rōnes. s. ppter dei beneplacitū: ppter preceptū: ppter votū: ppter meritū. Prima rō est ppē dei beneplacitū. ꝛ formo sic ratonē: Diuine volūtati cōformari debemus: vt pꝫ infra Uolūtas. sed diuine voluntatis beneplacitū est: vt declinemꝰ a malo ꝛ faciamꝰ bonū. g̃ ꝛc. Hoc aūt probo auctē Ecci. xxxv. Beneplacitū est dño recedere ab iniquitate: deprecatio p peccatis recedere ab iniusticia: non apparebis ante ↄspectū dei vacuus. In quo verbo tangunt tria. s. declinatio mali: supplicatio auxilij: operatio boni. Primo tangit declinatio mali: ibi Bñplacitū est dño discedere ab iniq̄tate. Isa. j. Quiescite agere puerse discite bene agere. p qḋ verbū ostendit Isaias duo. Primū est q̄ labor est in ppetratione peccatoꝝ. Hiere. ix. Iniquitatē egerunt ꝛ laborauerunt: iō dicit quiescite. Scḋm est q̄ hō non habeat a natura q̄ bene agat: sed a doctrina ꝛ magis a grā. vñ dicit: Discite ꝛc. In quo ↄfundit supbia quoꝛūdaꝫ qui cōfisi de ingenio naturali nolūt discere a magistro. Ex quo sequit q̄ qui non didicerit iusticiā non faciat iusticiā: eo q̄ iusticia discit operando iusticiā. Scḋo tangit supplicatio diuini auxilij: ibi Depcatio est p peccatis recedere ab iniquitate. q. d. Qui vult vt sibi dimittant peccata oꝫ depcari deū p peccatis pteritis sibi dimittēdis: ꝛ p futuris cauēdis ꝛ recedere ab iniusticia. s. mēte ꝛ corpoꝛe: sine quo vana est depcatio. Tertio tangit opatio boni: ibi Non apparebis in ↄspectu dei vacuꝰ. Quod verbū

tertio exponit tribus mõis. Primo sic: Non apparebis
ante cõspectū dei vacuus. s. a bonis opibus. q. d. Semper
exerceas te in bonis opib⁹: quia semp es in cõspectu dei
qui videt te ⁊ opera tua. Grego. Qui ꝓ mercede vite bñ
agendo non ꝓuidet in cõspectu dei vacu⁹ apparet. Scd'o
mõ exponit sic: Non apparebis in cõspectu dñi. i. in con
sciā vbi solus de⁹ respicit Uacu⁹: oleo charitatis sicut fa
tue virgines. Matth. xxv. Tertio mõ sic: Nõ apparebis
ante cõspectū dñi. i. in die iudicij Uacu⁹: a fructu bonoꝝ
operū: qm̄. s. nullus poterit se obseruare. ij. ad Corinth. v.
Omnes astabim⁹ añ tribunal ⁊c̄. Scd'o principalit' in
ducimur ad declinandū a malo ⁊ ad faciendū bonū ꝓp
p̄ceptū. vñ Eccl. xxxv. Hec oīa ꝓpter mandatū dñi fiunt.
q. d. Hec oīa. s. decliñare a malo ⁊ facere bonū ꝓpter mā
datū dei ad implendū fieri debēt in psal. Preceptū po
suit ⁊ non p̄teribit. Ubi nota ꝙ p̄cepta negatiua q̄ perti
nent ad declinandū a malo obligāt semp ⁊ ad semp. ⁊ bõ
bonū facere de quo dat' preceptū affirmatiuū non obli
gat ad semp: sed ad temp⁹ ⁊ locū determinatū. s. pe ⁊ lo
co suis. Re. infra Precepta. Tertia rõ ꝓpter quā obli
gamur ad aliquid faciendū vel omittendū: est ꝓpter vo
tū ⁊ hoc obligamur deo. Ubi nota ꝙ hõ obligatur deo
quatuor mõis. s. rõne dñij rõe accepti beneficij: q̄s rões
ponit. b. Tho. scd'a scd'e. q. lxxxviij. arti. iij. vtrū votū obli
get: in cor. solu. tertio rõne ꝓpositi. nam ex solo ꝓposito
obligat' quis apud deū ad aliq̄d faciendū vel omittēdū.
quarto rõne ꝓmissi. nā ꝓmissio que fit deo obligat ho
minē ad seruandū. Est tñ differentia inter illū qui ꝓpo
nit aliquid: ⁊ illū qui ꝓmittit: q2 ille qui ꝓponit solū ali
quid facere nondū aliquid facit. sed ille qui ꝓmittit iā
incipit exhibere ad implendū vel faciendū: lz nondū im
pleat qd' ꝓmittit: vt vbi glo. Sicut qui ponit manū suā
ad aratrū nondū arat: iam tñ apponit manū ad aratrū.
Hec. b. Tho. scd'a scd'e. vbi. s. arti. j. vtrū votū cõsistat in pro
posito volūtatis. in solu. iij. argu. Tñ sicut appositio ma
nus ad aratrū est p̄ncipiū arandi: sic ꝓpositū interius est
p̄ncipiū ⁊ cā voti: de quo in psal. dr: Uouete ⁊ reddite
dño deo vestro ⁊c̄. In quo verbo facit tria. s. cõsulit: p̄ci
pit: exprimit. Primo cõsulit quid agendū dicens: Uouete
Scd'o p̄cipit ad obseruādū. dum dicit: Reddite. Tertio
exprimit cui soluendū: dū dicit: Dño deo vestro. Primo
cõsulit quid agendū dicens: Uouete. Glo. mēte. Nõ aūt
buc⁹ est: q2 ꝓmissio quãq2 fit ore ⁊ non corde: ⁊ talis quo
ad deū non est votū. ⁊ ideo oportuit supra ꝓmissionem
addere spõtanee: q2 glo. dicit mēte. Hec. b. Tho. iij. scri.
sen. di. xxxviij. de voto. arti. j. q. j. in solu. ij. arg. Sicut aūt
cõsiliū est de meliori bono: ita etiā votū est de meliorib⁹
bonis que sunt bona superogatiõis ad que non oēs te
nent': id' bona superogatiõis ad que non omnes tenent'
dicunt' bona meliora q2 supaddunt' illis bonis sine qb⁹
non est salus. Et sic exponit. b. Tho. ibidē. q. ij. in cor. sol.
in fine Sed cõtra: glo. sup illo verbo Uouete ⁊c̄. dicit
ꝙ quedā sunt vota ꝓpria singuloꝝ: vt castitatis: virgini
tatis: ⁊ huiusmõi: ad que nos vouēda inuitat non neces
sitate sed volūtate dicens: Uouete. Quedā vo alia sunt
cõia oībus sine qb⁹ non est salus: vt fidē in baptismo
vouere: ⁊ diabolo ⁊ põpis eius renūciare. ⁊ ista non solū
sunt bona meliora sed etiā necessaria ad que oēs tenent'
q2 sine eis non potest esse salus. g° etiā de necessarijs fit
votū. Rñdeo ⁊ dico: ꝙ duplex est necessitas. Prima ē
necessitas absoluta ⁊ tūc talia non cadūt sub voto. Stul
tū enī esset siquis voueret se esse moriturū vel se nõ esse.
Scd'a necessitas est cõditionata. s. necessitas alicu⁹ sine
quo finis haberi non potest. Et sic baptismū suscipe: ⁊ fi
dez xp̄i seruare: ⁊ põpis diaboli abrenūciare cadunt sub
voto: q2 lz talia sint de necessitate salutis tñ volūtarie fi
unt. Hec. b. Tho. scd'a scd'e. q. lxxxviij. arti. j. in solu. j. arg.
Scd'o p̄cipit dicens: Reddite. Glo. Primū. s. vouere su
it voluntariū: ideo cõsulit dicens: Uouete. Scd'm vo est
necessariū. s. seruare: ideo p̄cipit dicens: Reddite. Et hoc
duplr: vel saltē si eius intentio fuit ita se obligare. s. abso
lute vel sine aliqua cõditione: vel ad certū temp⁹ si ei⁹ in
tentio fuit tunc obligare se. Qz autē votū ad sui obseruā
tiā obliget ꝓbo quadrupliciť. s. rõne: cõparatione: ꝓmissi
one: ⁊ auctoritate. Primo rõne sic: Reddere votū est de
iure naturali. sed nulli lz facere cõtra legē naturalē. g° ⁊c̄.
Qz aūt reddere votū sit de lege naturali sic ꝓbo: Serua
re veritatē ꝓmissā est de iure naturali. sed qui votū ser
uat fidem ⁊ veritatē seruat. g° per oppositū qui votū nõ
seruat vel non reddit: mentit' qd' est cõtra legē naturalē.
vñ qui votū rite factū p̄termittit mortaliter peccat: quia
fidē quā cū deo iniit frangit. Scd'o hoc idē ꝓbo cõpara
tiõe sic: Plus obligat votū q̄z iuramentū. qd' ꝓbo dupli
ci rõne. Prima est talis: Per votū aliq̄s obligat' deo. p
iuramentū obligat' interdū hõ homini. sed magis obli
gat' hõ deo p votū q̄z hõi p iuramentū. g° magis obligat
votū q̄z iuramētū. Scd'a rõ est talis: Obligatio voti cāt'
ex fidelitate quā deo debem⁹ obligatio aūt iuramēti ex
reuerentia quā debemus ex qua tenemur ꝙ verificem⁹
illud qd' per iuramentū ex ꝓmittim⁹. Oīs autē infideli
tas irreuerentiā cõtinet: sed non ecõuerso. g° ⁊c̄. Tertio h̄
idē ꝓbo ex ꝓmissione sic: Uotū est quidā cõtractus pro
missionis inter deū ⁊ hoīem. ⁊ ideo cū cõtractus bone fi
dei etiā homīes obliget ad necessariā obseruantiā: mul
tofortius votū quo hõ aliquid deo promittit. Quarto h̄
idē ꝓbo auctoritate Eccēs. v. vbi sic dr: Siquid vouisti
deo statum ne moreris reddere. Et subdit rõem dicens:
Displicet enī ei infidelis ⁊ stulta ꝓmissio. Infidelis. s. in
qua non est veritas. ⁊ stulta in qua nõ est iudiciū. ⁊ sub
oēs virtutes: imo ſm ſe nō ē actus pfect⁹: eo q tolerare mortē ſm ſe ⁊ abſolute non eſt laudabile: vt pʒ pᵒ ca. pce denti: ſʒ ſolū in ordine ad aliud. Scdo ꝓut martyriū eſt actus ad fidē ⁊ dilectionē ordinatus: ⁊ ſic etiā nō eſt maxime pfectiōis actus. ſʒ finis ad quē ordinat̃ pfectior eſt martyrio. ſ. bonū diuinū vel fides xp̄i vel dilectio. Tertio ꝓut martyriū eſt actus a charitate imparatus: ſic martyriū inter oēs actus virtutū magis charitatis pfectionē demonſtrat. qd̄ tripliciṫ ꝓbo. ſ. rōne: auctoritate: ⁊ ſigni expſſione. Primo ꝓbo rōe ſic: Tanto magis aliqs oſtēdiṫ amare deū quanto rem magis dilectā contēnit ⁊ rē magis odioſaʒ eligit ꝓpter deū. Cū igiṫ inṫ oīa: vita hoīnō ſit pcioſius ⁊ appetibili⁹: ⁊ inter oīa mala mors maliū ſit horribili⁹ ⁊ vitabili⁹: ſi hō vitā quā ſup oīa diligit ꝓpter xp̄m ponit ⁊ contēnit: ⁊ mortē quā magis odit ⁊ timet: eligit ꝓpter xp̄m. ſignū eſt ⁊ effectus maxime charitatis ad deuʒ. Scdo hoc idē ꝓbo auctoritate Joh. xv. ſic dicēns: Maiorē hac dilectionē .i. maius ſignū dilectionis vel maiorē affectū charitatiſ ad deū nō hʒ q̄s: q̄ȝ vt mortē ſuſtineat ꝓ amicis. Sʒ cōtra videṫ q maius ſignū dilectionis ad deū vel maior affectus charitatis ad deū ſit vitā ponere ꝓ inimicis qd̄ xp̄us fecit: vt diciṫ ad Ro. v. Cōmendat de⁹ ſuā charitatē in nobis ⁊c. Rn̄deo duob⁹ modis. Primo q xp̄s nō poſuit aīam ſuā ꝓ nobis inimicis: vt. ſ. inimici remaneremꝰ: ſʒ vt inimicos amicos faceret. Scdo: qꝛ lʒ nō eſſent amici q̄ſi amātes: erāt tn̄ amici vt amati. Eſt aūt manifeſtū q maxie dilectionis eſt ſignū aīaʒ ſuā .i. vitā corpalē ꝓpriā ponere ꝓ amico. Tertio hoc idē ꝓbo ſigni expſſione. Nā in ordine diligibiliū ſunt quattuor ordinata. ſ. deus: aīa noſtra: ꝓximus: ⁊ corpus ꝓpriū. vn̄ deū debem⁹ diligere ſupra nos ipſos ⁊ ꝓximū: ita vi ꝓ deu noſipſos. ſ. aīam ⁊ corpus ⁊ ꝓximū debem⁹ dare: ꝓ aīa aūt noſtra corpus exponere: nō tn̄ ecōuerſo. ſ. ꝓ corpore aīam dare. ꝓ ꝓximo aūt. ſ. ꝓ ſalute ꝓximi vitā corpalē debem⁹ exponere. vn̄ cū vita corpalis ſit potiſſimū qd̄ poſt aīam habem⁹: iō ipſaʒ exponere ꝓpter xp̄m eſt potiſſimuʒ ⁊ maioris dilectionis ſignū: ꝑma Joh. iij. In hoc apparuit charitas dei in nobis ⁊c. Sʒ q martyriū nō ſit maxime pfectionis act⁹ arguo dupliciṫ. ſ. de obedientia ⁊ de ꝓuidētia vel doctrina: q̄ reſpectu martyrij videnṫ eſſe act⁹ maioris pfectionis. Primo de obediētia ſic: Nobili⁹ ⁊ pfecti⁹ eſt ꝓpter xp̄m dare aīam q̄ȝ corpus. ſʒ ꝑ martyrium homo ꝓpter xp̄m dat corpus ꝓpriuʒ. ꝑ obedientiā vō dat aliqs deo aīam. ḡ obedientia pfectior eſt martyrio. vn̄ Greg⁹ vltimo moral. dicit q obedientia cūctis victimis pferetur: Re. infra Obediētia. Rn̄deo ⁊ dico: q martyriū ꝑ quod homo ꝓpter deū exponit corpus ſuuʒ eſt pfectius obediētia. Cui⁹ rō eſt: qꝛ martyriū cōplectiṫ illud ſine quo obediētia eſſe nō pōt. ſ. vt aliqs ſit obediēs vſq; ad mortem. Scdo de ꝓuidentia ⁊ doctrina arguo ſic: Meli⁹ eſt bonū quod ꝓdeſt multis q̄ȝ qd̄ ꝓdeſt vni ſoli. ſed actus gubernādi ⁊ docendi ꝓdeſt multis. Actus aūt martyrij ꝓdeſt ſoli illi q̄ patiṫ: ḡ ⁊c. Rn̄deo ⁊ dico: q martyrium nō ſoli patienti ꝓdeſt ſʒ etiam multis alijs. vn̄ Ambro. in quadā epiſtola ait: Martyr cum patiṫ nō ſolum ſibi patiṫ ſʒ etiam cuilibet. Sibi enī patiṫ ad premiuʒ: cuilibet ad exemplū. ſibi ad requiem: cuilibet ad ſanitatem. Exemplo enī eius didicimus in xp̄m credere: ⁊ mortem nō timere. Et iō beatus Cyprianus loquēs de pfectiōe actus martyrij in quadā epiſtola ſic ait: Hoc enī baptiſmū. ſ. martyriū eſt in gratia maius: ī poteſtate ſublimi⁹: in honore pcioſius. Re. de comparatiōe baptiſmatū. ſ. Baptiſm⁹. Dec. h. Tho. ſcda ſcde. q. cxxiiij. arti. iij. ī cor. q. ⁊ in ſolutiōib⁹ argumētoꝝ.

¶ Q₂ matrimoniū eſſentialiṫ eſt cōiunctio ſm quā diciṫ maritus ⁊ vxor. **CA. I.**

# Matrimonium.

Circa matrimoniū ſex ꝑ ordinē ſunt notanda. ſ. coniūctionis formalitas vel eſſentialitas: denoīationis varietas: diffinitiōis cōgruitas: inſtitutiōis cauſalitas: obligationis neceſſitas: pfectionis ſublimitas. Primo circa matrimoniū cōſiderāda eſt cōiunctiōis formalitas vel eſſentialitas. Nā matrimoniū formaliter vel eſſentialiṫ eſt cōiunctio ſm quā diciṫ marit⁹ ⁊ vxor. qd̄ tali ratiōe oſtendo: Ubicūq; eſt adunatio aliquoꝝ ad aliquē finē vnū: ibi eſt aliqua cōiunctio q̄ denoīaṫ ab illo fine. verbi grā: ſicut multi hoīes ordinanṫ ⁊ adunanṫ ad vnam multiā ex qua cōiunctiōe ⁊ ordinatiōe dicunṫ cōmilitones adinuicē. vel ſicut multi hoīes ordinanṫ ad vnaʒ negociationē ex qua ſocii negociatiōis vel cōmercatores dicunṫ: ſʒ ꝑ matrimoniū ordinanṫ aliqui ad vnā generationē ⁊ educationē ꝓlis: et iterū ad vnā vitam domeſticam: ḡ matrimoniū formaliṫ vel eſſentialiṫ eſt cōiūctio ſm quā diciṫ maritus ⁊ vxor. Ubi nota: q ī matrimonio eſt triplex cōiunctio. ſ. corporū: conſenſuū: animoꝝ. Prima enī cōiunctio. ſ. corporū cōſequiṫ matrimoniū. Scda cōiunctio. ſ. cōſenſuū cauſat matrimoniuʒ. Tertia cōiunctio. ſ. animoꝝ q̄ eſt vnio mutua ⁊ obligatio ex tali cōſenſu ſequēs eſt formaliter vel eſſentialiṫ matrimoniū. Dec. h. Tho. iiij. ſcrip. ſen. di. xxvij. arti. j. q. j. in cor. q.

¶ Q₂ matrimoniū tripliciṫ noīaṫ ⁊ quō. **CA. II.**

Ecūdo circa matrimoniū cōſideranda eſt denominationis varietas. nā matrimoniuʒ tripliciṫ pōt cōſiderari. ſ. ex pte ſue eſſentie: cauſe: ⁊ efficacie. Et ſm hec tria tripliciṫ noīaṫ. ſ. coniugiū: nuptie: ⁊ matrimoniū. Primo enī rōne ſue eſſentie noīaṫ coniugiū. eo q matrimoniū eſſentialiter eſt ipſa mariti ⁊ vxoris cōiūctio: vt pʒ. ī. pcedenti caᵒ. Scdo matrimonium rōne ſue cauſe noīaṫ nuptie a nube: eo q in ipſa ſolēnitate deſpōſatiōis qua matrimoniū pficiṫ: capita nubentiū velanṫ. Tertio rōne ſue efficacie vel effectus qui eſt ꝓles diciṫ matrimoniū. lʒ enim pater dignior ſit q̄ȝ mater: tn̄ qꝛ mater circa ꝓlem magis eſt officioſa q̄ȝ pater: iō talis cōiunctio mariti ⁊ vxoris magis debet denoīari a matre q̄ȝ a patre. Et iō mariti ⁊ vxoris cōiunctio diciṫ matrimoniū: ⁊ hoc ꝓpter ſex cauſas. Primo enī dicitur matrimoniū: eo q mulier ad nil aliud debet nubere niſi q ſit mater. Scdo diciṫ matrimoniū q̄ſi matris muniū .i. officiū: qꝛ feminis maxime cōuenit officiū educādeꝓlis. Tertio diciṫ matrimoniū q̄ſi matrē muniēs: qꝛ iam hʒ quo muniaṫ ⁊ defendaṫ. ſ. virū. Quarto dṙ matrimoniū q̄ſi matrē monens. ſ. ne virū relinquat alteri adherens. Quinto dṙ matrimoniū q̄ſi mater vni⁹: qꝛ in eo ſit cōiūctio ad vnā ꝓlem māliṫ ꝓducendā. Sexto dṙ matrimoniū vt. Iſido. dicit a mr̄e ⁊ nato: qꝛ ꝑ matrimoniū efficiṫ aliq̄ mr̄ nati. Dec. h. T. iiij. ſen. diſ. xxvij. arti. ij. in cor. q.

¶ Q₂ matrimoniū diffiniṫ trib⁹ mōis. **CA. III.**

Ertio circa mr̄imoniū ꝯſiderāda ē diffinitiōis ꝯgruitas. Nā tres diffinitiōes īueniūṫ de mr̄imonio date. vna tangit cām. alia eſſentiā: tertia effectū. Pria diffinitio tāgit mr̄imonij cām. ſ. ꝯſenſū. Et ſic Hugo diffiniēs mr̄imoniū ſic dic. eſt duaꝝ idoneaꝝ pſonaꝝ legitim⁹ de ꝯiūctiōe ꝯſenſus. Scda diffinitio tāgit mr̄imonij eſſentiā. ſ. ꝯiūctionē. ⁊ ſic diffiniūt mr̄imoniū legiſte: ⁊ hr̄. ff. de ritu nuptiaꝝ dicētes: Mr̄imoniū ē ꝯſortiū cōis vite ⁊ cōicatio diui ⁊ hūani iuris. Tertia diffinitio mr̄imonij tāgit effectū ad quē mr̄imoniū ordinaṫ. ⁊ ſic mgr̄. 4ᵒ. li. ſen. di. xxvij. diffinit ſi qōlibet mr̄imoniū: ſʒ mr̄imoniū pūt ē ſacr̄m dicēs: Mr̄imoniū eſt ꝯiūctio maritaṫ viri ⁊ mulieri inṫ legitīas pſonas indiuiduā vite cōſuetudinē retinēs. In q diffinitiōe q̄ttuor

tangit. primo genus matrimonij: in hoc q dicit Matrimonium est coniunctio. na matrimoniu est in genere coiunctionis vt p3. s. primo ca°. Scdo tangit differentiā specificā i hoc q subdit: Maritalis. Tertio tangit materiā ppriaz in hoc q iūgit Viri z mulieris. Quarto tāgit modū vel affectū in hoc q subinfert Indiuiduā vite cōsuetudinē retinēs. Nā inseparabilitas ē modus matrimonij z etiaz est effectus: qz p matrimoniū efficit vt vn' ab alio separari nō possit. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvij arti. primo. q iij. in cor. q. Vel dicas si vis: q in diffinitiōe pdicta matrimonij magister sen. qttuor causas tangit. Primo formalē: ibi Est coniunctio. i. adunatio diuersarū ad vnū. Scdo subdit causā materialē: ibi Viri z mulieris. Tertio subiūgit causā efficientē: ibi Maritalis. i. maritali cōsensu seu affectu cōtracta. Quarto includit causaz finalē: ibi Indiuiduā vite cōsuetudinē retinēs. Inseparabilitas est bonū matrimonij: bonum vo bz rōnē finis. Hec Pe. de tharan. iiij. scrip. sen. di. xxvij. circa primū probleuma: arti. primo in cor. q.

## ¶ Q matrimoniū fuit institutū ppter qttuor causas: z qn. CA. IIII.

Quarto circa matrimoniū cōsideranda est institutionis causalitas. nā matrimoniū institutum vel ordinatū fuit ppter qttuor causas seu ppter qttuor bona. s. in officiū: remediū: mysteriū: obsequiuz. Primo fuit institutū in officiū nature multiplicāde: z sic institutū fuit i paradiso an peccatū: Gen. ij. vbi dicit: q facta muliere in paradiso statim matrimoniū institutum fuit qn dixit Adam: Hoc os ex ossib' meis zc. Que verba lz adam dixerat: tn inspiratiōe diuina. Scdo matrimoniū ordinatū fuit in remediū culpe vitāde. z sic institutū fuit extra paradisum post peccatuz cū dixit: Crescite z multiplicamini zc. Vbi nota q bis dixit deus Crescite z multiplicamini. Primo i statu innocētie an peccm: vt gen. primo: ad ostendendū q matrimoniū institutū fuit ad multiplicationē speciei humane ppter complendū numerū electoz. Scdo dixit deus: Crescite zc. i statu culpe. s. finito diluuio: vt p3 Gen. ix. ad ostēdendū q matrimoniū est ordinatū ad euitationē vitij: z cōseruationē speciei p multiplicationem indiuiduoz. Tertio matrimoniū est institutū in mysteriū cōiunctiōis spiritualis repñsentande. s. ad repñsentandū cōiunctionē xpi z ecclesie. z sic inq̄tū matrimoniū est sacramentū: institutum fuit in noua lege. s. in passione xpi a qua hoc sacramentū sicut z oīa alia sacramēta virtutē accepit. Quarto matrimoniū institutū fuit in obsequiuz humilitatis implende: vt p hoc. s. p matrimoniū maritus z vxor amicitiam z obsequia amicitie mutuo sibi impendāt. z matrimoniū instituūt iura ciuilia. z hoc modo iura ciuilia de ei' institutiōe se intromittunt. Si aūt alit vis pcedere dicas: q matrimoniū institutum fuit ppter qttuor bona. Primo ad pcreationez plis que fuit necessaria z an peccm z post peccm: vt p3 s. Scdo institutū fuit ad vitationē criminis: z sic institutū fuit post peccm tpe legis nature. Sz quo ad determinationē psonarū. s. viri z vxoris institutū fuit in lege moysi. Tertio institutuz fuit ad repsentationē piunctiōis spūalis. s. xpi z ecclesie. z fm hoc vt sacramentū in noua lege est institutū. Quarto institutum fuit ad exhibitionē obsequioz humanitatis. z sic i lege ciuili fuit matrimoniū institutuz. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvj. de matrimonio fm q est sacramentū: arti. ij. in cor. q.

## ¶ Vtrū aliqs ex pcepto debet obligari ad matrimoniū contrahendū. CA. V.

Quinto circa matrimoniū cōsiderāda est obligationis necessitas: an. s. mō obligamur ex pcepto ad matrimoniū contrahendū. Rñdeo z dico q tria pcepta deus dedit hoi ante peccm. Primū fuit discipline ad pfectū gratie cū dixit Gen. ij. De ligno scie boni z mali nō comedatis. Secundū pceptū fuit nature ptinens ad cōseruationē indiuiduoz. s. psone ppte: cum dixit ibidē. De oī ligno zc. Tertiū fuit nature ptinēs ad multiplicationē speciei hūane cū dixit: Crescite z multiplicamini zc. Sicut g' quilibz primū z secundū pceptū ad seruandū obligat: ita tunc tpis z in statu inocentie z in statu culpe qlibet ex pcepto obligabat ad matrimoniū cōtrahendū: eo q illo tpe paucitas hominū exigebat vt qlibet generatiōi vacaret sine qua nō fuisset numer' electoz. vn lz virginitas simplicit sit melior z nobilior matrimonio: tn tpe quo necessaria erat multiplicatio hūani generis meli' erat vacare matrimonio rōne pdicta. s. ppter complenduz numerū electoz. verbi grā Lz phari melius sit simplicit q ditari: tn indigenti necessarius ditari meli' est q phari: z magis eligendū: vt dicit phs li. topi. Modo aūt pceptuz de matrimonio cōtrahendo nō obligat. qd quadruplicit pbo. s. rōne: sufficienti diuisione: similitudine: auctoritate. Primo hoc pbo duplici rōne. Prima rō est talis: Meritū est hodie cōtinentiaz vouere: ergo nō tenet ho ex pcepto ad matrimoniuz contrahendū. Scda rō est talis: Nulli debet premiū p transgressione pcepti. sz virginib' debet premiū speciale. s. aureola. g' zc. Scdo hoc idem pbo p locū a sufficiēti diuisiōe sic: Si ad matrimoniū contrahendū aliqs obligat: aut hoc est ex dictamine nature: aut ex pcepto. Nō ex dictamine nature. Cui' rō est: qz lz natura dictet quedam vt semp facienda: sicut est cōuersatio indiuidui ad quā quilibet est obligatus semp: nō tn dictat quedam semp cuilibet faciēda sicut est multiplicatio speciei sed solū ad certū tempus: vt p3 s. Si vo obligat aliquis ad cōtrahendū matrimoniū ex pcepto: tūc si pceptū de contrahendo matrimoniū sit affirmatiuū lz obliget semp: nō tn ad semp: sz p tpe illo ex necessitate: nō p tempore moderno. Tertio pbo hoc idem similitudine. Cū enim sint multa multitudini necessaria q p aliquos fieri pñt sufficient: nō quelibet obligāt. verbi grā: Si eni nō eēnt alij laboratores terraz: etiā episcopi terras fodere tenerent. nūc aūt cū ad hoc sufficiant alij. epi melius i vtilioribus occupant. Secundū exemplū est tale: qz sicut non teneor supplere necessitatē patris qn necessitatē non habet: vel qn alius sufficient supplet ei' necessitatē: ita non teneor ex pcepto ad matrimoniū contrahendū: tn qz tpe moderno nō est necesse vt primo fuit: tū qz p diuersos cōtrahi pōt. Tertiū exemplū est tale: Cū eni ad pfectionez multitudinis sint necessarij actus vite actiue z contemplatiue: z ita vita cōtemplatiua maxime impediat p matrimoniū. io actus mrimonij nō obligat p modū pcepti. sz sicut in multitudine aliqui vacāt vni actui: aliq vni arti alij alteri. ita aliq generationi vacāt: z aliqui cōtemplationi. Quarto hoc idē pbo auctoritate aplī prima ad Corint. b. vij. sic dicēns: Qui nō iungit in matrimonio virginē meli' facit q qui facit. Expositor: Qui nō iungit in matrimonio virginē meli' facit. i. pfectius: deo accepti' honestius: fructuosius facit: q qui iungit. Primo eni q nō iungit in matrimonio virginē meli' facit. i. pfectius q qui iūgit. Cui' rō est: qz pfectius ē qd licet z expedit: q qd licet z nō expedit. Sz hic. s. nō cōiungēs virginem in matrimonio bn vtit bono. s. cōtinentiā nō relaxās. In matrimonio aūt bn vtit bō malo. s. ocupiscentiā restringens cōnubio. licet eni vtrūq sit bonū: tn pfecti' est cōtinentiā nō relaxare q cōcupiscentiā restringere. Scdo q nō iūgit virginē i mrimonio meli'. i. quieti' z deo accepti' facit q q piūgit. Cui' rō ē: qz fz aplm ibidē dicē: e: Qui cū vxore ē. cogitat q sūt mūdi z solicit' est de his q sūt mūdi: z quō ei placeat vxori ppue. In bono tamē

ꝯuenienti ⁊ ecõuerso ⁊ diuisus est. Ambro. ibidẽ: Diui
sus est nõ natura ſ; actu: q2 p̄mũ deo pr̄m mũdo seruit
Que aũt innupta est cogitat .i. cogitare põt q̃ sũt dñi. Gre
gori⁹ ibidẽ: Qui a terrenis actib⁹ liber ẽ que dei sũt co
gitare põt: vt .s. sit sancta corpe ⁊ spũ .i. actiõe ⁊ volũtate.
non enĩ valet aliq̃d sanctitas vel virginitas exterior sine
interiori. Tertio: qui nõ iũgit virginẽ ĩ m̃rimonio: me
lius .i. honesti⁹ facit q̃ qui cõiungit. nã bonũ quãto est
honesti⁹ tanto meli⁹. honesti⁹ aũt est cõtinere q̃ nubere
Cui⁹ rõ est: q2 honesti⁹ est: vt hõ sit mente cast⁹ ⁊ corpe
q̃ nõ. Aug⁹ ibidẽ dicit: Nõ enĩ hoc iõ dicit: q2 turpe sit
cõiugiũ: ſ; q2 hoc est honesti⁹. vñ sicut bono est dare me
lius: ita honesto honesti⁹: ⁊ beato beati⁹. Et iõ quarto
q̃ nõ iungit virginẽ in matrimonio meli⁹ .i. fructuosius
⁊ beati⁹ facit q̃ qui iũgit. Ita cõcludit ibidẽ apl's dicẽs:
Et beatior erit si sic pmanserit. vñ Matth. xiij. Aliud fe
cit fructum tricesimũ .s. existens in castitate cõiugali. Et
aliud fecit fructũ sexagesimũ .s. existẽs ĩ castitate vidua
li. Aliud fecit fructũ centesimũ .s. existẽs in castitate vir
ginali. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvj. arti. ij. in cor. q.
⁊ in so. arg. Et Pe. de tharan. ibidẽ circa secundũ pblema: arti. ij. in cor. q. Re. s. Aureola: ⁊ infra Uirginitas.

¶ Utrũ matrimoniũ sit pfecti⁹ alijs sacramẽtis: ⁊ q̃ cõ
sensus expssus p verba de futuro initiat matrimoniũ.

CA. VI.

Exto circa matrimoniũ cõsiderãda est pfectiõis sublimitas: an .s. matrimoniũ sit pfectius alijs sacramẽtis. Re. s. Eucharistia: ⁊ infra Sacr'm. Ad maiorem tñ euidentiã p̄dictoꝝ circa matrimoniũ sex p ordinẽ sũt notanda .s. initiantia: con
summantia: honestãtia: dehonestantia: impedientia: diri
mentia. Primo cõsiderãda sũt matrimoniũ initiantia
Nam cõsensus expssus p verba de futuro initiat matri
moniũ: nõ tñ efficit. qð tripliciẽ pbo .s. rõne: sufficiẽti di
uisione: ⁊ similitudine. Primo pbo hoc rõne sic. Qui p
mittit se aliq̃d facturũ nõdum facit illud. ſ; q̃ cõsentit p
verba de futuro pmittit se cũ aliquis cõtracturũ matri
moniũ: g̃ adhuc nõ ꝯtrahit cũ illa. Scðo hoc idẽ pbo p
locũ a sufficiẽti diuisione sic: Aliud est ꝯsentire p verba
de pñti in pñs: aliud p verba de pñti seu pñtia in futuꝝ.
ſ; pmũ .s. cõsentire p verba pñtia in pñs efficit matrimo
niũ g̃ secundũ .s. cõsentire p verba pñtia in futuro nõ fa
cit matrimoniũ. Tertio hoc idẽ pbo exempli similitudi
ne sic: Aliq̃s est qui cõsentit in aliquã p verba de futuro
⁊ post idẽ cõsentit in aliã p verba de pñti: talis sm iura
d; habere vxorẽ secundã qð nõ esset si cõsensus p verba
de futuro facẽt matrimoniũ: q2 ex quo initiatũ ẽ matri
moniũ cũ vna ea viuẽte nõ põt cõtrahere cũ alia: g̃ ꝯsen
sus p verba de futuro nõ facit matrimoniũ: ſ; matrimo
nij sponsionẽ vel pmissionẽ: q̃ pmissio sponsalia noiaẽ.
vñ sponsalia dicunẽ futuraꝝ nuptiarũ pmissio: vt habeẽ
ex verbis Nicho. pape: q2 p illã homo spondet se factu
rũ id qð post p traductionẽ exequiẽ. Fit aũt ista spon
sio vel pmissio duob⁹ modis .s. absolute ⁊ conditionate.
Primo fit absolute q̃tuor modis. primo fit nuda pmis
sione vt cũ diciẽ: Accipiã te in meã ⁊ ecõuerso: vel p eq̃
pollentia verba: scðo doni largitione: vtputa datis arris
sponsalicijs vt pecunia vel aliquo huiusmõi: tertio anu
li subarratione: quarto iuramẽti interuentiõe vel asser
tione. Quidã addũt quintũ .s. fidei datiõe. Qð pbaẽ ex
tra de sponsa. ij. ca⁹. ⁊ ca. his q̃ fidẽ. Scðo mõ talis spõ
sio vel pmissio fit sub cõditiõe. Et tũc est distinguendũ:
q2 aut ẽ cõditio honesta: vt cũ diciẽ: Accipiã te si place
bit parentib⁹: ⁊ tũc stante cõditione stat pmissio: ⁊ non
stante cõditione nõ stat pmissio. Aut ẽ cõditio inhone
sta. ⁊ hoc dupliciẽ: q2 aut ẽ cõtraria bonis m̃rimonij: vt
si dicã. accipiã te in meã si venena sterilitatis pcures: ⁊
tũc nõ cõtrahunẽ sponsalia: aut nõ est cõueniens bonis
m̃rimonij: vt si dicã: accipiã te in meã si furtis meis con
sentias: ⁊ tũc stat pmissio. ſ; tollenda ẽ pmissio vel cõdi
tio. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvij. de sponsalib⁹ arti.
j. in cor. q.

¶ De sponsalib⁹ declaranẽ tria.

CA. VII.

Ad maiorẽ tñ euidentiã p̄dictoꝝ circa sponsalia nota tria. pmũ est qua rõne quis obligaẽ. secun
dũ est qua rõne dissoluunẽ. tertiũ est qua etate
cõtrahunẽ. Primo nota qua rõne q̃s ad sponsalia ob
ligaẽ. nã ille qui pmittit alicui mulieri eã ducere ĩ vxo
rem: ex tali pmissione obligaẽ cũ ea ad m̃rimoniũ ꝯtra
hendũ: ⁊ peccat mortaliẽ si nõ soluit pmissuꝫ nisi legiti
mũ impedimentũ interueniat. ⁊ sm hoc ecclesia cogit in
iungendo penitentiã p pctõ: tñ in foro cõtentioso nõ cõ
pelliẽ: q2 matrimonia coacta malos exitus cõsueuerunt
habere: nisi forte iuramentũ interuenerit: q2 tũc cogen
dus est vt dicũt quidã: q̃uis alij nõ videaẽ ppter p̄di
ctam cãm si de vxoricidio timeaẽ. Hec b. Tho. iiij. scrip.
sen. di. xxvij. de sponsalib⁹: arti. pmo ĩ so. ij argu. Secũ
do nota qua rõne sponsalia dissoluunẽ. nã sponsalia ali
q̃n ipso iure: aliq̃n võ a iudice dissoluunẽ. Primo enĩ
ipso iure sponsalia in duob⁹ casib⁹ dissoluunẽ. pmus est
si post sponsalia de futuro aliq̃s ꝯtrahat cũ alia muliere
p verba de pñti. secũdus casus est: si post sponsalia de fu
turo alter cõiugũ religionẽ ingrediẽ. Scðo võ ipso iu
dice vel officiali iudicis sponsalia in sex casib⁹ dissoluũẽ
Primus ẽ q̃n alter trãsfert se ad regionẽ aliã: ⁊ diu ex
pectatus seu requisit⁹ nõ reuertiẽ. Secũdus ẽ q̃n incur
rit leprã vel paralysim vel aliã lesionẽ enormẽ q̃ faciat
eũ ineptũ ad matrimoniũ. Terti⁹ casus est q̃n alter cori
fornicaẽ. Quart⁹ si supuenerit affinitas vel cognatio spi
ritualis. Quint⁹ casus q̃n alter alterũ absoluit. Sextus ẽ
q̃n iunior ad legitimã etatẽ veniens dissentit. Hec b'ũs
Tho. vbi. s. imediate arti. iij. in cor. q. Tertio nota qua
etate sponsalia cõtrahũẽ. Cũ enĩ sit triplex etas sm ph'm
pmo ethi. Prima est añ pmũ septenniũ. ⁊ in hac nec ma
trimonio nec alicui contractui hõ est aptus. Cui⁹ rõ est:
q2 in tali etate .s. añ pmũ septenniũ pter fluxibilitatem
nature: nec p se intelligit: nec ab alio capere põt. Sꝫ in fi
ne pmi septennij pñt ꝯtrahi sponsalia: q2 tũc homo inci
pit esse aptus ad pmittendũ aliqua in futurũ de his ad
que magis inclinat rõ naturalis: nõ aũt obligandum se
ppetuo vinculo: q2 adhuc nõ h; firmã volũtatẽ. Scða
etas est a pmo septẽnio vsq; ad secundũ in qua hõ nõ p
se intelligit: ſ; ab alio doceri põt. Et iõ in fine scði septẽ
nij hõ põt tractare de his q̃ ptinẽt ad psonã ipsi⁹ .s. vl' ad
religionẽ vel coniugiũ ⁊c̃. Tertia etas est a .xxi. anno in
antea in qua hõ p se ⁊ p aliũ intelligere põt. Et iõ post
tertiũ septenniũ põt obligare seipsuꝫ ⁊ sua. vñ sm leges
cõstituunẽ et potestas disponẽdi de reb⁹ suis post .xxv. an
nos. Hec b. Tho. vbi. s. imediate. arti. ij ĩ cor. q. Quar
to nota hic quattuor casus ad euidentiã p̄dictorũ. Pri
mus casus est: an ante tempus pmi septẽnij possunt con
trahi sponsalia. R'ñdeo ⁊ dico: q̃ si homo non habet se
ptem annos completos: ſ; ppe ⁊ ante tempus septennij
parũ homo contrahat sponsalia: tunc contractus sponsa
liũ robur habet: q2 sm ph'm pmo ethi. quod parũ deest
quasi nihil deesse videẽ. Hec autẽ ppinquitas a quibus
dam determinaẽ tempus sex mensiũ. sed melius est q̃
determineẽ sm conditionem contrahentiũ: quia in qui
busdam magis acceleraẽ vsus rationis. Hec beat⁹ Tho.
ibidem: arti. ij. in solu. ij. argu. Secundus casus est: an
iuramentum additum consensui de futuro faciat matri
monium. Respondeo ⁊ dico q̃ non. Cuius ratio est: q2
iuramentum aliquid operaẽ nõ nouam obligationẽ fa
ciens: ſ; factã confirmãs. quod p;: q2 iuramentũ nõ mu

tat speciē obligatiōis: sȝ addit firmitatē ī eadē specie obligatiōis. Confirmat dn iuramentū obligationē in futurū: sȝ nō facit aliā speciē obligatiōis. vn̄ grauius peccat q̄ iuramentū violat: q̄ʒ q̄ simplici v̄bo cōsentit in aliquā p verba de futuro ꝛ nō implet: ibidē arti. ij. in so. iiij. arg.

Tertius casus est: an carnalis copula sequēs post consensū de futuro faciat matrimoniū. R̄ndeo ꝛ dico q̄ nō. Cuius rō est: q̄ qd̄ sequit̄ aliqd̄ sicut effectus causam nō efficit illud. sȝ carnalis copula consequit̄ matrimoniū: ergo nō facit ipsū. Ubi nota q̄ in tali casu aliť est loquendū sm forū ɔscie: ꝛ aliť sm iudiciū ecclesie. nā sm forū conscientie nō est matrimoniū: eo q̄ nō est ibi cōsensus mentis in p̄ńs sȝ in futurū. Scd̄m v̄o iudiciū ecclesie in quo iudicat̄ sm signa exteriora: cū nihil possit exp̄ssius significare consensum q̄ʒ carnalis copula. iō carnalis copula sequēs spōsalia matrimoniū facere iudicat̄: nisi aliqua signa doli vel fraudis appareāt: vbi. s. di. xxvij. arti. ij. in cor. q. Quartus casus est: an ille q̄ post verba de futuro aliquā deflorauerit: ꝛ post p verba de p̄ńti idē cōtraxit cū alia: p̄mā ducere teneatur. R̄ndeo ꝛ dico q̄ talis aut nō duxit secundā cū qua contraxit de p̄ńti: aut eā antea duxit. si nō duxit secundā tenet̄ p̄mā ducere. Si v̄o aliā duxit. s. secundā iā factus ē impotēs ad soluendū illud ī quo tenebat̄: ꝛ iō sufficit si p̄me de nuptijs puideat. Dec. btūs Tho. in so. iiij. argu. ibidē.

¶ Q̄ consensus expressus p verba de p̄ńti efficit m̄rimoniū. CA. VIII.

Ecūdo p̄ncipaliter circa matrimoniū cōsiderāda sūt efficiētia matrimoniū. nā cōsensus exp̄ssus p verba de p̄ńti est causa efficiēs matrimoniū: ita q̄ tria efficiant matrimoniū. s. cōsensus: exp̄ssus: de p̄ńti. Primo dico q̄ ɔsensus efficit matrimoniū. qd̄ tripliciť pbo. s. rōne: auctoritate: similitudine. Primo ratione sic: Unus nō accipit potestatē in eo qd̄ libere est alteri⁹: nisi p assensum alteri⁹. Sȝ p matrimoniū vterq̄ʒ cōiugū accipit potestatē in corpus alteri⁹: vt pȝ p ap̄lm p̄ma ad corinth. vij. Cū prius vterq̄ʒ haberet sui corpis liberā potestatē: ergo ɔsensus ꝛc. Scd̄o hoc idē pbo auctoritate Ioh. Chryso. q̄ dicit: q̄ matrimoniū nō facit coitus sȝ volūtas. Tertio pbo hoc idē exempli similitudine qz inter mariā ꝛ Ioseph fuit verū matrimoniū. sȝ si ī matrimonio requirit̄ aliud p̄ter cōsensum: in eis verū matrimoniū nō fuisset: qd̄ est falsum. ergo ꝛc. Ad cui⁹ euidētiam nota hic tria. Primū est q̄ solus cōsensus nō facit matrimoniū: sȝ requirit̄ p̄ncipaliter diuina institutio. qd̄ tali rōne ostendo: Matrimoniū enī realiť nihil aliud ē q̄ʒ mutue p̄tātis traditio. Tradere aūt potestatē sui non pōt q̄ sui potestatē nō habet. vn̄ sicut seru⁹ non pōt dare potestatē suā alteri sine ɔsensu dn̄i: sic nec hō sine auctoritate dei. Ad hoc ergo vt homo possit se alterius potestati tradere: requirit̄ diuina institutio. ad actū v̄o traditionis requirit̄ volūtatis libertas. ꝛ iō cū in matrimonio diuina institutio semp assit: p nihil aliud efficit̄ matrimoniū nisi p ɔsensum qui liberā voluntatē ostendit: ita q̄ duo concurrūt ad causandū matrimonium. s. institutio diuina tanq̄ʒ p̄ncipalis causa: ꝛ cōsensus vtriusq̄ʒ. s. viri ꝛ mulieris tanq̄ʒ scd̄a causa. Alie v̄o cōicatiōes vel societates negociatorū ꝛ cōmilitantiū solo iure humano sūt institute. cōicatio aūt vel societas maris ꝛ mulieris est instituta iure diuino ꝛ humano vt pȝ. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvij. arti. p̄mo. q. iij. in cor. q. in fine. Secundū est: q̄ matrimoniū nō est ipse cōsensus: sȝ est quedā vnio ordinatorū ad vnū: quā vnionē cōsensus facit. Tertiū est q̄ si cōsensus matrimoniū facit vt pȝ: non sequit̄ q̄ dissensus matrimoniū soluat p illā regulā. s. Si ppositū est cā ppositi: ergo oppositū est causa oppositi. Ratio huius est duplex. Prima est: qz quedā est causa rei quantū ad fieri: quedā v̄o q̄ntū ad esse. cessante aūt causa rei q̄ntū ad fieri nō oportet ipsaȝ rem cessare: vt verbi grā cessante edificatore manet dom⁹. Consensus ergo cū sit causa matrimonij quo ad fieri: nō oportet cessante cōsensu cessare matrimoniū. Scd̄a rō ꝛ melior ad idē est: qz ille consensus ꝛ̄ſi actu transierit: semp tn̄ manet in virtute. nūq̄ʒ enī est quin cōsensus vnit⁹ semp remanet vnitus: ꝛ ita qz semp manet causa semp manet effect⁹. Dec. b. Tho. ibidē arti. ij. in duob⁹ argu. cōtra: ꝛ in cor. q. ꝛ in solu. argumentoȝ.

Scd̄o p̄ncipaliť cōsensus q̄ est cā matrimonij oportet q̄ sit exp̄ssus p verba vel p aliqd̄ aliud qd̄ teneat locum verboȝ. qd̄ pbo tali rōne. Primo sic: Matrimoniū est sacr̄m quoddā. sȝ in oī sacro requirit̄ aliqd̄ sensibile signum. ergo in matrimonio oportet esse verba exp̄ssa tanq̄ʒ signa sensibiliť exprimentia cōsensum. Scd̄o confirmo hoc idē exēplo: qz sicut ablutio exterior se habet ad baptismū: ita exp̄ssio verboȝ ad matrimoniū. si enī aliqui essent muti vel diuersaȝ linguaȝ qui cōsensum suū non possent p verba exp̄mere: tūc loco verboȝ requirunt̄ signa vel nutus: ꝛ talia cōputant̄ p verbis. Similiť cum puella desponsat̄: si taceret p̄ verecūdia: verba parentū eā viro tradentiū cōputant̄ ac si essent puelle: si puella ī desponsan̄ do nō contradicat. nā verba parentū sūt sufficiens signū q̄ sūt puelle ex quo ipsa nō contradicit. Dec. btūs Tho. ibidē arti. ij. q. ij. in so. argu. Tertio p̄ncipaliter cōsensus q̄ est causa efficiens matrimoniū oportet q̄ sit exp̄ssus p verba de p̄ńti. qd̄ dupliciť pbo. s. rōne: ꝛ similitudie. Primo rōne sic: Quia sicut differt pmissio ꝛ solutio: sic sponsalia ꝛ matrimoniū. ꝛ similiter consensus de futuro ꝛ de p̄ńti. Sicut enī pmissio obligationē parit vel facit: solutio v̄o ab illa obligatiōe liberat qz complet qd̄ pmissū est. sic sponsalia obligationē pariunt de matrimonio cōtrahendo. matrimoniū aūt est impletio illi⁹ pmissiōis. vn̄ sicut cōsensus de futuro facit sponsalia: ita cōsensus de p̄ńti facit matrimoniū. Scd̄o probo hoc idē tali exemplo vel similitudie. Aliq̄s est q̄ ɔsentit in aliquā p verba de futuro: ꝛ postea idē ɔsentit cū alia p verba de p̄ńti: talis sm iura debet h̄re in vxorē secundā ꝛ nō p̄mā. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xxvij. de matrimonio: arti. ij. q. iij. argu. p̄mo cōtra. Re. infra Spōsalia in p̄nci. Et pe. de tharan. ibidē di. xxvij.

¶ Declarant̄ duodecim casus vtiles de cōsensu qui requirunt̄ ad matrimoniū. CA. IX.

Ad maiorē tn̄ euidentiā p̄dictoȝ circa cōsensum q̄ efficit matrimoniū q̄ro hic duodecim casus.

Primus ē: an exp̄ssio verboȝ p verba de p̄ńti si desit interior consensus faciat matrimoniū. R̄ndeo ꝛ dico: q̄ ī hoc casu aliť est loquendū sm forū ɔscie: ꝛ aliť sm forū ecclesie. nā sm forū vel iudiciū ɔscie instat̄ confessioni p̄uate psone. vn̄ si deest interior cōsensus exp̄ssio verboȝ vel p v̄ba de p̄ńti nō facit matrimoniū. Cui⁹ rō est p locū a sili de baptismo: Quia sicut aliq̄s si ablutionē exteriorē recipet nō intendēs baptismi sacr̄m recipere: sȝ ludū ꝛ dolū facere: baptismū nō recipit: ita etiaȝ exp̄ssio verboȝ sine interiori cōsensu matrimoniū nō facit. In foro aūt vel iudicio ecclesie ī quo stat̄ manifeste pbatiōi si aliq̄s p verba de p̄ńti pbet̄ consensisse in aliquā vt eā h̄ret ī vxorē q̄ntūcūq̄ʒ dicat defuisse cōsensū mentalē: tūc stabit̄ verbis ꝛ iudicabit̄ matrimoniū. qd̄ etiaȝ ex hoc cōfirmat̄: qz si aliq̄s p verba de p̄ńti pbet̄ in aliquā cōsensisse. cogit̄ ab ecclesia p excōicatiōis sn̄iam vt eā habeat in vxorē q̄ntūcūq̄ʒ dicat cōsensū mentalē defuisse ꝛ cū alia p v̄ba de p̄ńti ɔtraxisse. tūc. n. cogit̄ ab ecc̄lia q̄ iudicat sȝ ea q̄ foris appent ad stādū cū p̄ma vxore. Si aūt euidētib⁹ signis pōt pbari ꝛ apparē simlatio: tūc ecc̄lia nō iudicabit eē m̄rimoniū. Dec. b. T. iiij. sen. sen. di. xxvij. q̄

mrimonio:arti.ij.q.iiij.i cor.q.z i so.pmi z.iij.argumen
tor. Scdus casus ē: qd dz facere ille q pmo accepit vnā
vxorē p verba de pñti sine cōsensu mētis: z postea ac
cepit aliā p verba de pñti cū cōsensu mentis: Rñdeo z
dico q postq̄ iudicatū est ab ecclesia euidentib⁹ signis
pmā fuisse vxorē suā dz cogi ab ecclesia p excōicationis
sniam vt ad pmā redeat: nec tñ in tali casu ecclesia pec
cat: qz iudicat fm ea q foris apparent. vñ nō decipit i iu
sticia: ex quo euidentib⁹ signis pbat pmā fuisse vxorem
suā: q̄uis decipiat in facto: eo q talis nō habebat cōsen
sum mentis in talē. sz tñ talis dz poti⁹ excōicationē susti
nere q̄ ad pmā vxorē accedat: vel dz in alias regiōes re
motas fugere. Dec.b.Tho.ibidē in so.iij.argu. Terti⁹
casus ē an cōsensus mētalis ex pte vni⁹ cū expssione ver
boz p verba de pñti: faciat mrimoniū vbi deest consen
sus mentalis ex pte alteri⁹ q̄uis sit verboz expssio de
pñti. Rñdeo z dico q nō. Cui⁹ rō est: qz matrimonium
cōsistit in mutua cōiunctiōe: g vbi deest cōsensus ex pte
vni⁹ nō est mutua cōiunctio: tñ ille ex cui⁹ pte nō est do
lus a pctō excusat p ignorantiā. Cui⁹ rō est: qz talis pba
bilr pōt credere: q ex pte alteri⁹ nō sit dolus vbi euidē
tia signa doli nō apparēt. Nā de quolibet psumendū ē
bonū nisi pbet cōtrariū. Dec.b.Tho.ibidē in so.ij.argu.
Quartus casus ē: an puella possit in aliquē i matrimo
nio cōsentire nō cōsentiēte patre in cui⁹ puella est ptāte
Rñdeo z dico: q qñ est in legitima etate pōt. Cui⁹ rō ē:
qz puella in legitima etate existēs: nō est i ptāte patris:
qñ ancilla vt sui corpis nō habeat potestatē z libertatē:
sz qñ filia: z iō fm hoc q libera est: pōt se in ptātē alteri
dare absq cōsensu patris. Sic etiā pōt aliq̄s vel alt qua
religionē intrare absq consensu parentū cū in legitima
etate sit libera. Re s. de etate ca.vij. qd incipit Ad maio
rem. Dec.b.Tho.ibidē arti.iij.in so.pmi argu. Quint⁹
casus ē an cōsensus clādestin⁹ .i. occult⁹ p verba de pñti
expssus faciat matrimoniū. Rñdeo z dico q sic. quod
duplici rōne pbo. Prima ē talis: Posita cā sufficiēti po
nit effectus. sz cā sufficiēs matrimonij est cōsensus legi
timus inter legitimas psonas. g siue fiat in publico siue
in occulto ibi est matrimoniū. Scda rō est talis: Cū eni
quedam sint de substantia matrimonij z alioz sacroz: z
quedā de solēnitate: vbicunq omittit aliq̄d ad substan
tiā mrimonij z alioz sacramētoz ptinēs: vt debita ma
teria z debita forma z intentio z huiusmodi: ibi nō est
matrimoniū neq sacrm. Sed vbicūq omittit aliq̄d ad
solēnitatē ptinēs nihilomin⁹ est matrimoniū. modo g
cōsensus mentis cū expssiōe verboz de pñti in publico
e de solēnitate matrimonij. g zc. Ubi nota duo. Pri
mū est q clandestinū matrimoniū dicit duob⁹ modis
.s. vel qz fit in occulto sine testib⁹: vel fit in psētia testiū
nō tñ cū solēnitate ecclesie. Solēnitates eni diuersi reqi
runt fm diuersas locoz cōsuetudines. Quocūq g pdu
cto mō matrimoniū cōtrahat est verū matrimoniū. Se
cundū est q matrimonia clādestina sūt phibita ab eccle
sia pp̄ter plura picula z pcipue pp̄ter tria que inde eue
nire solent. Primū est q in talib⁹ est frequent fraus ali
qua ex altera pte. Secundū est q frequent ad alia cōiu
gia transeūt qui peniteāt que subito facta sūt in occulto.
Tertiū est q talia matrimonia frequent sūt cōtra essen
tialia matrimonij: sicut sūt phibita matrimonia illegiti
marū psonarū. z iō peccant talit cōtrahentes z puniunt
iure in hoc q si cōtraxerint in gradu phibito etiā ples
eoz illegitima erit ac iudicabit. Dec.b.Tho.ibidē arti.
iij.in cor.q.z in solu.argu. Sextus casus ē: an cōsensus
tpalis (dicendo sic: Contraho tecū vsq ad certū tempus
puta donec inueniā meliorē) faciat matrimoniū. Rñdeo
z dico q non. Cuius ratio est: qz null⁹ cōsensus q est cō
bona matrimonij facit matrimoniū. sz cōsensus ad tēpus
est cōtra bona matrimonij qd pz: qz est cōtra bonū pro
lis que in tota vita sua indiget per parentes suos foueri.
Similr est cōtra bonū sacramēti: qz sacramentū ad in
diuisibilitatē ptinet. vñ z i diffinitiōe matrimonij dicit
q matrimoniū indiuiduā vite cōsuetudinē retinet. Cō
sensus autē ad temp⁹ tali indiuisibilitati repugnat. g zc.
Dec petrus de tharan.iiij.scrip.sen.di.xxviij.circa secun
dū pbleuma: arti.iij.in cor.q.z magister ibidē. Septi
mus casus ē an cōsensus cōditionat⁹ faciat matrimoniū.
Rñdeo z dico q cōditio apposita cōsensui expsso p ver
ba: aut est de pterito: aut est de pñti: aut de futuro. Pri
ma enī cū est cōditio de pterito vt cū dicit sic: Cōtraho
tecū si maritus tu⁹ est mortuus: tūc stante cōditiōe stat
matrimoniū: z nō stante nō stat. Scdo cum conditio ē
de pñti vt cū dicit: Contraho tecū si tu es virgo. tūc etiā
in isto casu est sicut in pmo. Tertio cū conditio est de fu
turo: tūc aut conditio est necessaria: vt cū dico: Cōtraho
tecū si sol orit cras z tūc est matrimoniū: qz talia futura
iam sunt psētia in causis suis. vñ talis cōditio p impleta
habet: z statim est matrimoniū. Si vo conditio futura
sit impossibilis: vtputa cū dico cōtrahā tecū si celū ma
nu cōtigeris: tūc conditio p nō adiecta habet z sponsa
lia contrahunt nō matrimoniū. Si vo cōditio futura sit
cōtingens: tūc aut talis cōditio est honesta: vt cū dicam
Contrahā tecū si patri tuo placuerit: vel si dederis mihi
tantā pecuniā: tūc talis conditio nō facit matrimoniū
sz sponsalia: sz cōsensus qui fit p verba de futuro. Si vo
cōditio sit inhonesta: aut est contra naturā matrimonij:
vt cū dico: Contrahā tecū si venena sterilitatis pcuraue
ris: z tūc nō valent sponsalia. aut talis cōditio nō est cō
tra naturā matrimonij: vt cū dico: Contrahā tecū si ho
minē occideris: vel si tu es sacrilega tūc sponsalia valēt
z cōditio p nō adiecta habet. Dec.b.Tho.iiij.scrip.sen.
di.xxix.arti.iij.in cor.q. Et petr⁹ de tharan. vbi.s. Octa
uus casus ē: an cōsensus coactus p verba de pñti expres
sus facit matrimoniū. Rñdeo z dico q nō. qd triplicit
pbo. s. rōne: auctoritate: z significatiōe. Primo hoc pbo
rōne sic: Matrimoniū ex libertate volūtatis cōtrahi dz.
sz coactio vel violentia libertatē volūtatis cogit seu tol
lit. g matrimoniū impedit. Scdo hoc idem pbo aucto
ritate. nā in decretis dicit sic: Cū cōsensus locū non ha
beat vbi metus vel coactio interdicit: necesse est vbi cō
munis cōsensus requirit q coactionis materia repellat
Sz in matrimonio cōis requirit cōsensus. g zc. Tertio
pbo hoc idem ex significatiōe sic: Matrimoniū xpi si
gnat cōiunctionē xpi ad ecclesiā. sz talis cōiunctio fit p
libertatē amoris: g nō pōt fieri matrimoniū p consensū
coactum. Dec.b.Tho.iiij.scrip.sen.di.xxix.arti.iij.q.j.in
duob⁹ argu. cōtra: z in cor.q.ibidē. Ad cuius euiden
tiam circa coactionē nota hic quinq. Primū est q du
plex est coactio vel violentia. Una est absoluta q a pho
in.iij.ethi. dicit violentia simpliciter: vt cū quis aliū im
pellit corpalit ad motū: sicut qñ manus alicui⁹ violent
trahit ad imolandū dijs: z talis violētia nō pōt cadere i
cōsensū q est act⁹ volūtatis. Alia coactio vel violētia ē cō
ditionata quā phs vocat ibidē violentū mixtū. vt qñ vo
lūtas de se nollet aliq̄d qd tñ vult rōne instātis coactio
nis vel violētie. verbi grā: vt cū q̄s pijcit merces i mare
ne pielitet: sz est violentū fm q̄d: z voluntariū simplicit
qz actus sūt in pticularib⁹. z talis violētia pōt esse i con
sensu q ē actus volūtatis. Dec.b.Tho. ibidē arti. pmo in
cor.q. Secundū ē q coactio p metū ē qñ aliq̄s timore
alicui⁹ mali cogit aliq̄d faciendū vel dimittendū: circa
q aliter se haberet cōstans z incōstans: trepid⁹ z puniar.
Prio enī cōstans .i. sapiēs z timorosus seqt rectā ratione

p quã scit qd fit p alio diminuendũ: minus bonũ p maiori bono: ꝛ qd fit p alio faciendũ. i. sustinendũ. s. minus malũ pene p vitando maiori malo culpe. Scdo inconstans. i. insipiens vel vitiosus cogit leui estimatione ad faciendũ qđ non licet fieri vel dimitti. verbi grã: Talis enĩ cogit ad faciendũ maiꝰ malum pp̄ter metũ minoris mali sicut ad peccandũ pp̄ter metũ corpalis pene. Tertio intrepidꝰ dicit esse constans: nõ qꝛ oĩno nõ timet: ꝫ qꝛ nõ timet que nõ oportet vel vbi non oportet timere. Quartovo ꝯtinax est ecõtrario: qꝛ talis nõ põt cogi etiã ad minus malũ sustinendũ vel faciendũ: vt vitet maius malũ: ibidem btũs Tho. arti. ij. in cor. q. Tertiuz est ꝙ peccata sũt maxima malorũ. ꝛ ideo ad hec nõ põt homo constans. i. virtuosus cogi: imo magis debet hõ mori q̃ talia sustinere: vt etiã phs. iij. ethi. dicit. Hec. b. Tho. ibidem in so. ij. argu. Quartũ est: ꝙ timor infamie non reputat timor cadens in constantẽ. i. virtuosũ virũ. Cuius rõ est: qꝛ q̃uis infamia sit magnũ damnũ: tñ ei de facili occurri põt: ibidẽ in so. iij. arg. Quintũ est: ꝙ coactio vel violẽtia q̃ ex metu leui pcedit nõ impedit matrimoniũ: ꝫ illa que libertatez tollit ꝛ que ex metu maioris piculi pueniit: in cõstantẽ virũ cadere põt. Et hec matrimoniũ impedit. Metus aũt maioris piculi imminentis: cui constans. i. virtuosus cedit: est metus occisionis: vel mutilationis: vel seruitutis: vel deflorationis: q̃ his versibꝰ continent: Stupri siue status vberis atq; necis: Excusare metus hos tu reputa qꝛ nescis. Ibidẽ arti. ij. in cor. q. Nonus casus virũ cũ aliq̃s inuitus cõsentit in aliquã ꝛ illa volũtarie consentit in eũ sit matrimoniũ. Rñdeo ꝛ dico ꝙ nõ. Cuiꝰ rõ est: qꝛ si nõ est matrimoniũ ex vtraq; parte: ꝫ ex aliqua pte claudicat: nõ debet iudicari ex vtraq; pte esse matrimoniũ pfectũ. In casu aũt pdicto. s. qñ vnꝰ voluntarie cõsentit: ꝛ alter nõ vel inuitus: dicendũ ẽ nõ esse matrimoniũ. Cuiꝰ rõ est: qꝛ lꝫ iste qui volũtarie consentit quãtũ est in se: se obligauerit: tñ obligatio vigorẽ nõ habuit altero nõ consentiẽte: ꝛ iõ matrimoniuz non tenet. Quod etiã p hoc patet: qꝛ si alter illoꝝ siue voluntarie consentiens siue inuitus contraheret postmodũ matrimoniũ factum cũ secunda matrimoniũ teneret cũ ea. ꝛ hoc expresse determinauit Banfredꝰ in titulo de sponsalibus ꝛ nõ loquit de impedimẽto coactiõis. Hec magister Romanus sup. iiij. sen. di. xxix. Decimus casus ẽ an filius pcepto patris possit compelli ad matrimoniũ contrahendũ. Rñdeo ꝛ dico ꝙ nõ: eo ꝙ in matrimonio requirit liber cõsensus. ꝛ hoc triplici rõne. Primo rõne significationis: qꝛ matrimoniũ signat coniunctionẽ xpi ꝛ ecclesie que coniunctio requirit liberã voluntatẽ ꝛ non coactã. ꝛ illud matrimoniũ facit. Scdo rõne obligationis: nam ex matrimonio ppetuũ vinculũ contrahit. ꝛ iõ magis ei subuenire debet contra impedimentũ coactionis ꝛ metus. Tertio rõne electionis. s. maioris pfectionis: qꝛ patre pcipiente vt filius matrimoniũ contrahat: nihilominus filius põt religionẽ intrare. g nõ põt pater filiũ cogere ad matrimoniũ contrahendũ: vel generalit cum quacũq; muliere: vel specialiter cũ aliqua muliere determinata: nisi subsit causa necessaria ex qua tenet filius obedire patri de matrimonio cõtrahendo: sicut Jacob obediuit patri pcipienti vt iret in mesopotamiã ad accipiendũ vxorẽ. tenebat enĩ ex certa causa obedire patri ꝛ cõtrahere matrimoniuz cum muliere sui generis ꝛ sui cultus: qꝛ in successione generis erat successio fidei. Hec. b. Tho. vbi. s. di. xxix. arti. iiij. argu. j. cõtra: ꝛ in cor. q. ꝛ in solu. argu. Re. ibidẽ aliã causam quare Jacob tenebat obedire patri de matrimonio cõtrahendo. Undecimus casus est: an matrimoniũ possit fieri p nũcios. Rñdeo ꝛ dico ꝙ sic. Cuiꝰ rõ est: qꝛ aliquis põt pcuratorem alterũ constituere ad consentiendũ. Tñ sciendũ ꝙ si añ peniteat q̃ ille cõsentiat nõ est matrimoniũ: nec in rei veritate nec etiam sm iudiciuz ecclesie: si aliquibꝰ signis appareat eũ penituisse. Sꝫ ex quo consensus p nuncios factus est: matrimoniũ tenet: ac si ipse psonaliter fecisset. Hec. b. Tho. ibidem in expositione lre. Duodecimus casus est: an si mulier diceret: Cõsentio in te: ita ꝙ nunq̃ reddam tibi debituz vel vt nunq̃ me cognoscas: talis cõsensus faceret matrimoniũ. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ talis cõsensus cõditionatus nõ facit matrimoniũ. Cuius rõ est: qꝛ illa cõditio explicita nõ solum cõtrariat actui ꝫ etiã potestati carnalis culpe. excludit enĩ talis consensus cõditionatꝰ nõ solum actũ ꝫ etiã potestatẽ ꝛ obligationẽ in qua actus implicite cõtinet. ꝛ ita est contraria matrimonio. Hec. b. Tho. vbi. s. di. xxviij. arti. iiij. in so. iij. argu. Ultimo querit in qđ vel in quã rem est consensus faciẽs matrimoniũ. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ cũ consensus possit esse triũ. s. cohabitationis: copule carnalis: ꝛ copule cõiugalis. Primꝰ consensus. s. cohabitatiõis matrimoniũ non facit: qꝛ tunc pater cũ filia ꝛ frater cũ sorore posset cõtrahere matrimoniuz: qđ est falsum. Secũdus consensus. s. copule carnalis matrimoniũ nõ facit: qꝛ tũc inter Mariã ꝛ Joseph verũ coniugiũ non fuisset: ppo/suerat enĩ Maria in virginitate manere: nisi deus aliẽ facere iuberet. Similit ꝙ consensus in carnalẽ copulaz nõ facit matrimoniuz patet: qꝛ nullus consentiẽs in carnalem copulã est virgo mente ꝛ corpe: ergo Johannes euangelista post consensum nuptialem nõ fuisset virgo mente ꝛ carne. hoc aũt est falsũ: qꝛ post consensũ nuptialem fuit virgo mente ꝛ carne: g nõ consensit in carnalez copulã. Tertio g cõsensus p verba de pñti expressus cõiugalis societatis facit matrimoniũ: vt cũ vir dicit: Accipio te in meã nõ dñam nõ ancillã ꝫ cõiugẽ. Quia enim nõ ancilla dat; iõ nõ de imo. i. de pedibꝰ facta est. Silit qꝛ nõ dña dat iõ nõ de sũmo. i. de capite facta est. Quia vo in societatẽ cõiugalẽ accipit vel assumit: iõ de latere viri pducta est. Sic g consensus q̃ matrimoniũ facit: nõ est explicite in carnalẽ copulã: qꝛ matrimoniũ nõ est essentialit carnalis copula: ꝫ coniunctio siue societas quedam q̃ ad carnalẽ copulã ordinat. Et iõ talis consensus matrimoniũ causans est iplicite in carnalẽ copulaz. Explicite autẽ est in potestatẽ carnalis copule: qꝛ potestas carnalis copule in quã explicite cõsentit ẽ causa carnalis copule: sicut potestas vtendi re sua est cã vsus. Uñ sine expsso cõsensu cõiugalis copule nõ fit matrimoniuz: fit aũt sine expresso cõsensu carnalis copule. Et cõfirmo scdo hanc rõnẽ sic: Quia sicut cã volũtaria se hꝫ ad volũtariũ effectũ: ita cõsensus potestatis carnalis copule ad vsum eiꝰ. s. effectus volũtarius in causa volũtaria implicite continet: g vsus copule carnalis in potestate vtendi implicite continet. Hec. b. Tho. vbi. s. iiij. sen. di. xxviij. arti. iiij. in cor. q. Et magister sen. in textu. di. xxviij. i fine ꝛ Pe. de tharan. ibidẽ.

## ¶ Qꝫ matrimoniũ est initiatũ: factũ: ratũ: consummatũ: ꝛ quomodo. CA. X.

Tertio pncipalit circa matrimoniũ considerãda sũt ꝯsumantia. Ubi nota ꝙ matrimoniũ ẽ initiatũ: factũ: ratũ: ꝯsũmatũ. Primo matrimoniũ ẽ initiatũ p verba de futuro expssa: vt pꝫ pmo caꝰ. Scdo ẽ p ꝯsensum mẽtis verbis de pñti expssum. Tertio ẽ ratum p fidẽ ꝯtrahentiũ vt est sacrm. Quarto ẽ ꝯsũmatũ ꝛ pfectũ p cõmixtionẽ sexuũ. Ubi sciendũ ꝙ duplex est pfectio rei. s. pma q̃ cõsistit i esse rei: qđ ẽ forma substantialis. Et scda q̃ cõsistit in opatiõe rei carnalis. g copula nõ est de pma integritate ꝛ pfectione matrimonij: eo ꝙ sine carnali copula mrimoniũ ẽ verũ ꝛ integrũ ꝛ pfectũ in sua entitate: imo mrimoniũ sine carnali copula ẽ pfe/

ctius matrionio carnali copula ꝯsumato. ⁊ hoc dupliciter .s. sanctitate: ⁊ mēte. Primo est pfectius sanctitate. vnde Aug⁹ Sanctiora eni sunt coniugia pari voto ꝯtinentiū. Scōo est pfectius mēte vel charitate: qꝛ maior ⁊ pfectior est ꝯiunctio sm mentē q̄ sm carnē. que duo habuit ꝯiugiū Marie ⁊ ioseph. vñ Aug⁹ Perfectū fuit ꝯiugiū Marie ⁊ ioseph in sanctitate. 2° etiā fuit pfectū mente. Et subdit Aug⁹ dicens: Et lꝫ non interfuisset ꝯiugalis cōcubitus: ꝯiuges tñ vere fuerūt mēte non tñ carne. 3° etiā fuit pfectū eoꝝ matrimoniū integritate. vñ Aug⁹ Perfectū etiā fuit sm triplex bonū ꝯiugij .s. fidē: plem: ⁊ sacramentū. Omne eni nuptiaꝝ bonū vt ait Aug⁹ impletū est in illis parētib⁹ christi .s. fides: ples: sacrm. prolē cognoscim⁹ ipsuꝫ dñm fidem: qꝛ nullū adulteriū: sacramentū qꝛ nullū diuortiū. Solus ergo nuptialis ꝯcubit⁹ nō fuit qꝛ in carne peti fieri non poterat sine pudenda ꝯcupiscētia carnis que accidit ex petō. Scōo dico q̄ carnalis copula est de scōa pfectōe matrimonij sine qua matrimoniū non est pfectū ⁊ cū qua matrionū est ꝑfectius. Hoc aūt ꝑ⁹bo triplici rōne .s. opatōis: significatōis: ⁊ finis. Primo rōne opatōis sic: Perfectior est res cū vsu vel cū ope q̄ sine. verbigrā: Perfectior est hō qui potest facere ea que sunt hoīs q̄ puer qui non pōt. g̊ a simili matrimoniū cū copula carnali est pfectius q̄ sine copula carnali: eo q̄ copula carnalis est quedaꝫ opatio siue vsus matrionij. Scōo hoc idē ꝑbo rōne significatōis sic: Illud matrimoniū est pfectius qō ꝯiunctionē spūalē repñtat. sed cōmixtio corꝑalis seu copula carnalis pfecti⁹ vnionem xp̄i ⁊ ecclesie figurat vel representat. g̊ ⁊c. vñ q̄uis matrimoniū sine copula habeat esse: vt pꝫ non tñ sine hoc hꝫ pfectā significationē. Tertio hoc idē ꝑbo rōne finis sic Unus finis hui⁹ sacri est ꝯseruatio spēi. sed hic finis nō habeť sine carnali copula: g̊ carnalis copula est de scōa integritate ⁊ pfectiōe matrionij: q̄uis non sit de pma vt pꝫ .s̄. Hec .h. Tho. iiij. scri. sen. di. xxvj. arti. iiij. ⁊ mgr̄ sen. iiij. li. sen. di. xxx. de ꝯiugio Marie ⁊ Joseph.

¶ Quꝫ tria sunt bona q̄ honestū faciūt mrioniū: ⁊ que.

## Quarto circa matrimoniū ꝯsideranda sunt honestātia. CA. XI.

Naꝫ tria sunt bona que honestū faciūt mrioniū .s. fides: ples: ⁊ sacrꝫ. de quibus Aug⁹ dicit: Tria sunt pncipaliter bona ꝯiugij .s. fides: ples: ⁊ sacramentū. In fide attendiť ne post vinculū ꝯiugale cū alio vel cū aliis coeať. In ple vt amanter suscipiať ⁊ religiose deduceť vel nutriať. In sacro vt cōiugiū non separeť nec dimissus nec dimissa nec cā ꝑlis alteri ꝯiugať. Hec mgr̄ sen. iiij. li. di. xxxj. in pncipio. Ex his aūt tribus bonis actus matrionij est recōpensatori⁹ meritorius: excusatori⁹. Primo est recōpensatori⁹: nā hec tria bona recōpensant mala que sunt in matrionio. qō sic probo: In actu matrionij est duplex malū ex petō pmi parētis annexū. Primū malū est malū culpe: in hoc q̄ rō vehementer carnali delectatōe hebetať ⁊ obumbrať Secundū est malū pene ex hoc q̄ rō corꝑali solicitudie anxiať vel fatigať. hec duo mala sapiēs eligit ꝑ recōpensationē triū pdictoꝝ bonoꝝ que honestū efficiūt matrimoniū. Nullus eni sapiēs eligit aliquid cui malū multiplex est annexū: nisi fiat recōpensatio equalis vel maioris boni vt spēaliter in bonis matrimonij hoc apparet. Scōo actus mrionij est excusatori⁹. nā bona matrionij supradicta excusant actū matrionij a petō duob⁹ modis Primo: qꝛ ꝑ actū matrionij fit vt act⁹ qui de se esset peccatū non sit petū. Scōo excusant: qꝛ quod alꝛs esseꝫ petū mortale: fit veniale. Uñ solū duobus modis ꝯiuges cū ꝯueniūt ab omni petō excusanť ⁊ absq̄ omni petō cōueniūt .s. cū ꝯueniunt causa ꝑlis ꝑcreande: ⁊ cā debiti reddendi. Hec .h. Tho. iiij. scri. sen. di. xxxj. de bonis matrionij. arti. j. in coꝝ. q. ⁊ ibidē. q. xxxij. art. ij. in coꝝ. q. Tertio actus matrionij est meritori⁹ in eo qui grām habet. qō triplici rōne probo .s. charitatis: equalitatis: religionis. Primo rōne charitatis sic: Oīs actus quo impleť precepū dei si fiat ex charitate est meritorius sed actus matrimonij est huiusmodi: qꝛ vt dꝛ .j. ad Chorinth. vij. Uxori vir debitū reddat ⁊ ecōuerso. g̊ ⁊c. Scōo ꝑbo hoc idem rōne virtutis vel eq̄tatis sic: Actus virtutis est meritori⁹ Sed actus matrionij est huiusmōi .s. iusticie qua debitū reddiť. g̊ ⁊c. Tertio hoc idē ꝑbo rōne finis sic: Act⁹ ex libera volūtate ꝑcedens: ⁊ sup debitā materiā cadens: ⁊ ad bonū finē tendens est meritorius. sed actus mrionij est huiusmodi: naꝫ ad bonū finē est ordinatus .s. vt ꝑles educeť ad cultuꝫ dei: g̊ semꝑ hoc modo est meritorius. Hec .h. Tho. vbi .s̄. di. xxvj. de matrionio: arti. iiij. in duobus argu. ꝯtra. ⁊ in coꝝ. q.

Tanguntur tria documēta de bonis matrimonij. CA. XII.

Ad maioreꝫ tñ euidentiā ca. pcedētis circa bona matrimonij nota tria .s. excusatōis rōem: offensionis colorē: affectōis discretionē. Primo nota circa bona matrionij excusatōis rōem. nam tria predicta bona actuꝫ matrionij excusant dupliciť a peccato: vt pꝫ .s̄. Rō autē istoꝝ bonoꝝ est ista: Nam aliquis act⁹ est bonus ex tribus. Primo actus est bonus ex intentōe finis: ⁊ sic est bonū prolis excusans actū matrionij a petō. Ubi nota q̄ aliud est ꝑles: ⁊ aliud est bonū ꝑlis. Proles aūt non excusat actū matrimonij a petō: sed bonū ꝑlis. qō pꝫ: qꝛ in fornicatōe q̄uis est ꝑles: nō tñ est bonū ꝑlis .s. honesta susceptio: ⁊ religiosa educatio. vñ tota cōicatio que est inter virū ⁊ vxorē inq̄tuꝫ sunt in matrimonio ꝯiuncti ad hunc fineꝫ ordinať: vt .s. fili⁹ ⁊ legitime ꝑcreeť: ⁊ honeste educeť. vñ patres naturaliter thesaurizant filijs: vt dicit aplꝯ ij. ad Chorinth. xij. Secūdo actus matrionij est bon⁹ ex directōe vel adequatōe opis ⁊ sic est bonū scōm .s. fidei: que non accipiť ꝑut fides est virtus theologica: sed ꝑ fidelitate que reduciť ad iusticiā. cuius est duplex actus. Unus est essentialis: ⁊ pmus .s. non negare ꝯiugij vsuꝫ corꝑis sui. ⁊ intētio huic opposita excludit matrionū. Scōus actus fidelitatis vel iusticie est accessorius .i. non exhibere alteri corpus suū. ⁊ intentio huic opposita excludit matrionū. Tertio act⁹ mrionij est bonus indiuisibilitate ꝯiūctōis: ⁊ sic est tertiū bonū .s. sacrm. lꝫ eni sine intentōe boni filij: ⁊ bone fidei matrimoniū possit esse: non tñ sine intentōe boni sacramēti .i. indiuisibilitatis ⁊ inseparabilitatis: qꝛ cōsensus ad tēpus non efficit matrionū. nam ex bono sacri actus matrimonij non solū est bonus: sed etiā sanctus: eo q̄ signat ꝯiunctionē xp̄i ad ecclesiā. vñ debet hr̄e matrionū inseparabilitatē vsq̄ ad mortē. qō pꝫ de quolibꝫ matrimonio. Naꝫ matrionū infideliū habet indiuisibilitatē vsq̄ ad mortē spūalem que est ꝑ regenerationē baptismatis: in qua hō moriť priori vite. matrionū v̊o fideliū ꝑ verba de p̄senti factū soluiť ꝑ mortē spūaleꝫ que est in religione. matrionū v̊o ꝯsūmatū .s. ꝑ carnalē copulā soluiť ꝑ mortē verā: ita q̄ mrionū dꝛ inseparabile: qꝛ in hac vita sola vbi mrimonij vinculū se extēdit separi non pōt: sed solū per mortē siue corꝑalē post carnalē ꝯiunctionē: siue ꝑ mortē spūaleꝫ post spūalē ꝯiunctionē tm̄. Hec .h. Tho. iiij. scri. sen. di. xxxj. de bono matrimonij: arti. ij. in coꝝ. q. ⁊ ibidē qualiť hec tria bona excusant matrionium: arti. j. in coꝝ. q. Si aliť vis ꝑcedere dicas q̄ in matrimonio est duplex bonū. Primū bonū qō ex matrimonio ꝑuenit est accn̄tale: ⁊ hoc est multiplex .s. pax: ꝯcordia: societas: diuitie: ⁊ huiusmōi. Scōm bonū matrionij est substātiale. ⁊ hoc est triplex .s. bonū filij. bonū fidei: bonū sacri. Quoꝝ rō vel distinctio pōt accipi tribus modis: sm q̄

tria sunt que inclinãt ad matrioniũ ↄtrahendũ s. natura: ratio recta gratia. Primo ad matrimoniũ ↄtrahendũ inclinat natura. ⁊ sic in matrĩonio est bonũ prolis vel filij. 2° inclinat recta rõ ⁊ sic est in matrĩonio scdm bonũ. s. fidei. Nã recta rõ inclinat ꝙ vnus alteri fidelitatẽ seruet. 3° inclinat grã. ⁊ sic est ibi bonũ tertiuʒ. s. sacrm. Scdo modo põt accipi rõ istoꝝ bonoꝝ sic: Nã tria sunt in matrimonio. s. nexus: vsus: fructus. pmo est ibi nexus vinculi: ⁊ sic est ibi bonũ sacramẽti. 2° est ibi vsus pmissi. ⁊ sic est ibi bonũ fidei. 3° est ibi fruct⁹ boni intẽti: ⁊ sic est ibi bonuʒ filij. Tertio modo põt rõ istoꝝ bonoꝝ sic sumi. naʒ in mrĩonio est triplex bonũ. s. vtile: delectabile: ⁊ honestũ pmo enĩ est ibi bonũ vtile ⁊ hoc est bonũ filij. 2° ẽ ibi bonũ delectabile: ⁊ hoc est bonũ fidei. 3° est ibi bonũ honestũ: ⁊ hoc est bonũ sacri. Hec Pe. de thara. iiij. sen. di. xxxj. arti. ij. q. j. Et ibidẽ. q. ij. in coꝛ. q. Scdo pncipalit circa matrĩoniũ nota offensionis colorẽ. Posset enĩ quis dicere ꝙ in actu ↄiugali sunt quatuoꝛ mala ppter que actus mrĩonij non põt oĩno excusari a culpa: vt s. oĩno fit absqꝫ oĩ peccato. s. absoꝛptio rõnis: rebellio passionis: intentio delectatõis: cõfusio turpitudinis. Primo enĩ in matrionio est absoꝛptio rõnis. naʒ bonũ rõnis in matrimonio ledit ⁊ absoꝛbet. qd malũ p nullũ bonũ videt posse recõpensari: ⁊ sic eius actus licitus non videt. Rñdeo ⁊ dico ꝙ in actu matrimonij rõ absoꝛbet non sʒ habitũ sed fm actũ. Non est aũt incõueniens ꝙ aliquis actus melioꝛ fm genus suũ qñqꝫ interrũpat pro aliquo min⁹ bono actu: tñ magis necessario. nã licitũ est aliqñ actũ melioꝛẽ intermittere p actu minus bono: ⁊ tñ magis necessario verbigrã. Lʒ enĩ vita ↄtẽplatiua sit melioꝛ vita actiua: tñ aliqs interdũ ab actu ↄtemplatõis vtiliter ⁊ meritoꝛie cessat vt vite actiue interdum vacet. Scdo in actu matrĩonij est rebellio passiõis. s. ↄcupiscẽtie carnis ad rõneʒ que etiã videt esse pctm. Rñdeo ⁊ dico ꝙ talis rebellio non est malũ culpe: sed tñ pene que est inobedientie ↄcupiscẽtie ad rõem. Re. infra Sensualitas. Tertio in actu matrĩonij est intẽtio delectatõis: ⁊ etiã tal' delectatio videt eẽ pctm. Rñdeo ⁊ dico: ꝙ intẽsio delectatõis tunc est inoꝛdinata ⁊ ĩmoderata ⁊ p ↄsequẽs pctm: qñ limites rõnis excedit: als autẽ non. Quarto in actu matrĩonij est ↄfusio turpitudinis que videt etiã esse cõfusio vel erubescẽtia culpe. Rñdeo ⁊ dico: ꝙ ↄfusio turpitudinis ⁊ erubescẽtia que est in actu mrĩmonij est erubescẽtia turpitudinis pene ⁊ non culpe: qꝛ de quolibʒ defectu hõ naturaliter erubescit. Hec be. Tho. iiij. sen. di. xxxi. qualiter bona matrionij excusant a culpa: arti. j. in solu. qtuoꝛ argu. Tertio pncipalit circa matrĩoniũ nota affectõis discretianẽ. Nã alit se hʒ matrĩoniũ ĩ sui pma institutõe: ⁊ aliter modo. In pma enĩ sui institutõe erant in actu matrionij tria pdicta bona sine mali admixtione: et iõ tunc matrĩoniũ erat ppter se appetendum. Modo autẽ ppter primũ pctm triplici pdicto bono matrimonij est triplex malũ annexũ. pmũ est inhonestas cõcupiscẽtie carnalis. scdm malũ est anxietas vel malũ solicitudinis tpalis. tertiũ est onerositas societatis ↄiugalis ppter que mala magis est a matrionio abstinenduʒ qꝫ ipsuʒ sit appetendũ. Hec Pe. de tharan. iiij. sen. di. xxxi. arti. ij. q. j. Et ibidẽ. q. ij. in coꝛ. q. p totũ. Notandum etiã ꝙ actus matrĩonialis circa meritũ ⁊ demeritũ distinguit quadruplr. aliqñ enĩ nec est meritoꝛius nec demeritoꝛius: aliqñ est meritoꝛi⁹: aliqñ est demeritoꝛi⁹ venialiter: aliqñ est demeritoꝛi⁹ moꝛtaliter. Primo enĩ actus mrĩonij non est meritoꝛi⁹ nec demeritoꝛi⁹. s. qñ quis accedit cã prolis pcreande: ⁊ cã debiti reddẽdi qd est iniusta cã accedens tñ non est in charitate. Scdo actus matrionij tunc est meritoꝛius qñ accedẽs ex iusta cã est in charitate. Tertio act⁹ matrionij est demeritoꝛi⁹ venialit qñ quis accedit cã incõtinẽtie vitande in seipso. vel cã libidinis fruẽde ⁊ habẽde sistẽtis intra limites matrimonij puta qñ vir delectationẽ qrit in sua vxoꝛe tñ: ⁊ mõ legitimo. Quarto act⁹ mrĩmonij est demeritoꝛi⁹ moꝛtalit qñ accedit cã delectatiõis habẽde in vxoꝛe ppria: vt in qualibet alia muliere. Hec mgr Roman⁹. iiij. sen. di. xxxj de quib⁹ infra magis patebit.

¶ Que octo sũt que pcipue actũ matrimonij dehonestant. CA. XIIII.

Quinto circa matrĩoniũ ↄsiderãda sunt dehonestãtia. nã octo modis actus matrionij est pctm. Primo accedere ad ↄiugẽ causa foꝛnicatiõis vitande est pctm veniale. Ubi nota ꝙ si aliquis accedit ad ↄiugẽ intendẽs foꝛnicationẽ vitare in ↄiuge nõ peccat. Cui⁹ rõ est: qꝛ hoc est quedã redditio qd ad bonũ fidei ptinet. Sed si accedit ad ↄiugẽ intendẽs vitare foꝛnicationẽ in se venialit peccat. Cui⁹ rõ est: qꝛ vbicũqꝫ ĩ actu cõiugij bonũ matrimonij est motiuũ. actus ↄiugij oĩno excusat a pctõ. vbi võ est aliud motiuũ: non excusat oĩo vñ cũ in actu mrĩmonij qui fit cã foꝛnicatiõis vitãde: sit aliud motiuũ a bonis matrionij. s. aliq incõtinẽtis non excusat oĩo quin sit ibi venialẽ pctm. Hec be. Tho. iiij. sen. sen. di. xxxj. arti. ij. in solu. ij. argu. Scdo accedẽ ad ↄiugẽ causa sanitatis acqrende vel ↄseruãde est veniale pctm. qd tali rõne ostẽdo: Ille qui indebito mõ intẽdit sanitatẽ acquirere ⁊ ↄseruare peccat. sed accedẽs ad vxorẽ causa sanitatis acquirende vel conseruande indebito modo sanitatẽ intendit: g venialiter peccat. vbigrã: Sicut qui ex sacramẽto baptismi tñ quereret coꝛpalẽ sanitatẽ vñ qꝫuis intendere sanitatis adeptionẽ vel ↄseruationẽ modo debito non sit pctm: tñ indebito mõ est pctm: vt pʒ ibidẽ bea. Tho. in solu. iiij. arg. Tertio accedere ad vxorẽ cã delectatiõis ↄsequẽde semp est pctm. Ubi nota ꝙ querere delectationẽ in ↄiuge cõtingit duobus mõis aut in cõiuge sistẽdo infra limites mrĩonij qñ cũ altera muliere non qreret: ⁊ tũc est pctm veniale: aut in ↄiuge vt in muliere extra limites matrionij qñ etiã si non esset vxoꝛ idẽ qreret: ⁊ tunc est pctm moꝛtale. vñ Hiero. ꝙ voluptates que de meretricũ amplexibus capiunt sunt dãnate. Uocat aũt Hiero. voluptates meretriceas qñ nihil aliud intendit in ↄiuge qꝫ in meretrice. ibidẽ bea. Tho. arti. iij. in coꝛ. q. Quarto accedere ad ↄiugẽ impregnatã est pctm moꝛtale. cũ pbabiliter timet de piculo aboꝛsus: als est pctm veniale. vñ Hiero. vitupat talẽ accessuʒ Hec be. Tho. in expositõe lr̃e. Quinto accedere ad cõiugẽ contra naturã cõiugis. s. qñ vas debitũ ptermittit semp est pctm moꝛtale: qꝛ proles sequi non potest: vñ totaliter intẽtio nature frustrat. Usus autẽ cõiugis cõtra debitũ modũ a natura institutũ non semp est pctm moꝛtale (vt dicũt quidã) sed potest esse signũ moꝛtalis ↄcupiscẽtie. Qñqꝫ etiã talismõi accessus põt esse sine pctõ qñ dispositio coꝛpis aliũ modũ non patit. als tãto est pctm grau⁹ quãto magis a mõ naturali recedit. Hec. b. Tho. ibidẽ in expõne lr̃e. Sexto accedere ad mulierẽ menstruatã aliqñ non est pctm: aliqñ sic. Ubi nota ꝙ fluxus mẽstruoꝝ aliqñ est ĩnaturalis: aliqñ võ est natural'. Primo si fluxus mẽstruoꝝ in muliere est ĩnaturalis: vt puta cũ mulier ex aliqua infirmitate fluxũ sanguĩs ↄtinue patit: tunc debitũ petere ⁊ exigere non est phibitũ in lege noua: ⁊ p ↄñs non est pctm. ⁊ hoc duplici rõe. Prima qꝛ qꝛ ppter talẽ infirmitatẽ cõtinuã mulier in tali statu nõ potest cõcipere. Secũda rõ est: qꝛ talis fluxus est perpetu⁹ vel diuturnus: vñ opoꝛteret ꝙ vir ppetuo abstineret Si võ fluxus mẽstruoꝝ est naturalis: puta mulieres qñ sunt sane determinatis tpibus. s. semel in mẽse fluxũ sanguinis patiũt: tunc accedere est prohibitũ. vñ si scienter

vir petit debitū vel vxor libenter debitū reddit ꝯtra ꝓceptū facit: ⁊ mortaliter peccat: tum q2 talis fluxus non durat nisi ad modicū: tum q2 tali tꝑe mulier potest ꝯcipere ⁊ ꝯcepti fiunt deformes. vñ Hiero. sup illud Ysa. lxiiij. Omnes iusticie vestre pānis mēstruate. sic ait: Tūc viri debēt a mulieribus abstinere: q2 tunc ꝯcipiunt̄ mēbris dānati. s. ceci: claudi: leprosi. Et hoc iō vt q2 parētes non erubuerūt in ꝯclaui misceri: eoꝝ pꝫ petm̄ etiā apte a cunctis reducat̄ in paruulis. Hec. b. Tho. vbi. s. di. xxxij. art. .j. q. ij in cor. q. Si vir debitū sciens exigit ab vxore tunc vxor debet eū auertere precibus ⁊ monitis: non ita efficacit̄ ꝙ ex hoc possit ei esse occasio incidēdi in alias dānabiles corruptelas. Si vō ignorant̄ exigat debitum ab vxore: tūc vxor potest aliquā occasionē ꝓtendere: vel infirmitatē allegare ne vir debitū petat. Si vō vir a petitione nō desistat debet mulier poscēti debitū reddere. passionē autē vel infirmitatē suā non semꝑ est tutū viro indicare ne forte vir ad eā abominationē concipiat: nisi de viri prudētia ꝓsumat̄. Hec. b. Tho. vbi. s. q. iij. in cor. q.

Septimo debitū exigere ab vxore ⁊ ad eā tꝑib⁹ sacris vel diebus festiuis accedere est petm̄. Cuius rō est: quia tales dies sunt deputati ad vacandū spūalibus. sed delectatio carnalis rōnē deprimit: ⁊ ꝑ ꝯsequēs impedit spiritualia ꝯtemplari: g̃ ⁊c̄. Et ideo Aug⁹ dicit: et in textu sen. habet̄ sic: Propter dies ꝓcessionū ⁊ ieiuniorꝝ nō lꝫ aliq̄ xpiano cōuenire cū vxore sua. Hec. b. Tho. ibidē: arti. v. q. j. in cor. q. Si autē vir vel vxor in die festiuo debitū petat non peccat mortalit̄ vt quidā dicūt sed venialiter tm̄. Cui⁹ rō est: q2 tꝑus indebitū non est circūstātia trahens in aliā spēm pctī. s. vt qꝺ de se est veniale faciat mortale. sed tm̄ grauI⁹ peccatū est si sola delectatōnis cā peccat: q̃ si ꝓpter timorē quo quis timet sibi de lubrico carnis debitū petat. Hec. b. Tho. ibidē arti. v. q. ij. in cor. solu. Octauo debitū exigere in loco sacro est petm̄. Cuius rō est: q2 sicut q̄dā tꝑa sunt sacra quib⁹ nō licet debitū petere. ita etiā quedā loca sunt sacra quib⁹ etiā multo min⁹ licet debitū petere. Qꝫ autē minus liceat debitū petere in loco sacro q̃ tꝑe sacro pꝫ: q2 post pollutionē loc⁹ indiget recōciliatiōe. qꝺ non accedit de tꝑe: ibidē beat⁹ Tho. arti. v. q. j. argu. ꝯtra. Ad maiorē tm̄ euidentiam circa obligationē petitōis ⁊ redditōis debiti in matrimonio est notandū: ꝙ sicut in alijs ꝯtractibus vt in mutuo videmus: ꝙ redditio debiti impedit̄ vna q̈tuor rōnuꝫ. prima est ꝓpter impedimentū petētis: vt si sit excōicat⁹ scđa est ꝓpter impedimentū debitoris vel defectū: vt si deuenerit in tantā inopiā ꝙ non habeat vñ soluat. tertia est propter impedimentū loci in quo petit̄: q2 nō petit̄ vbi ꝓmissuꝫ est peti. quarta est ꝓpter impedimentū tꝑis q2 petit̄ tꝑe non debito: sic est in actu matrimonij. nā redditio debiti ꝯiugalis impedit̄ vna ꝓdictarū rōnuꝫ. prima est: q2 ille qui petit amisit ius petēdi ꝓpter fornicationē scđa est: q2 ille a quo petit̄ est impotēs vel infirmus. tertia est: q2 petit̄ debitū in loco sacro. quarta est: q2 tꝑe nō debito. s. tꝑe quo periculū imminet partui. Tenet̄ g̃ q̄libet reddere sed non semꝑ reddere: sicut pꝫ vbi. s.

¶ Qꝫ septē sunt que impediūt matrimoniū ꝯhendū sed non dirimūt contractū. CA. XIIII.

Sexto ꝓncipaliter circa matrimoniū cōsiderāda sūt impedimēta. nam septē sunt que impediūt m̄rimoniū ꝯtrahendū: sed non dirimūt ꝯtractū. Primū est tēpus feriaꝝ. Ubi nota ꝙ differt matrimoniū ꝯtrahere ⁊ nuptias celebrare: q2 m̄rimoniū ꝯtrahit̄ ꝑ cōsensuꝫ aioꝝ: qui non impedit vacare spūalibus. ⁊ iō omni tēpore potest ꝯhi matrimoniū. Sed scđm. s. nuptias celebrare fit ꝑ solennē benedictionē ⁊ traditionē ad cohabitādū. vñ q2 celebratio matrimonij habet aliquā mundanā ⁊ carnalē leticiā adiunctā: eo ꝙ q̄ñ nocte sponse traduntur ex ipsa nouitate ad curā carnaliū occupant̄. Et ꝓpter hoc illis tꝑibus in quibus hoīes se debent ad spūalia eleuare ꝓhibitū est nuptias celebrare: hoc est ab aduētu vsq3 ad octauā epiphanie: ꝓpter cōionē que sm̄ antiquos canones fieri cōmunit̄ solet. ⁊ a septuagesima vsq3 ad octauā pasce ꝓpter cōionē pascalē. ⁊ a tribus dieb⁹ ante ascensionē dñi vsq3 ad octauaꝫ penthecō. ꝓpter ꝓparationē ad cōionē illo tꝑe faciēdā. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. xxxij. arti. v. q. iiij. in cor. q. Scđo impedit matrimoniū ꝯtrahendū sed non dirimit ꝯtractū ꝓhibitio ecclesie. Ubi nota ꝙ duplex est prohibitio ecclesie. Quedā est simplex: ⁊ hac non obstāte tenet qꝺ fit in cōtrariū: sed peccat q̄ cōtrariū facit. ⁊ talis est ꝓhibitio celebrationis missaꝝ vel nuptiaꝝ: vt pꝫ. s. Alia ꝓhibitio ecclesie est cū statuto irritāte id qꝺ fit in cōtrariū. ⁊ talis impedit ꝯtrahere matrimoniū ⁊ dirimit ꝯtractū. Hec Pe. de tharā. iiij. scri. sen. di. xxxij. arti. iiij. q. ij. in cor. q. Item scđo ꝓhibet ecclesia matrimonia clādestina ꝓpter multa picula que inde euenire solēt: vt pꝫ. s. tm̄ talia m̄rimonia sunt vera matrimonia: eo ꝙ ibi est ver⁹ vel expssus ꝯsensus: sicut etiā baptism⁹ qui in occulto celebrat̄ est verus baptism⁹ sicut celebratus in manifesto. Itē postq̄ talia m̄rimonia sunt facta nō dirimunt̄. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. xxix. arti. iij. in solu. iij. argu. Et Pe. de tharā. ibidē circa scđm ꝓble. arti. ij.

Tertio impediūt m̄rimoniū ꝯtrahendū sed non dirimūt ꝯtractū sponsalia. qꝺ pꝫ: q2 ille qui ꝓmittit alicui recipere eā in vxorē: ex tali ꝓmissione obligat̄ vnus alteri ad matrimoniū ꝯtrahendū: ⁊ peccat mortaliter non soluēs ꝓmissuꝫ nisi impedimentū legitimū interueniat: vt dicit bea. Tho. vbi. s. di. xxvj. de m̄rimonio: arti. ij. q. iij. Et si talis ꝑ verba de ꝓsenti accipiat aliā in vxorē: ꝯpellit̄ sm̄ iura scđam in vxorē habere: ibidē be. Tho. de spōsalib⁹: arti. j. argu. cōtra: ⁊ in solu. ij. argu. Re. s. Sponsalia quot modis soluūt̄. Quarto impedit matrimoniū ꝯtrahendū sꝫ non dirimit ꝯtractū votū simplex. Cui⁹ rō est: q2 ꝓmissio simplex alicui⁹ rei non trāsfert eā in dñiū eius cui ꝓmittit. ⁊ iō ex hoc ꝙ aliquis ꝓmittit alicui rem aliquaꝫ nō desinit res illa esse in potestate sua. Cū g̃ in voto simplici non fit nisi simplex ꝓmissio corpis ad ꝯtinentiam seruādā: ideo post votū simplex remanet hō dñs sui corporis. vñ potest ipsuꝫ dare alteri. s. vxori: in qua datione m̄rimonij sacrificiū cōsistit. Et ꝓpter hoc votū simplex q̄uis impediat m̄rimoniū ꝯtrahendū: non dirimit ꝯtractū. sed peccat matrimoniū ꝯtrahēs post votū simplex ꝯtinentie: tm̄ q2 verus ꝯtus est: ideo non pōt m̄rimoniū h̄ dirimi. Uel formo aliter rōem sic: Alius modus obligandi est in voto simplici: ⁊ alius in voto solēni. nā in voto simplici est nuda ꝓmissio sine trāslatiōe dñij. in voto autē solēni est ꝓmissio vestita rei traditōe ⁊ translatōe dñij: q2 in voto solēni trāsfert̄ aliq̄s totalit̄ in statū alterū. Hec be. Tho. vbi. s. di. xxxviij. arti. iij. q. ij. in cor. q. Et Pe. de tharā. ibidē: arti. v. in cor. q. in fine. Quinto ipedit matrimoniū ꝯhendū: sed non dirimit ꝯtū cathecism⁹. Cuius rō est: q2 sicut ex m̄rimonio ꝯhit̄ impedimentuꝫ forte respectu alteri⁹ copule: ⁊ ex spōsalib⁹ ꝯhit̄ impedimētū debile respectu alteri⁹ copule: sic ex sacro baptismi ꝯhit̄ impedimentū forte qꝺ impedit matrimoniū ꝯhendū ⁊ dirimit ꝯtū. Ex cathecismo vō ꝯhit̄ impedimentū debile qꝺ impedit m̄rimoniū ꝯhendū sed non dirimit ꝯtuꝫ. Cuius rō est: q2 in cathecismo fit quedā ꝓmissio futuri baptismi: sicut in spōsalib⁹ fit quedā ꝓmissio futurarū nuptiarū. vñ sicut in spōsalibus ꝯhit̄ quidā modus ꝓpinquitatis debilis: q2 impedit m̄rimoniū ꝯhenduꝫ: sed non dirimit ꝯtū vt pꝫ. s. ita in cathecismo ꝯhit̄ quidaꝫ modus ꝓpinquitatis qui et debile impedimentū impedit

mrionũ ɔ̃hendũ sed non dirimit iam ɔ̃ctũ. Hec. b. Tho. vbi. s̃. di. xxiiij. arti. ij. in cor. q. z in solu. ij. argu. ibidẽ. Et Pe. de tharan. ibidem arti. ij. in cor. q. z in solu. ij. argu.

Serto impediũt matrimoniũ ɔ̃hendũ z non dirimũt cõtractũ septẽ crimina. Primũ quorum est incestus. Si enim aliquis cognoscit sororẽ vel aliã ɔ̃sanguineã vxoris sue añ mrioniũ ɔ̃tractũ etiã post spõsalia: oportet mrimoniũ separari non rõne pctĩ: sed rõne affinitatis ɔ̃tracte. Si aũt post mrioniũ ɔ̃ctũ z ɔ̃sũmatũ: non debet totalitẽ mrimoniũ separi: sed vir amittit ius petẽdi debitũ nec põt petere sine pctõ: sed tñ debet reddere petenti: q2 vxor non dz puniri de pctõ viri sui: sed post mortẽ vxoris debet oĩno manere absqz spe ɔ̃iugii: nisi cũ eo dispẽset pꝑter fragilitatẽ suã cui timet de illicito coitu. si tñ pter dispẽsationẽ cõtrahat peccat ɔ̃tra statutũ faciẽs: non tñ pꝑter hoc mrioniũ est sepandũ. Hec. b. Tho. vbi. s̃. di. xxiiij. arti. v. in cor. q. Et Pe. de tharã. ibidẽ arti. vj. in cor. q. Scdm crimẽ qd ipedit mrimoniũ ɔ̃hendũ sed non dirimit contractũ est vxoricidiũ. Ubi nota q2 occidere vxorẽ ɔ̃tingit persequẽdo tria: vel culpã: vel naturã: vel mrimoniũ. Pmo occidit vir vxorẽ psequẽdo culpã. s. qñ pꝑter adulteriũ vxor a viro occidit: z tunc magnũ pctũ est z impedit matrimoniũ ɔ̃trahendũ non tñ dirimit ɔ̃tractũ. 2° mõ occidit vir vxorẽ psequẽdo naturã. s. qñ vir pꝑter odiũ quod habet ad vxorẽ occidit eã: z tunc est maius pctũ pmo. 3° mõ occidit vir vxorẽ psequẽdo mrimoniũ. s. qñ vir occidit vxorẽ. s. vt ɔ̃hat cũ adultera: z tũc est maximũ pctũ: z dirimit cõtractũ: z impedit ɔ̃trahendũ respectu adultere que efficit simplicit illegitima ad ɔ̃trahendũ cũ ea. Respectu vo aliarũ mulierũ impedit matrioniũ cõtrahendũ: sed non dirimit ɔ̃tractũ: q2 respectu aliarũ mulierũ non efficit simplr psona illegitima. vñ si cũ alia contraxit q̃uis peccet ɔ̃tra statutũ ecclesie faciẽs mrionium ɔ̃ctũ non pꝑter hoc dirimit. Sed forte argues in oppositũ. s. q2 vxoricidiũ tertio mõ sumptũ nõ impedit matrimoniũ ɔ̃trahẽdũ tali rõne: Grauius est occidere matrẽ q̃ vxorẽ. qd pz: q2 nũq̃ licet verberare matrẽ: licet autem qñqz verberare vxorẽ. sed occisio matris nunq̃ impedit mrimoniũ ɔ̃trahendũ g̃ nec occisio vxoris. Rñdeo duobus modis. Primo q2 lz simpliciter loquẽdo grauius sit pctũ occidere matrẽ q̃ vxorẽ z magis ɔ̃tra naturã: eo q2 naturaliter hõ reuerет matrẽ: z ideo ad interfectionẽ eius minus inclinat. vñ q2 homo pnior est ad interfectionẽ vxoris q̃ matris rõne pdicta: ideo ad repressionem eius pnitatis: vxoricidiũ ex pte ecclesie impedit matrimoniũ ɔ̃trahẽdũ. Scdo mõ rñdeo z dico: q2 q̃uis plus peccat simplr qui occidit matrẽ q̃ qui occidit vxorẽ: tñ qui occidit vxorẽ plus peccat in matrioniũ. vñ circa matrimoniũ plus punit. Hec bea. Tho. iiij. scri. sen. di. xxxvij. de vxoricidio: arti. ij. in cor. q. z in solu. ij. argu. Tertiũ crimẽ impediẽs matrioniũ ɔ̃hendũ est raptus spõse vel puelle de domo parentũ. Cuius rõ est: q2 raptus opponit eẽ matrioniĩ. s. cõsensui: non tñ dirimit matrioniũ ɔ̃tractũ qñ talis raptus fit sine violẽtia puelle. vnde ad puellã q̃ rapit potest esse matrioniũ qñ non fit violentia ipsi sed parẽtibus: vt dicit bea. Tho. vbi. s̃. di. xli. arti. iiij. q. iij. in solu. iij. argu. Quartũ crimẽ impediẽs mrimoniũ contrahendũ est qñ quis insidiãdo matrimonio pꝑpriũ filiũ de sacro fonte recipit vt possit priuare vxorẽ debito coniugali. Quintũ crimẽ est qñ q̃s iterficit sacerdotẽ. Sextũ crimẽ est solẽnit penitẽs: quos casus Ray. z Hosti. ponit. Septimũ crimẽ est: Siquis monialẽ scient acceptat: talis pꝑter hoc pctũ impedit a matrionio ɔ̃hendo. Sed si cũ alia ɔ̃traxerit mrioniũ non dirimit. istũ. s. casum solus Hosti. addit. Hec in summa confessionũ.

¶ Q2 duodecim sunt impedimẽta dirimẽtia matrimoniũ iam contractum. CA. XV.

Eptimo z vltimo pncipaliter circa matrioniũ cõsiderãda sunt dirimẽtia. Nam duodecim sunt impedimẽta dirimẽtia mrimoniũ iam ɔ̃tractũ que in his versibus ɔ̃tinent. s. Error: ɔ̃ditio: votũ: cognatio: crimẽ. Cultus disparitas: vis: ordo: ligamẽ: honestas. Si sis affinis: si forte coire nequibis. Hec faciẽda vetãt cõnubia iuncta retractant. Primũ impedimentũ ipediẽs mrioniũ ɔ̃hendũ z dirimẽs ɔ̃ctũ est error. Ubi nota q2 duplex est error. s. psone z fortune. s. q̃litatis. i. nobilitatis z dignitatis. Primus error. s. psone impedit matrimoniũ ɔ̃hendũ z dirimit iam ɔ̃tractũ. Qd duplr pꝑbo. s. rõne z silitudine. Primo rõne sic: Cõsensus est causa matrimonij. sed error psone de se euacuat cõsensum: g̃ zc. Scdo hoc idẽ pꝑbo silitudine: q2 sicut in ɔ̃tractibus error materie vel rei que pꝑter se q̃rit impedit emptionẽ z vẽditionẽ fiendã z dirimit iam factã: verbigrã Sicut si alicui asinus vẽderet pꝑ equo: ita cum psona sit de essentia matrionij: error psone que pꝑter se querit in matrimonio impedit matrioniũ ɔ̃trahendũ. vbigrã: vt si credat cõtrahere cũ Joãna cõtrahat cũ clara: dirimit matrioniũ. Si aũt post carnalẽ ɔ̃cubitũ qui ex errore psone pcessit cõsensus mutuus p verba de psenti expssus sequat est matrimoniũ verum: nec dirimi nec separi põt. qd pz de mrionio qd fuit inter Jacob z Lyam. qd quidẽ matrioniũ non pfecte fuit ex ipso ɔ̃cubitu qui fuit vel ɔ̃tigit ex errore: sed ex cõsensu qui postmodũ accessit tñ vterqz excusat a pctõ sicut dixit mgr in littera. Scdus error est error fortune. s. qualitatis. i. nobilitatis vel dignitatis. z hic error aliqñ impedit: aliqñ non. Ubi nota q2 error fortune duplr potest ɔ̃tingere: aut quia errat circa subiectũ psone: aut q2 errat circa fortunã subiecti. Primus eñi error qui est circa subiectũ psone. s. nobilitatis vel dignitatis: z huiusmõi impedit z dirimit mrimoniũ. verbigrã: vt si aliqua directe intẽdit ɔ̃sentire in filiũ regis: si alius psentet sibi pusq̃ filius regis est error psone: z impedit matrimoniũ z dirimit ɔ̃tractũ. Uel si pmittat alicui filia regis quã non cognoscit z supponat filia rustici: impedit matrimoniũ ɔ̃trahendũ. z dirimit iã contractũ. Scdus error qui est circa fortunã subiecti. i. circa qualitatem. i. nobilitatẽ vel dignitatẽ psone directe non impedit matrimoniũ. vbigrã: vt siquis cõsentit in psonã sibi notã q2 credit eam nobilẽ cũ sit ignobilis: error de q̃litate ipsius non impedit matrimoniũ nec dirimit iam ɔ̃tractũ. Hec bea. Tho. iiij. scri. sen. di. xxx. arti. j. in cor. q. z in solu. iiij. argu. Et ibidẽ. b. Tho. arti. ij. in cor. q. z in solu. v. argu. Et Pe. de tharã. ibidẽ arti. ij. q. j. z. ij. in cor. q.

¶ Q2 error cõditõis. s. seruitus ignorata impedit mrioniũ ɔ̃hendũ z dirimit iã ɔ̃tractum. CA. XVI.

Ecundũ impedimentũ impediens mrioniũ cõtrahendũ z dirimẽs ɔ̃ctũ est error ɔ̃ditõis: vt si credat liber z sit seruus: non autẽ seruitus scita. Q2 aũt error ɔ̃ditõis. i. seruitus ignorata impediat matrimoniũ z dirimat ɔ̃tractũ quadruplr pꝑbat. pmo autoritate. nam decretalis dicit de ɔ̃iugio seruorũ q2 error cõditõis impedit mrioniũ ɔ̃trahendũ z dirimit ɔ̃ctum. 2° pꝑbo hoc idem rõne sic: In matrimonio fit mutua obligatio z traditio ptãs. g̃ omne qd impedit liberã traditionẽ potestatis impedit mrioniũ. seruitus aũt est huiusmõi quod pz: q2 cũ seruus sit obligatus dño non põt se alteri obligare. 3° hoc idẽ pꝑbo silitudine: q2 sicut impotẽtia coeundi ignorata impedit matrioniũ non autẽ si sciat: ita ɔ̃ditio seruitutis ignorata impedit matrioniũ non autẽ seruitus scita. Quarto hoc idẽ pꝑbo sufficienti diuisiõe sic: Jllud qd contrariat bonis matrionij impedit matrimoniũ contrahendũ z dirimit cõtractum. sed seruitus est

huiusmõi.qḋ de singulis ꝓbo.Pmo eni seruitus cõtrariaẜ bono ꝓlis:que peioris conditõis efficiẜ ex seruitute parẽtis. 2° ɔtrariaẜ bono debiti vel fidei:qꝛ seruus non potest libere reddere debitum cum sit alteri obligatus. Hec be.Tho.iiij.scri.sen.di.xxxvj.arti.j.argu.contra: ꝛ in coꝛ.q.ꝛ solu.j.argu.ibidẽ. Ad cui⁹ euidentiã est sciẽdũ ꝙ erroꝛ ɔditõis est triplex:qꝛ aut est erroꝛ melioris conditiõis:vt cũ quis ɔtrahat cũ libera quã credit ancillã.ꝛ er⁹ oꝛ talis ɔditõis non impedit mr̃imoniũ: qꝛ nõ lediẜ in aliquo sic cõtrahens. Aut est erroꝛ paris conditõis:vt cũ seruus cõtrahat cũ ancilla quã credit liberã:ꝛ talis similiẜ non impedit matrĩoniũ:qꝛ vterqꝫ equaliẜ leditur. Aut est erroꝛ deterioꝛis ɔditõis: vt cũ liber cõtrahit cũ ancilla quã credit esse liberã. ꝛ talis impedit mr̃ioniũ ɔtrahẽdũ ꝛ dirimit ɔtractũ: vt pꝫ ꝑ supradicta. Hec Pe. de tharan.vbi.s̃.di.xxxvj.arti.j.in coꝛ.q.

¶ Qꝛ votũ solẽne impedit matrimoniũ contrahendũ ꝛ dirimit contractum. CA.XVII.

tErtiũ impedimentũ impediẽs matrimoniũ contrahendũ ꝛ dirimẽs iam cõtractũ est votũ solẽne.qḋ tali rõne ostendo: Multo digni⁹ ꝛ multo foꝛtius ligat vinculũ spũale cum deo ꝙ̃ matrimoniũ coꝛpale homini.sed mr̃ioniũ coꝛpale prius ɔtractũ dirimit matrĩoniũ post contractũ. ergo votũ solẽne quo hõ obligaẜ deo:dirimit matrimoniũ in quo post obligatur alteri. Hec b.Tho.iiij.scri.sen.di.xxxviij.arti iij.q.iij.argu.pmo cõtra.Et in coꝛ.q.ibidẽ. Re.differentiã inter votũ simplex ꝛ solẽne.s̃.ꝛ infra Uotum.

¶ Qꝛ cognatio impedit matrimoniũ contrahendũ ꝛ dirimit iam contractum. CA.XVIII.

qUartũ impedimentũ impediẽs matrimoniũ contrahendũ ꝛ dirimẽs iam ɔtractũ est cognatio.i.consanguinitas. Nota de triplici ɔsanguinitate.s.carnali:legali:ꝛ spũali. Pmma ergo ɔsanguinitas.s.carnalis in aliquo gradu impedit matrĩoniũ propter dictamẽ legis nature.in aliquo gradu impedit ꝓpẽ ꝓhibitionẽ legis diuine.in aliquo vͦ gradu impedit ꝓpter statutũ ecclesie. Pmo eni ɔsanguinitas carnalis que est stipitis ad ꝓlem impedit matrĩoniũ ꝓpter dictamen nature.vñ apud oẽs ꝛ in omni tpe etiã tpe innocentie pater ꝛ filia ꝛ mater cũ filio a matrĩonio repelluntur. tum ꝓpter effectũ:qꝛ alio affectu sunt tractãdi parentes ꝛ alio affectu ɔiuges.tum ꝓpter defectũ:qꝛ oꝛdo generatõis debet ꝓcedere non retrocedere:qḋ fieret si ꝓles parenti in gñatõis opere ɔiũgereẜ. Scḋo ɔsanguinitas carnalis vsqꝫ ad secundũ gradũ impedit matrĩoniũ ꝓpẽ ꝓhibitionẽ legis diuine. ꝛ sic soroꝛ ꝛ frater ꝛ alie ꝑsone ꝓpinque a mr̃imonio repelluntẜ:tum ꝓpter honestatẽ: tum ꝓpter castitatẽ. Pmo ꝓpter honestatẽ. Cũ enim inter virũ ꝛ mulierẽ agantẜ quedã que naturalẽ turpitudinẽ ꝛ verecundiã habẽt: ideo lege diuina a matrimonio repelluntẜ frater ꝛ soroꝛ ꝛ alie ꝑsone ꝓpinque:quarũ vna debet alteri⁹ pudiciciã custodire.vñ lex diẽ: Leui.xviii. Turpitudinẽ talis ꝛ talis.s.soroꝛis ꝛ aliarũ ꝑsonarũ propinquarũ consanguineacũ ne discooperies:qꝛ turpitudo tua est. Scḋo ꝓpter castitatẽ.nam magn⁹ concupiscẽtie aditus ꝓbereẜ si q̃libet ɔsanguineus posset ꝙ̃libet ɔsanguineã accipe ꝛ ducere in vxoꝛẽ:Cui⁹ rõ est qꝛ multiplicatio amoꝛis que est inter iustos ex cõione originis:cõcupiscentiã ꝛ delectationẽ carnis augeret.vnde cũ matrimoniũ sit oꝛdinatũ ad carnis libidinẽ repꝛimendã: si licita esset taliũ copula:maioꝛis luxurie dareẜ occasio: cũ poti⁹ vnus taliũ debet castitatẽ alteri⁹ seruare. Tertio cõsanguinitas carnalis vsqꝫ ad quartũ gradũ inclusiue hodie ẜm statutũ ecclesie impedit matrĩoniũ ɔhendum ꝛ dirimit cõtractũ: ꝛ hoc ꝓpter bonũ ɔfederatõis ꝛ amicitie dilatande ꝛ multiplicãde. Si eni aliquis ɔsanguineã suã a quarto gradu ꝛ supra duceret in vxoꝛẽ:multiplicatõi amicitie preiudiciũ fieret:qꝛ ex hoc nulla noua amicitia ꝑ matrĩoniũ accresceret. Et ideo ẜm leges hũanas ꝛ statuta ecclesie matrĩoniũ ɔtrahiẜ cum ꝑsonis extraneis: ꝛ non cum propinquis a quarto gradu ꝛ supra. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.di.xl.arti.iij.in coꝛ.q. ꝛ ɔtra gentiles libro.iij.ca.cxxv.

¶ Qꝛ in mr̃imonio sunt quiqꝫ que ipediũt mr̃ioniũ ꝛ dirimunt contractũ. CA.XIX.

sJautẽ aliter ꝛ breuius vis ꝓcedere ad sciendũ que persone repelluntẜ a mr̃imonio:ꝛ que non. Nota ꝙ in matrĩonio sunt quiqꝫ.s.ꝑsonalis coniunctio:cõiugalis subiectio: coꝛpalis cohabitatio: carnalẜ repꝛessio:amoꝛis dilatatio. Pmo in matrĩonio est ꝑsonalis ɔiũctio.nã in matrĩonio diuerse ꝑsone ꝑ eandẽ oꝛiginẽ quasi vnũ reputare se habẽt vel debent. Scḋo in matrĩonio est cõiugalis subiectio:qꝛ vxoꝛ aliqualiter debet esse subiecta viro.ꝛ ideo ex lege nature mater ꝛ pater a matrĩonio repelluntẜ.s. qꝛ pater cũ filia mater cũ filio non possunt cõtrahere: ꝛ hoc ꝓpter reuerentiã quã filia debet habere ad patrẽ ꝛ filius ad mr̃ẽ. nam multũ derogaẜ reuerẽtie que debet parẽtib⁹ exhiberi: si pater filiam ꝛ filius matrẽ in vxoꝛẽ accipiat.ꝛ magis derogaẜ reuerentie que debeẜ parẽtibus: si filius matrẽ ꝙ̃ si paẜ filiã ducat in vxoꝛẽ:cũ vxoꝛ viro aliq̃liter debet esse subiecta. Tertio in matrĩonio est coꝛpalis vl' localis cohabitatio.ꝛ sic cũ actus cõiugalis sit inuerecũdus:a matrimonio ẜm legẽ diuinã repelluntẜ ꝑsone que sibi inuicẽ debent pudiciciã custodire:vt frater ꝛ soroꝛ. vñ lex diuina Leui.xviii.sic ait:Turpitudinẽ soroꝛi tue ne discooperias qꝛ turpitudo tua est. Quarto in matrĩonio est carnalis repꝛessio. Oꝛdinaẜ eni matrioniũ ad istũ finẽ vt carnis cõcupiscẽtia refreneẜ: ꝛ ideo etiã ex lege diuina a matrimonio repelluntẜ non solũ frater ꝛ soroꝛ:sed etiã alie ꝑsone ɔsanguinee de ꝓpinquo. Si eni licita esset copula taliũ:tunc mutua cohabitatione ꝛ intẽsa dilectiõe que est inter eos:delectatiõis ɔcupiscẽtia augereẜ:cũ m̃ potius vnus ꝛ suã ꝛ alterius libidinẽ debeat repꝛimere:ꝛ castitatẽ seruare. Quinto in matrĩonio est amoꝛis dilatatio. nã matrionis inter alia ad hoc fuĩt:vt bonũ ɔfederatõis ꝛ amicitie inter hoĩes dilateẜ ꝛ augeaẜ. ꝛ ꝓpter hoc mõ ẜm statutũ ecclesie ꝑsone ꝓpinque a quarto gradu ꝛ infra matrĩoniũ non ɔtrahũt. Si eni aliquis ɔsanguineã duceret in vxoꝛẽ amicitie multiplicãde ꝑiudiciũ fieret: qꝛ nulla amicitia noua augereẜ ꝑ matrĩoniũ.Et ideo matrioniũ ẜm statutũ ecclesie ɔhiẜ cum ꝑsonis extraneis. Hec.b.Tho.ɔtra gentiles li.iij.ca.cxxv. Rõnes autẽ ꝓpẽ quas ecclesia olim statuit ꝙ matrĩoniũ fieret vsqꝫ ad septimũ gradũ:ꝛ quare illa decretalis in consilio generali est reuocata:ꝛ modo est statutũ vt vsqꝫ ad quartũ gradũ inclusiue matrĩonia non cõtrahanẜ: assignat bea. Tho. iiij.scri.sen.di.xl.arti.iij.in coꝛ.q.quere ibidẽ.

¶ Qꝛ crimen adulterij impedit matrimoniũ cõtrahendũ ꝛ dirimit contractum. CA.XX.

qUintũ impedimentũ est crimen adulterij. Ubi nota ꝙ sicut triplex est pctm̃.s. carnale vt fornicatõis:spũale vt infidelitatis: ꝛ quodlibet aliud crimẽ:ita triplex est separatio ab vxoꝛe.s. quo ad matrĩonij vinculũ:quo ad habitaculũ ꝑpetuũ: ꝛ quo ad victũ tẽpoꝛaneũ. Pmo ergo ꝓpter peccatũ spũale.s infidelitatis:si infidelitas ꝓcedit potest dimitti quo ad habitaculũ tꝑaneũ.s.quousqꝫ alter cõiugũ coꝛrigaẜ. Scḋo ꝓpter pctm̃ carnale.s.adulterij potest solui vl' separi matrĩoniũ q̃ntum ad actũ sed non q̃ntum ad vinculũ. Tertio ꝓpter aliud quodcũqꝫ pctm̃ matrimoniũ non potest solui:etiã q̃ntum ad actũ: nisi foꝛte ad tẽpus vir se velit abstrahere

a consortio mulieris ad castigationẽ eius subtrahẽdo ei
p̄sentie sue solaciũ. vel qñ vxor non vult cohabitare nisi
sub cōditiōe peccãdi: vt cũ dicit: Non ero vxor tua nisi de
latrocinio diuitias mihi cõgreges: tunc eni potius eã de-
bet dimittere q̃ȝ latrocinia exercere. vñ dñs Math. v sic
dicit: Qui dimiserit vxorẽ excepta cã fornicatiõis facit eã
mechari. vñ Chryso. sic ait: Qui dimiserit vxorẽ excepta
ca fornicatõis. s. mulieris facit eã mechari. Et subdit cãȝ
qꝛ sicut crudelis est qui dimittit castã: sic fatuus est qui
retinet meretricẽ. nam patronus est turpitudinis qui cri-
mẽ celat vxoris. vñ Augus in sermone dñi in mõte super
illo verbo Excepta cã fornicatõis sic ait: Ceteras vo vni-
uersas molestias sique forte extiterint iubet p fide con-
iugali fortiter sustinere. Cuius rõeȝ Chryso. sup Math. ibi
dẽ reddit dicẽs: Si eni extraneoꝝ vitia supportare debe-
mus dicẽte aplo: Alter alterius onera portate q̃to magis
vxoꝝ. Et Chryso. sup illo verbo: Facit eam mechari. sic
ait: Sed nec etiã debet aliis inquinãdi occasionẽ p̄bere.
alioqn illoꝝ crimẽ ad istius redũdat penã: qui aliis cõ-
mittẽdi criminis factus est cã. Qui ergo dimittẽs vxorem
occasionẽ dedit adulterioꝝ cõmittẽdoꝝ: vt en ã illa adul
teret in adulteriũ tũ seu alteꝝ: ꝛ alter in aliã p adulterio
huiusmõi cõdẽnabit. Potest autẽ vir innocẽs libere cuȝ
adultera cõmanere spe correctiõis: non autẽ si adulterii
pctõ fuerit obstinata ne videat patronus turpitudinis
esse: vt pȝ. s̃. Hec be. Tho. iiii. scri. sen. di. xxxix. arti. vi. in
coꝛ. q.

¶ Q: disparitas cultus impe-
dit ꝛ dirimit matrimoniũ. CA XXI.

Sextũ impedimentũ est disparitas cultus. s. fidel'
cum infideli. Ubi nota ꝙ infidelitas aut est p̄ce-
dens matrioniũ: aut sequẽs. Primo enĩ fideli-
tas penes quã attendit disparitas cultus p̄cedẽs matri-
moniũ impedit matrioniũ cõtrahendũ ꝛ dirimit cõtractũ
Cuius rõ est: qꝛ vbi non est cõplete aliqõ bonũ matrio-
nii: ibi matrimoniũ cõplete ꝛ pfecte esse non põt. sed in
matrimonio qõ est inter fidelẽ ꝛ infidelẽ nullũ bonũ est
pfecte: qõ sic pȝ: Cum eni in pfecto matrionio sit triplex
bonũ. s. bonũ fidei: filii: ꝛ sacramẽti. p̄mo in matrimonio
qõ est inter fidelẽ ꝛ infidelẽ non est cõplete bonũ prolis
eo ꝙ parẽs infidelis conat educare plem ad cultũ suũ:
parens vo fidelis ad cultũ dei: ꝛ ideo intentio vnius est
cõtraria intentõi alterius. ꝛ ita inter eos non põt esse ma-
trioniuȝ. 2° in tali matrimonio non est bonũ fidei. q̃uis
seruet fides ad hominẽ non tñ ad deũ. 3° in tali matrio-
nio non est bonũ sacramẽti: qꝛ tale matrioniũ non est si-
gnũ actu cõiunctõis ad xp̄m sed aptitudine tñ. Hec bea.
Tho. iiii. scri. sen. di. xxxix. arti. i. in coꝛ. q. ꝛ Pe. de tharã.
ibidẽ. Ad cuius euidentiã nota hic tria. Primũ est ꝙ
si cathecuminus habẽs rectã fidẽ sed nondũ baptizatus cuȝ
aliqua fideli cõtraheret: non esset matrioniũ veꝝ. Cuius
rõ est: qꝛ matrioniũ requirit paritatẽ q̃tum ad sacm fi-
dei. s. q̃tuȝ ad baptismũ. vñ fidelis non põt cõtrahere cũ
infideli ppter disparitateȝ cultus. s. sacramẽti baptismi.
Scdm est: ꝙ si fidelis cõtraheret cũ heretica baptizata pec-
cat sic peccaret ille qui cũ excõicata cõtraheret. Hec. b. Tho.
ibidẽ in solu. v. argu. Tertiũ est: ꝙ inter infideles est veꝝ
matrioniũ put matrioniũ est in officiũ nature non autẽ
put est sacramentũ. vñ matrioniũ qõ est inter infideles
non est p̄fectũ nec ratũ: eo ꝙ tales non cõtrahunt actu in
fide ecclesie. Et ideo matrioniũ taliũ actu non est sacm
sed habitualiter solũ: ibidẽ bea. Tho. arti. ii. in solu. p̄mi
argu. Scdo disparitas cultus põt cõsiderari put est se-
quẽs matrioniũ: puta cũ vno cõiugũ manente in fide: alẽ
in infidelitate labit. ꝛ tunc dico ꝙ non soluit matrimo-
niũ inter eos q̃tuȝ ad vinculũ matrionii: sed solũ q̃tum
ad cohabitationẽ ꝛ debiti solutionẽ: si vir fidelis viderit

vxorẽ obstinatã in infidelitate. Si vo eam in infidelita-
te non viderit obstinataȝ: bene facit cõmanẽs cum ea vt
cõuertat eam ad fidẽ. Et de hoc consulit aplus. i. ad Cho-
rinth. vii. Hec be. Tho. ibi dẽ: arti. iii. Ad cuius euiden-
tiã nota quattuor. Primũ est: ꝙ in tribus casibus vnus cõ-
iugũ ad fidẽ conuersus potest discedere ab alio in infi-
delitate manẽte. primus casus est qñ infidelis nõ vult co-
habitare fideli conuerso sed dimittit eũ. scdus casus est:
qñ vult cohabitare sed non sine contumelia creatoris. s.
blasphemãdo xp̄m. tertius casus est: qñ vult cohabitare
etiã sine cõtumelia creatoris sed non sine scãdalo. s. ptra-
hendo ipsuȝ ad peccatũ. Hec. b. Tho. ibidẽ: arti. v. in coꝛ.
q. Scdm est quẽ filius debeat sequi: an patrẽ cõuersuȝ
ad fidẽ: an matrẽ in infidelitate manentẽ? Rñdeo ꝛ di-
co: ꝙ filius aut ad etatẽ perfectã peruenerit ꝛ tunc libere
potest sequi patrẽ fidelẽ: vel matrẽ infidelẽ. aut filius est
in minori etate cõstitutus: ꝛ tunc debet dari patri fideli
facto non obstãte ꝙ indiget matris obsequio ad educa-
tionẽ: ibidẽ bea Tho. in solu. iiii. argu. Tertiũ est: an vi-
ro viuente cõuerso liceat vxori in infidelitate manẽti cõ-
trahere cũ alio. Rñdeo ꝛ dico ꝙ non: qõ ei in penã indi-
cit ab ecclesia magis q̃ȝ ex virtute matrimonii p̄cedẽtis.
Si vo vxor postea cõuertat potest ei concedi dispẽsatiue
vt alteri nubat: si vir eius aliã vxoreȝ duxerit: ibidẽ bea.
Tho. arti. v. in solu. iii. argu. Quartũ est: an vir post eius
cõuersionẽ possit cõtinentie votũ emittere vel sacros or-
dines accipere vel religionẽ intrare: vxore in infidelita-
te manẽte. Rñdeo ꝛ dico ꝙ si sit aliqua spes probabilis
de cõuersione vxoris: vir postq̃ȝ est ad fidẽ cõuersus nõ
debet cõtinentie votũ emittere nec ad aliud matrioniuȝ
trãsire: qꝛ difficilius cõuerteret vxor: viro suo se esse pri-
uatã sciẽs. Si aũt non sit spes de cõuersione eius potest
ad sacros ordines vel ad religionẽ accedere p̄us requisi-
ta vxore. Et tũc si postq̃ȝ vir ordines sacros accepit vxor
cõuertat non est ei vir suus reddendus: sed debet sibi im-
putari in penã tarde cõuersionis ꝙ viro suo priuat: ibi-
dem bea. Tho. in solu. iiii. argu. per totum.

¶ Q: coactio impedit matrimoniũ contrahendũ ꝛ di-
rimit contractum. CA. XXII.

Septimũ impedimentũ impediẽs matrioniũ cõ-
trahendũ ꝛ dirimẽs contractũ est vis. i. coactio
nam metus mortis ꝛ alioꝝ que possunt cadere
in virũ constantẽ impedit matrioniũ cõtrahendũ: ꝛ diri-
mit cõtractũ. Re. s̃. de cõsensu coacto.

¶ Qꝛ ordo sacer. s. subdiaconatus ꝛ supra impedit mrio-
niũ cõtrahenduȝ ꝛ dirimit contractũ. CA. XXIII.

Octauũ impedimentũ impediẽs matrioniũ con-
trahendũ ꝛ dirimens cõtractũ est ordo sacer vt
subdiaconatus ꝛ supra. Sed forte q̃res an sa-
cer ordo habeat hoc. s. ꝙ impediat mrimoniũ cõtrahenduȝ
ꝛ dirimat cõtractũ. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ in ecclesia orientali
grecoꝝ habet hoc a statuto ecclesie. Sed in ecclesia occi-
dentali latinoꝝ hoc habet a tribus. s. a statuto: a voto: ab
actu. Primo quidẽ habet hoc a statuto ecclesie. vñ de-
cretalis dicit: ꝙ si in subdiaconatu ꝛ aliis ordinibus su-
perioribus vxores accepisse noscunt: eos vxores dimit-
tere cõpellatis. Quod quidẽ statutũ non est simplex p̄hi-
bitio ne fiat: sed cũ irritatõe si factũ fuerit cõtrariũ: vt pȝ
ex tenore statuti. Scdo hoc habet ordo ex voto cõtinen-
tie. vñ sic nullus vouens cõtinentiã potest cõtrahere ma-
trimoniũ. sed apud latinos sacris ordinibus votũ cõtinen-
tie est annexũ: quod etiã si quis verbotenus non emittat:
ex hoc ipso ꝙ ordines sacros recepit. sm ritũ ecclesie oc-
cidẽtalis intelligit emisisse: qõ non est idẽ apud grecos.
Tertio hoc idẽ habet ordo sacer ex actu excellẽtie. naȝ
in sacris ordinibus cõstituti vasa sacra ꝛ sacra tractant

Et ideo decens est vt mundiciã corpalẽ p ↄtinentiã ser- uent. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.di.xxxvij.arti.j. argu.ↄtra: j.ij.ↄ in cor.q.

¶ Qz ligamẽ matrimonij impedit ↄ dirimit matrimoniũ. CA.XXIIII.

Nonũ impedimentũ est ligamẽ matrionij.naz li- gatus alteri mrĩmonialiter cũ alia non põt con trahere ↄ si ↄtrahit debet dirimi.Cui⁹ rõ est: qa vinculũ matrionij est indiuisibile vel insepabile. qð tri- plici rõe ostẽdo:vel lege.s.naturali:supnaturali: ↄ ciuili. Primo enĩ lege naturali sic: In matrionio eniz de lege naturali debẽt esse tria.s. solicitudo patris: certitudo ,p- lis:rectitudo opis. Primo enĩ lex naturalis exigit vt in matrionio sit solicitudo patris erga filiũ.que solicitudo exigit vt pater maneat cũ vxore non solũ ad tempus sed vsqz ad finẽ vite sue. Cuius rõ est: qz solicitudo patris er ga ,plem est non solũ ad generationẽ prolis sicut in alijs aĩalibus:sed ad ,plis nutritionẽ:gubernationẽ: ↄ instru- ctionẽ.Et qz homo ad hec est rõne pfectior ↄ virtute for tior:ğ ↄc. Scdo in matrionio ex lege nature debet esse certitudo ,plis. ↄ iõ oĩa que certitudinẽ ,plis impediunt ipediũt ↄ dirimũt m̃rionũ.Hoc autẽ fieret si vir vxorẽ pos set dimittere vel deserere: ↄ vxor viro alteri copulari: cer titudo ,plis impediret̃:dũ mulier a primo cognita post- modũ a secũdo viro cognosceret̃. Tertio in matrionio ex lege nature debet esse rectitudo opis.s.vt vir vxorẽ nõ deserat ↄ ecõuerso.qð pz pmo de viro: qz si vir vxorẽ as- sumeret tpe iuuẽtutis quo ↄ decor vel speciositas ↄ fecũ ditas ei assunt: ↄ posset eaz dimittere postq̃ fuerit etate pfecta: dãnuz inferret mulieri cõtra naturalẽ equitatez. 2⁹ hoc idẽ pz de muliere: qz cũ mulier viro naturalr̃ sit subiecta tanq̃ membr capiti:cõtra naturalẽ equitatẽ fa ceret si mulier virũ desereret:eo qp nõ est in potestate ei⁹ qp alteri subiciat̃ vt a regimĩe eius discedat. Scdo qp vinculũ matrĩmonij sit indiuisibile ,pbo ex lege supnatu rali.s.ex lege diuina que lex sup legẽ nature quan.. i rati onẽ apponit.Et est rõ diuina talis: Matrionũ signat cõ iunctionẽ xpi ↄ ecclesie.sed hec est insepabilis:ğ ↄ matri moniũ. Tertio ,pbo hoc idẽ ex lege ciuili sic: Nã con iunctio maris ↄ femine que est ipsiz matrionũ nõ solũ ad ,plem generandũ est ordinata vt in alijs aĩalibus:sed etiã ,put spectat ad bonos mores.Ex ↄiunctõne enĩ indi uisibili maris ↄ femĩe causant̃ quatuor bona.s. affectus intẽsior:ↄuictus suauior:conatus solicitior:defectus re- motior. Primo enĩ ex indiuisibilitate matrionij causat̃ affectus intẽsior.Cui⁹ rõ est: qz inter virũ ↄ vxorẽ maxi- ma amicitia debet esse.qð pz: qz non solũ adunant̃ ,ppẽ actũ copule carnalis que etiã inter bestias quãdã suauẽ amicitiã facit:sed etiã ,pter ↄuictũ ↄ ↄsortiũ vite politi ce vel domestice.quãto aũt amicitia est diuturnior ↄ fir mior:tãto ↄ intensior seu maior:vtriusqz enĩ viri ↄ muli- eris amor erit intẽsior ↄ fidelior ex indiuisibilitate.pmo erit intensior:qz q̃to amor est firmior vel diuturnior: tã to intensior siue maior. 2⁹ amor vni⁹ ad alterz erit fideli- or dũ cognoscẽt se indiuisibilr̃ vel insepabiliter esse co- iunctos. Scdo ex indiuisibilitate matrionij causat̃ cõ uictus suauior.qð sic pz: Ubi dilectio est maior:ibi con- uersatio suauior ↄ diuturnior. In cuius signũ dr̃ Geñ.ij. Homo ,pter vxorẽ ↄ patrez ↄ matrẽ dimittet. Tertio ex indiuisibilitate mrĩmonij causat̃ conatus solicitior: qz vtriusqz erit solicitior cura in rebus domesticis: dũ ppe tuo cõmansuros se estimãt in earundẽ rerũ possessione. Quarto ex indiuisibilitate matrionij causat̃ vel est de- fectus remotior. tollunt̃ enĩ ex hoc occasiones litigiorũ ↄ adulteriorz. pmo tollunt̃ occasiones litigiorz inter eũ ↄ ,ppinquos vxoris que possunt accidere si vir vxorẽ di mitteret. 2⁹ tollunt̃ occasiones adulteriorz que darent̃ si vir vxorẽ posset dimittere ↄ ecõuerso. ↄ ,pter hec oĩa di cit aplus: Ego autẽ dico vobis: vxorẽ a viro non discedẽ ↄ ex hoc excludit̃ ↄsuetudo dimittẽdi vxores. In veteri tñ lege pmissuz fuit iudeis ,pter corz duriciã vxores di mittere: qz.s. ,pni erãt ad occisionẽ vxorz.vñ minus malũ fuit pmissuz ad excludendũ maius malũ. Hec.be.Tho. cõtra gentiles libro.iij.ca.cxxiij.

¶ Qz publice honestatis iusticia impedit ↄ dirimit matrimonium. CA.XXV.

Decimũ impedimentũ impediẽs matrionũ con trahendũ ↄ dirimẽs ↄctũ est honestatis iusticia que diffinit̃ sic: Publice honestatis iusticia est ,ppinquitas duarũ psonarũ rõne tertie psone p spõsalia iuste robur trahẽs ab institutiõe ecclesie ,pter eius ho- nestatẽ. Dr̃ autẽ publice honestatis iusticia mrĩmoniuz impedire: qz in matrionio non solũ debet cõsiderari qd sit licitũ: sed etiaz quid sit honestũ. Ubi nota qp sicut ex ↄtractu matrimonij p verba de psenti etiã ante carnalez copulã ↄtrahit̃ affinitas: ita etiã sit̃ ex spõsalib⁹ in qui- bus fit quedã pactio copule ↄiugalis ↄtrahit̃ non affini tas sed aliquid affinitate simile.s. publice honestatis iu- sticia. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.di.xxxiiij. de impedimen- tis matrionij: in argu.ↄtra: ↄ in cor.q.in fine. Et ibidem di.xlj.arti.j.q.iiij.in solu.ij.argu.ita qp regula generalr̃ est qp ex sponsalib⁹ post septenniũ ↄtractis.s.qñ ibi est con- sensus ↄtrahit̃ publice honestatis iusticia impediens ↄ dirimẽs matrimoniũ. verbigrã: in tribus casibus. Pmus casus est: qñ aliquis despõsauit aliquã a septimo ãno ↄ vltra qñ pfectũ ↄsensuz habet: ↄ postea aliqua de cã sepa rat̃ ab ea: aliquis ↄsanguine⁹ eius non põt habere eam in ↄiugem. Scdus casus est: qp si aliq̃ fuerit despõsata p verba de psenti a septimo anno ↄ vltra: ↄ sponsus vel spõ sa fuerit ingressus religionẽ vel mortu⁹: aliquis ↄsangui neus eius non põt eam accipe in vxorẽ ↄ ecõuerso. Ter- tius casus est qp si a septimo anno ↄ supra spõsalia ↄtra- cta fuerint etiã de facto ↄ non de iure: vt inter castratũ ↄ artatã: ↄ inter frigidũ ↄ frigidã: vel inter monachũ ↄ mo nialẽ ↄ huiusmõi: aliquis ↄsanguine⁹ eius vel eorz non põt eam accipe in vxorẽ. Cui⁹ rõ est: qz in talibus ↄ sil'i- bus q̃uis sit defectus corporz:non tñ defectus ↄsensuuz. Si võ ↄtrahãt spõsalia ante septenniũ tpe quo est defe- ctus ↄsensus non ↄtrahit̃ impedimentũ.s. publice hone statis iusticia. vñ sexto decretaliũ Bonifacij pape pticu- la.iiij.de spõsalib⁹ ↄ matrionijs sic dr̃: Ex spõsalib⁹ puris ↄ certis etiã si ↄsanguinitatis: affinitatis: frigiditatis: re- ligionis: aut aliqua quauis rõe sint nulla: dũmodo non sint nulla ex defectu cõsensus orit̃ efficax impedimentũ ad impediendũ ↄ dirimendũ sequẽtia sponsalia vel ma- trimonia: non autẽ ad pcedentia dissoluendũ.

¶ Qz affinitas impedit matrimoniũ contrahendum ↄ dirimit contractum. CA.XXVI.

Undecimũ impedimentũ est affinitas. ↄ ideo dr̃ in versu: Si sis affinis. Ubi nota qp affinitas du plicẽ põt ↄsiderari: vel inq̃tum sequit̃ matrio- niũ: vel inq̃tuz pcedit. Primo ergo affinitas sequẽs matrionũ non impedit iam ↄtractũ: sed eũ cuius culpa affinitas ↄtrahit̃ excludit ab exactõe debiti: non a reddi tõe. vbigrã: Sicut petrus postq̃ accepit vxorẽ Joannaz si cognoscit corporalr̃ sororẽ vel ↄsanguineã vxoris sue non ,pter hoc soluit̃ matrioniũ: sed impedit̃ ab exactio ne vel petitõe debiti ab vxore. Et ,pter hoc affinitatẽ cõ tractã cũ illa ↄsanguinea vxoris sue quã cognouit carna liter. non aũt impedit̃ a redditõe debiti: eo qp vxor non debet puniri vel pati penã ,pter pctm̃ viri. Scdo af- finitas pcedens mrĩmoniũ impedit matrioniũ ↄhendũ ↄ dirimit ↄctũ. qð tripl'r ,pbo.s. sil'itudine: rõne: ↄ auctẽ.

Primo ꝓbo ſſitudine ſic: Affinitas ex ꝯſanguinitate cauſaṫ: ḡ ſicut vinculū ꝯſanguinitatis impedit ⁊ dirimit matrīoniū: ita vinculū affinitatis impedit matrīoniū cōtrahendū ⁊ dirimit iam contractū. Scḋo ꝓbo hoc idē rōne finis ad quē matrīoniū ordinaṫ ſic: Matrīoniū ordinaṫ ſicut ad finē ad duo bona. ſ. ad repreſſionē ꝯcupiſcētie: ⁊ dilatationē amicitie. Sed ſi inter affines matrimoniū poſſet eſſe neutrū fieret. qḋ pꝫ. ṗmo eni ex matrimonio non reprimereṫ ꝯcupiſcētia ſed augereṫ: cū affines in eadē domo vel familia cōſueuerūt habitare ⁊ intime ſe diligere. Intenſio aūt amoris eſt cā maioris concupiſcētie vel libidinis. 2° non dilatareṫ ex hoc amicitia qꝛ ſine carnali copula matrīonij ſufficienṫ dilataṫ amicitia ad ꝯſanguineos ⁊ affines. Tertio ꝓbo hoc idē autoritate: Leuiṫ. xviij. vbi dṙ: Turpitudinē vxoris patris tui non reuelabis ⁊c. ſed illa eſt tm̄ affinis: ḡ ⁊c. Hec bea. Tho. iiij. ſcri. ſen. di. iiij. arti. ij. q. j. argu cōtra: ⁊ in corꝑ. q. Et Pe. de tharan. ibidē.

¶ Qꝛ impotētia coeūdi impedit ⁊ dirimit matrīoniū. CA. XXVII.

Duodecimū impedimentū eſt impotētia coeūdi vn̄ dṙ in verſu: Si forte coire nequibis. ſ. qn̄ aliquis vel aliqua non pōt carnaliṫ cōmiſceri. Ad cuiꝰ euidentiā nota tres diſtinctōes. Prima eſt ꝙ impotentia coeundi poteſt tripl'r eſſe: vel qꝛ non pōt licite: vel qꝛ non pōt libere: vel qꝛ abſolute nullo mō pōt. ṗmo eni ſi dicaṫ impotentia coeundi: qꝛ non pōt licite vel de iure: ſicut eſt votū ꝓpter qḋ aliꝗs non pōt licite debitū reddere: tunc talis impotētia que cauſaṫ ex voto: ſiue alṫ ſciat ſiue non: matrīoniū impedit cōtrahendū ⁊ dirimit ꝯtractū vel anullat. 2° mō ſi dicaṫ impotētia coeundi: qꝛ non pōt libere debitū reddere ſicut ſeruitus: tunc ſi ſciaṫ talis ꝯditio ſeruitutis non impedit. ſi vō alter ꝯiugū ignoret eam: impedit. Re. ſ̄. de impedimēto ſeruitutis. 3° mō ſi dicaṫ impotētia coeundi: qꝛ abſolute de facto nō pōt: tunc ſi talis īpotentia ſciaṫ non impedit. ſi vō ignoreṫ ab altero impedit vt patebit. ij. di. Scḋa diſtinctio eſt: ꝙ impotētia coeūdi tertio mō dicta. ſ. qꝛ nullo mō pōt coire: cauſaṫ ex tribꝰ. ſ. ex frigiditate: ex mulieris artatōe: ex maleficio demonis. Primo mō impotētia coeūdi cauſaṫ ex frigiditate que tollit ſeminū cōmixtionē ⁊ mēbrorū vigorē qua fit ꝯiūctio corpoꝝ. Et iō ſi alter ꝯiugū impotentiā talē ignorat matrīoniū ſoluiṫ: ſi ſciat nō ſoluiṫ.

cile: tanto magis est meritorium vt semper intelligatur de vno ceteris parib⁹. Q: aūt arduū augmētet rōnē meriti non habet ex difficultate laboris: sꝫ ex magnitudine bonitatis: qꝛ quāto aliqd meli⁹ est: tanto supra vires hominis opantis magis est eleuatū. vñ qꝛ hō in pmo statu maiorē gratiā hūisset q̄ p⁹ pctm: ⁊ ei⁹ volūtas pmptior fuisset ad opandū q̄ resistentiā nō habebat: sequit q̄ ei⁹ opa magis erāt efficacia ad opandū ⁊ merendū q̄ post pctm. Dec. b. Tho. ij. scrip. sen. di. xxix. arti. iiij. vtrū post pctm opa hois fuissent magis efficacia ad merendū q̄ añ pctm: in cor. so. Sꝫ cōtra phs dicit. ij. ethi. q̄ virtus est circa difficile: sꝫ difficili⁹ est hoī post pctm bñ opari q̄ añ. Cū g̃ ex virtute pcedat efficacia merēdi: videt q̄ añ pctm act⁹ hois fuerit min⁹ efficax ad merēdū q̄ post pctm. Rñdeo duob⁹ modis. Primo sic: Aliqd pōt dici difficile dupliciť. s. vel ex arduitate opis: ⁊ tūc virtus intelligit esse circa difficile. s. circa illud qđ in se arduū vł difficile est. vel ex impfectiōe opantis ⁊ sic virtus nō est circa difficile: imo talē difficultatē tollit virtus. quanto enī aliqs virtuosior est: tanto facili⁹ opa virtutis exercet nec tñ est dicendū q̄ quāto virtuosior est min⁹ mereat. Et p hūc modū est difficultas maior in opib⁹ hois post pctm ex impfectiōe opantis. Dec. b. Tho. ibidē in so. iij. argu. Scđo mō rñdeo ⁊ dico: q̄ aliqđ opus pōt esse laboriosum ⁊ difficile dupliciť vt pdixi. Uno mō ex magnitudine opis: ⁊ sic magnitudo laboris pertinet ad augmentū meriti. ⁊ sic charitas non diminuit laborē: imo facit aggredi maxia: opat enī magna si ē: vt dicit Greg⁹ in omelia. Alio mō ex defectu ipsi⁹ opantis. vnicuiqꝫ. n. est laboriosū ⁊ difficile qđ nō pmpta volūtate facit. ⁊ talis labor diminuit meritū ⁊ a charitate tollitur. Dec. b. Tho. pma scđe. q. cxiiij. arti. iiij. vtrū gratia sit pncipium meriti pncipali⁹ p charitatē: in solu. ij. argu. ¶ Quinta differentia est ex pte cōtrarietatis. CA. X.

Quinta differentia inter meritū ⁊ premiū est ex pte ɔtrarietatis. Cū enī meritū sit quodāmodo causa pmij: qñqꝫ cōtingit cōtrariū. s. q̄ actus meritori⁹ nō sufficit ad cōsecutionē pmij: ita q̄ meritū vni⁹ pōt impediri ne cōsequat premiū vel respectu sui vel respectu alteri⁹. Primo enī meritū pōt impediri ne seq̄t pmiū in seipso duplici rōne. Prima est: si act⁹ est includens culpā. cū enī quis p actuꝫ pctō deprimit: nullo mō meret vitā sꝫ mortē: qꝛ sm aplm: Stipendia pcti mors. Scđa rō est: si actus ē pcedēs gratiā q̄les sūt actus eius q̄ sūt in puris naturalib⁹: ex quib⁹ actib⁹ non meret sibi dari a deo gratiā ex cōdigno: sꝫ solū ex cōgruo. Cōgruū enī est vt faciēti qđ in se est: de⁹ faciat qđ in se est. Et si q̄ris: qđ est facere qđ in se est? Rñdeo q̄ hoc solū ī nobis est qđ est in ptāte liberi arbitrij cōstitutuꝫ. ⁊ hoc est ad gratiā pparare p duo. s. p displicentiā pcti: ⁊ affectuꝫ ad deū. ⁊ qñ hec duo efficacit facit: ⁊ ad gratiā se preparat ⁊ disponit: dicit facere qđ in se est ⁊ gratiaꝫ recipit. Dec. b. Tho. ij. scrip. sen. di. xxij. arti. ij. q. ij. Quid est facē qđ in se est: in cor. so. Re. š. ix. ca⁰. Bona aūt opa añ donū gratie facta pmio suo sibi pportionato ñ carēt. Causant enī habilitatē ad gratiā ⁊ secū etiā quādā honestatem ⁊ iocunditatē ⁊ pulchritudinē hñt: in quib⁹ pcipue cōsistit eoꝝ pmiū. ⁊ aliq̄ etiā p accidēs causant: vt bonorū tpaliū affluentiā: aut aliqđ huiusmōi: qꝛ frequent vt Greg⁹ dicit: deus ī hoc mūdo remunerat qđ premiū future glorie nō meret: vt sic nullū bonū irremuneratū inueniat. Dec. b. Tho. ij. scrip. sen. di. xxvij. arti. iiij. vtrū aliquis gratiā mereri possit: in cor. solu. Scđo mō dico: q̄ meritū pōt impediri respectu alteri⁹ ne pmiū cōsequat ⁊ hoc duplici rōne. s. ex puitate gr̄e: ⁊ ex deformitate culpe: vt verbi gr̄a Insufficiētia cause ex duob⁹ pōt contingere: vel ex impfectiōe cause: vel ex impedimēto qđ accidit circa effectū: vt qñ ignis est ita puus q̄ calefacē non pōt: aut si ligna humectent aqua. Sic a simi q̄ meritum vni⁹ nō psit alteri ex duplici causa pcedit. Prima est ex puitate gratie. Sufficit enī quecūqꝫ gr̄a gratū faciēs ad hoc q̄ hō p eā mereat sibi: ⁊ tūc premiū illud qđ q̄s sibi meret qđ cōcomitans meritū impediri nō pōt. sꝫ q̄ alteri mereat nō sufficit nisi pfectissima gr̄a: qualis fuit xp̄i de cui⁹ plenitudine nos oēs accipim⁹: Joh̄ pmo: Nul͡l⁹ aūt gr̄a alteri⁹ sufficit ad pmerendū alteri gratiam de cōdigno. Cui⁹ rō est: qꝛ cū gr̄a sit pfectio psonalis nō cadit in alterū causaliť. Scđa rō est ex deformitate culpe. nā bonoꝝ merita in multis aliis effectū nō consequunť pꝑter indispositionē eoꝝ vt verbi gr̄a: Oratio q̄ fit pro altero pōt īpediri ne exaudiat pꝑter indispositionē alteri⁹. Et inde ē q̄ Aug⁹ vnā cōditionē orōnis ponit q̄ ē vt p se q̄s oret. nec tñ seq̄t q̄ oratio vni⁹ nō psit alteri: si impedimentū nō inueniat. Dec. b. Tho. ij. scrip. sen. di. xxvij. arti. vj. vtrū aliqs possit alteri pmā gratiā pmereri in cor. so. ⁊ in so. iij. argu. ⁊ ij. sen. di. xxvij. arti. iij. iiij ⁊ vj. Sꝫ qꝛ meritū dr̄ pꝑrie respectu bonoꝝ simplr̄ q̄ debent alicui sm iusticiā: q̄lia sūt bona q̄ ad vitā eternā ptinēt sm theologos: sic demeritū dr̄ respectu maloꝝ q̄ ad miseriā eternā ptinēt: vt dicit. b. Tho. iij. scrip. sen. di. xviij. arti. ij. vtrū xp̄s meruerit: in cor. so. iuxta pncipiū: nō posset q̄rere q̄s q̄ttuor q̄stiōes circa ea q̄ cadūt sub merito. Pria ē: vtrū aliqs possit sibi mereri pmā gratiaꝫ. Scđa ē: vtrū aliqs possit mereri vitā eternā. Tertia ē: vtrū aliqs possit in bono mereri pseuerantiā. Quarta ē: vtrū aliqs possit mereri bona tpalia. Re. has q̄stiōes pma scđe q. cxiiij. arti. v. ⁊ ix. sub eisdē titul. et. ij. sen. di. xxvij arti. iij. iiij. ⁊ vj. ¶ Quid sit miraculū vel quomodo diffinit sm beatū Augustinū. CA. I.

Miraculum. Circa miraculum q̄ttuor p ordinē sūt notanda. s. q̄ddita s quid sit: causalitas a quo fit: maioritas qđ mai⁹ sit: vtilitas ad quē finē sit. Primo circa miraculū cōsideranda est q̄dditas. s. qđ sit. nā Aug⁹ in li. de vtilitate credēdi diffinies miraculū sic dicit: Miraculū ē aliqđ arduū ⁊ insolituꝫ supra facultatē nature ⁊ pter spem admirātis apparens. In q̄ diffinitiōe ponit q̄ttuor cōditiōes q̄ ad hoc vt aliqđ sit miraculū requirunť. Prima cōditio est q̄ miraculū est aliqđ arduū qđ q̄dē arduū nō dicit pꝑter magnitudinē ei⁹ qđ fit: sꝫ inq̄tū excedit facultatē nature. vñ qñ in quadā re parua de⁹ opat aliqd qđ natura opari nō pōt hoc arduū reputat ⁊ p consequēs miraculū. Scđa conditio est: q̄ miraculū dicit esse aliqđ insolitū: nō qꝛ raro eueniat. sic enī eclipsis solis q̄ raro euenit: diceret miraculū qđ est falsū. Sꝫ dicit insolitū: qꝛ est cōtra cōsuetum cursū nature: etiā si quottidie iterat: sicut transsubstantiatio panis in corp⁹ xp̄i frequentat quottidie: nec tñ desinit esse miraculū. Tertia cōditio est: q̄ miraculū dicit esse supra facultatē nature: nō solū pꝑter substantiā facti inq̄tū illud qđ deus ī natura facit nullo modo pōt natura facere: sꝫ etiā pꝑter modū ⁊ ordinē faciēdi: qꝛ mod⁹ nature est opari in tpe: nō in instāti. Et similit ordo nature est vt opet hoc: nō tñ in hoc: puta vitaꝫ sed nō in mortuo: visū sꝫ nō in ceco: qđ tñ miraculū operat. Quarta cōditio est: q̄ est pter admirātis spem apparēs. s. pter spem nature nō pter spem gr̄e q̄ est ex fide. verbi gr̄a: Resurrectio mortuoꝝ futura q̄ est miraculū est pter spem nature: sꝫ nō sit pter spem gratie: que est ex fide p quā credim⁹ resurrectionē futurā. vñ aplus ad Ro. iiij. De hac duplici spe. s. gratie ⁊ nature loq̄t dicens: In spe

contra spem. Ubi nota differentiã inter ista sex. s. inter mirũ vel mirabile: miraculũ: virtutes: signa: portentũ: et ꝓdigiũ. Primo inter mirũ et miraculũ nota differẽtiã: q2 nõ omne miraculũ est mirũ: sed nõ ecõuerso. vñ mirũ vel mirabile dicitur eẽ illud cuiꝰ causa alicui ẽ nota et alicui ignota. verbi gr̃a: Eclipsis solis nõ est mirabilis astrologo: sed rustico. Cuiꝰ rõ est: nã astrologus videns eclipsim solis idõ nõ miratur: q2 cognoscit causam. rusticus aũt videns eclipsim miratur velut huiꝰ cause ignarus. admiratio aũt ex ignorantia cause ꝓcedit. Similiter mirũ videtur ignaris: q magnes trahit ferrũ. sciens autẽ virtutẽ eiꝰ ꝑ experimentũ vel ꝑ doctrinã nõ admiratur effectũ ꝑdictũ. Similiter q aliquis paruꝰ piscis sit stupefaciens vel retinens nauẽ: mirantur ignorãtes cãm. sciẽtes aũt huiusmodi causam nõ admirantur. Scd̃o vero miraculũ dicitur esse illud cuiꝰ causa simpliciter est ignota. Causa aũt occultissima et remotissima a nostris sensibꝰ est virtus diuina q̃ secretissime operatur. Et idõ ꝓprie dicuntur miracula q̃ sola virtute diuina fiũt in rebus illis i quibꝰ est naturalis ordo ad modũ contrariuz faciendi. Ea vero que vel etiã natura facit nobis alicui nostrũ occulta: vel etiã que deus facit nec aliter nata sũt fieri nisi a deo: miracula dici nõ pñt: sed solũ mira vel mirabilia: sicut creatio celi et terre: et creatio aiaꝝ rõnabiliũ: et iustificatio impij. Et similiter mõstra nõ dicuntur miracula sed mira: eo q licet mõstra fiãt contra naturã pticularẽ: nõ tñ fiũt cõtra naturã vniuersalem vt fiũt miracula. Tertio virtus dicitur respectu illiꝰ a quo ẽ ita q inq̃ntũ miracula excedunt facultatẽ nature dicuntur virtutes: q2 a solo deo ꝑncipaliter. Quarto signuz dicitur esse respectu eiꝰ ad qd̃ fit. s. ad ostendenduz virtutẽ et sapientiã faciẽtis. vñ inq̃tũ miracula fiũt ad manifestandũ aliqd̃ supnaturale. s. virtutẽ diuine potẽtie et sapientie: idõ miracula cõiter dicuntur signa. Quinto inq̃tũ miracula cõtinẽt vel habẽt excellentiã magnã dicuntur portenta. Sexto inq̃tum miracula ostendũt aliqd̃ a remotis dicuntur ꝓdigia quasi a ꝓcul aliqd̃ ostendẽtia. Ubi nota q signuz dupliciter distinguitur a ꝓdigio. Primo: q2 signũ est omne illud miraculũ qd̃ in quolibz tpe signat aliquid. Prodigiũ vero dicitur illud miraculum qd̃ signat tm̃ aliqd̃ in futuro. Scd̃o: q2 signũ dicitur esse minꝰ miraculũ. ꝓdigiũ vero dicitur esse maius miraculũ. Re. infra. iij. caꝰ. de maioritate miraculoꝝ. Hec. h. Tho. ꝑma pte summe q. cv. arti. iiij. in cor. q. in so. ij. argu. et Alexã. ij. pte sũ. q. x. arti. ꝑmo ꝑ totum.

¶ Q2 solus deus põt miracula virtute propria facere. CA. II.

Secundo ꝑncipaliter circa miraculũ cõsiderãda est causalitas. s. a quo fit. Nulla eni creatura incorporea et minꝰ corporea sua virtute põt miracula facere: sed solus deꝰ. Qd̃ ꝓbo rõnibꝰ et auctoritatibꝰ. Primo triplici rõne. s. rõne subiectiõis sic: Illud nõ põt miraculũ facere cui tota natura nõ est subiecta. sed angelis et alijs creaturis natura tota nõ est subiecta: g̃ etc. Scd̃o ꝓbo hoc idẽ rõne limitatiõis vel finitationis sic: Illud qd̃ ad certũ effectũ vel modũ vel ordinẽ est limitatũ nõ põt miracula facere. sed tota virtus et potentia creature ẽ huiusmõi: g̃ etc. Tertio hoc idem ꝓbo rõne ordinis sic: Miraculũ nõ ꝓprie dicitur cũ aliquid fit ꝑter ordinẽ alicuiꝰ nature pticularis: q2 sic cũ aliquis ꝓijcit lapidẽ sursum miraculũ faceret: cũ hoc fit ꝑter vel cõtra ordinẽ nature lapidis. sed ex hoc dicitur aliqd̃ esse miraculum qd̃ fit ꝑter ordinẽ totius nature create. hoc aũt nulla creatura virtute ꝓpria põt facere. vñ quicq̃d angelus vel quecũq3 alia creatura põt virtute ꝓpria facere: hoc fit sm̃ ordinẽ creature: et sic nõ est miraculũ sed mirũ. vñ relinquitur q solus deus virtute ꝓpria miracula possit facere: tum q2 respectu omnis ordinis est supremus: tum quia respectu omnia virtutis est infinitus: tũ q2 ad certum subiectum modũ: vel ordinẽ nõ est subiectus. Hec. h. Tho. ꝑma pte summe. q. cv. arti. iiij. in cor. q.

¶ Scd̃o ꝑncipaliter q solus deꝰ possit miracula facere ꝓbo triplici auctoritate. Primo auctoritate Richardi q̃ sic dicit: Miraculũ ẽ opus creatoris diuine virtutis manifestatiuũ. Scd̃o auctoritate Job. v. sic dicentis: Qui facit magna et inscrutabilia etc. magna. s. quãtitate ꝑ quoꝝ magnitudinẽ diuine potentie et sapientie magnitudo cognosci põt: Sapientie xiij. A magnitudine eni speciei et creature poterit cognoscibiliter eoꝝ creator cognosci. Scd̃o dicit inscrutabilia. s. ꝓfunditate. vñ intellectus humanꝰ ad hoc nõ põt attingere nec ordinẽ nec dispositiõnẽ rerum cognoscere. Ad Ro. xj. O altitudo diuitiarũ q̃ etc. Tertio dicit: Mirabilia. i. digna admiratiõe. Gregꝰ: Mira sũt oĩa opa dei: sed eoꝝ multa sine admiratiõe transierũt. Si eni hõ mortuus suscitetur in admiratiõe oẽs exiliũt: et quottidie hõ q̃ nõ erat nasci. et nemo miratur: dũ ꝓculdubio oĩbus cõstat: q2 plꝰ sit creare qd̃ nõ erat q̃ reparare qd̃ erat. Quia arida Aaron virga floruit cũcti mirati sũt: quottidie ex arenti terra arbor ꝓducitur: virtusq3 pulueris in lignum vertitur: et nemo miratur. Quia q̃nq3 panibꝰ sũt q̃nq3 milia hominũ saciati: creuisse escas in dentibꝰ cũcti mirati sũt quottidie sparsa grana seminũ plenitudine multiplicãtur spicaꝝ: et nemo miratur. Aquã semel in vinũ mutataz videntes cũcti mirati sũt: quotidie humor terre in radicem vitis attractus ꝑ botrũ in vinũ vertitur et nemo miratur. Mira itaq3 sũt oĩa q̃ mirari hoĩes negligunt: q2 ad cõsiderandũ vt ꝑdiximus vsu torpescũt. Hec Gregoriꝰ.

¶ Tertio hoc idem ꝓbo auctoritate psalmiste: Qui facis mirabilia magna solus. Qd̃ verbuz exponitur sm̃ glo. sic: Solus deus dicitur mirabilia facere q2 q̃ ꝑ hoĩes et angelos fiunt ipse facit. et quedã magna sine ministerio hoĩs ipse solus facit. Similiter ea q̃ fiũt a natura: fiũt etiã a deo. Et subdit: Mirabilia magna: ad ostendendũ q magis miramur opa dei q̃ opa nature: eo q natura operans est causa manifesta nobis. deus autẽ est causa occulta. Uel aliter: Nõ soluz dicit Mirabilia: sed addit Magna: vt intelligatur de illis mirabilibꝰ que sũt supra potẽtiã omnis creature: qlia sũt celũ et terrã creare: peccatorẽ cõuertere peccata dimittere: iustificare: redimere vel liberare glorificare vel remunerare: que oĩa sũt solius dei. Et idõ dicit: Solus. Sed nũq̃d magi pharaonis et alij multi fecerũt mirabilia? Ita videtur vt dicitur Exodi. vij. Rñdeo sm̃ glo. Põt dici q mirabilia magoꝝ nõ fuerunt ꝓprie mirabilia: sed potius ꝑstigia. Uel idõ dicit solus: q2 solus deꝰ illa que miraculose facit tribꝰ modis facit. quedã enim facit supra naturã: quedã contra naturã: quedã ꝑter naturam. Primo eni deꝰ facit supra naturã inq̃ntum facit effectũ aliquẽ quẽ nullo mõ põt natura facere: qd̃ contingit dupliciter. Uel q2 ipsa forma inducta a deo a natura oĩno induci nõ põt: sicut forma glorie quam inducit deus corporibus electoꝝ: et sicut etiã incarnatio verbi dei. Uel q2 tñ talem formã natura in aliquã materiã possit inducere: nõ tñ in instanti: sicut ad causandũ vitã natura potens est. Sed q in hoc mortuo natura vitã causet: hoc nõ põt natura facere. Scd̃o deꝰ facit cõtra naturã qñ in natura remanet cõtraria dispositio ad effectũ quẽ deus facit: sicut qñ cõseruauit pueros illesos in camino ignis remanente virtute cõburendi in igne: et qñ aqua iordanis stetit manẽte grauitate in ea: et similiter q virgo peperit. Tertio deus facit ꝑter naturã qñ ꝓducit effectum quẽ natura põt ꝓducere: illo tñ modo quo natura non põt ꝓducere. et hoc ꝓpter tres causas. Prima ẽ: q2 nature desũt instrumenta quibꝰ natura operatur: sicut cũ xp̃s cõuertit aquã in vinũ. Job. ij. qd̃ tñ natura aliquo mõ fa-

cere pōt dū₃ aqua in nutrimentū vitis assumpta suo ꝑe in succū vue digesta ꝓducit. Scōa est q2 i diuino ope est maior multitudo ꝗ̄₃ natura facere ꝯsueuit: sicut p₃ de ranis que sunt ꝓducte in egypto. Tertia est: q2 natura deficit ꝗ̄tu₃ ad t̄pus: sicut cū stati₃ ad inuocationē alicuiꝰ sancti aliq̄s curat̄ quē natura non stati₃ ⁊ subito curare potest sed successiue. ⁊ sicut etiā p₃ de miraculo inducto de socru petri. vn̄ p₃ ꝙ oīa ista q° ad factū ⁊ quo ad modū ⁊ quo ad ordinē facultatē totiꝰ nature create excedūt ⁊ ideo solus deus ea facit. Hec be. Tho. in questionibꝰ disputatis de potētia dei. q. vi. de miraculis: arti. ii. in solu. iii. ⁊. vii. argu.

¶ Qꝫ operatio miraculoꝝ attribuit̄ aliquibus quatuor modis. CA. III.

Est autē sciendū ad euidentiā predictoꝝ ꝙ operatio miraculoꝝ attribuit̄ alicui eminenter: alicui ꝯsequēter: alicui differenter: alicui apparenter: ita ꝙ opatio miraculoꝝ p̄mo attribuit̄ deo p̄ncipaliter: 2° angelis ⁊ hoībus instrumentalit̄: 3° bonis x̄pianis veraciter: 4° magis ⁊ demonibꝰ mendaciter. Primo dico ꝙ opatio miraculoꝝ attribuit̄ singulariter p̄ncipaliter ⁊ eminent̄ deo eo ꝙ solus deus virtute ꝓpria pōt miracula facere ⁊ facit: vt p₃ ca. p̄cedēti. Scōo opatio miraculoꝝ attribuit̄ angelis ⁊ hoībꝰ instrumētaliter: ita ꝙ sancti hoīes ⁊ angeli virtute eis a deo collata ex dono diuine grē vt ministri diuine virtutis possunt miracula facē ⁊ hoc tribus modis. P̄mo p̄cibus impetrādo a deo: qui modus ⁊ angelis ⁊ hoībus pōt esse cōis. 2° mō disponēdo sic̄ dr̄ ꝙ angeli in resurrectōe colligēt pulueres mortuoꝝ qui diuina virtute reducent̄ ad vitā. Et hic modus mirabilia faciēdi ꝓprius est angeloꝝ: non autē spirituū humanoꝝ. s. aīaꝝ. Cuius rō est: q2 humani sp̄us dū corporibus sunt vniti in exteriora opari non possunt: nisi corpe mediāte ad qḋ naturalit̄ sunt quodāmō alligati. 3° mō cooperādo. nā hoīes non solū orādo ⁊ a deo impetrāda miracula possunt facere: sed etiā potestatiue coopando. qḋ Grego. dupl̄r ꝓbat. Primo rōne sic: Cui dat̄ maius dat̄ ⁊ minus. sed hoībus data est potestas filios dei fieri: ḡ non est mirū si eis est data ptās miracula faciendi. Scōo hoc idē ꝓbo exempli inductōe: q2 petrus ananiā ⁊ saphirā mētientes morti increpādo tradidit: nulla oratiōe p̄missa: vt habet̄ Act. v. Ubi nota ꝙ virtus collata a deo sanctis ad miracula faciēda non est virtus cōnaturalis q̄si manens semꝑ in sanctis: sed est virtus accidētalis vel intētionalis sicut est lumē in aere ⁊ motus in instrō quē non mouēt nisi ad p̄sentiā p̄ncipalis agētis: sic vtus vel donū gratie gratis date a deo sanctis que est grā virtutū ⁊ curationū: non est naturalis ⁊ semꝑ q̄n volunt in eis manens: sed q̄n deus tribuit eis gratiam vel virtute₃ ad miracula facienda. qḋ tribus exemplis ꝓbo. primo exemplo pauli qui a se stimulū remoueri petijt: ⁊ nō impetrauit. 2° exēplo beati Benedicti qui cōtra suā voluntatē fuit detētus ꝑ pluuiā sororis precibus impetratā. 3° ꝑ exemplū ꝓphetarū: q2 sicut sp̄us vel gratia ꝓphetie que dat̄ ad aliqḋ futurū supnaturalit̄ cognoscendū non habet̄ semꝑ a ꝓpheta: eo ꝙ ꝓpheta non habet semꝑ grām q̄n vult vel spiritū ꝓphetādi: sed solū q̄n sp̄us ꝓphetie corꝓphete tāgebat: sic etiā virtus ad miracula faciēda non est sanctis hoībus q̄n̄cūq₃ volūt: sed q̄n hanc virtutē tribuit eis dn̄s ad hoc. Tertio operatio miraculoꝝ attribuit̄ bonis x̄pianis ⁊ malis veraciter: tn̄ differēter. vnde Augꝰ in libro. lxxxiij. questionū. q. lxxx. sic dicit: Alit̄ boni x̄piani miracula: ⁊ aliter mali x̄piani: ⁊ aliter magi faciūt. nam boni x̄piani miracula faciūt ꝑ publicā iusticiā mali vo x̄piani ꝑ signa publice iusticie: magi vo miracula non ꝓprie: sed quedā que mirabilia vident̄ vt patebit infra faciūt ꝑ priuatos ꝯtractus. Et ponit Augꝰ de his i libro. lxxxiij. q. exēplū tale: Qꝫ enī equū meū tu habeas potest cōtingere tribus modis. Primo q2 iudex iudicat sua auctoritate: ⁊ ministri hoc faciunt auctoritate iudicis. 2° modo potes equū meū habere: q2 tu falsū diceres. s. hū esse mandatū a iudice. 3° mō potes equū meū habere ex p̄uato ꝯtractu: vtputa si equū meū tibi vendo vel dono.

Sic a simili aliqui miracula faciūt tribus modis. P̄mo enī mō boni x̄piani miracula faciūt ꝑ publicā iusticiam .i. ꝑ virtutē diuinā: que virtus l₃ dicat̄ publica eo ꝙ vniuersaliter regit oīa tn̄ singulari modo tribuit virtutē homīs ad miracula faciēda: ⁊ sup facientē: ⁊ sup factū: ⁊ sup x̄pianū: ⁊ sup miraculū. 2° modo mali x̄piani miracula faciūt ꝑ signa publice iusticie. s. inuocādo false .i. īdigne nomē diuinū. l₃ enī tales qui deū inuocāt non sint boni: tn̄ deus eis confert virtutē miracula faciendi non ꝓpter eos: sed ꝓpter honorē noīs sui: ita ꝙ deus suā virtutem influit non sup inuocantē: sed sup factū. i. sup miraculu₃ 3° modo vident̄ aliq̄ miracula facere ꝑ p̄uatos ꝯtractus .i. per pactū initū cū demone. Ex eo enī ꝙ magi demonibus imolāt demones ad inuocationē ⁊ imolationē eoꝝ vident̄ miracula facere: ⁊ ideo ⁊c̄. Quarto opatio miraculoꝝ magis ⁊ demonibꝰ attribuit̄: non veraciter sed apparenter. l₃ enī mali x̄piani possint miracula facere sic̄ p₃: non tn̄ demones ꝗ̄uis quedā mirabilia facere videant̄. Rō autē quare demones tn̄ mirabilia nobis dicat̄ facere: non tn̄ miracula: est duplex. Prima est ꝙ opatio demonū est ꝑ verā corpis transmutationē ⁊ ꝑ naturale₃ virtutē. Scōa est: quia est ꝑ quandā illusionē ex imaginatiōis imutatiōe. neutra tn̄ opatio est miraculosa. Rō autē quare ꝑ malos hoīes ⁊ non ꝑ demones deceat deū facere miracula est ista: q2 cu₃ opatio miraculosa sit quodā diuinū testimoniū diuine virtutis ⁊ veritatis indicatiuū: si demonibꝰ quoꝝ tota volūtas est destinata ad maliū ⁊ obstinata potestas daret̄ miracula faciēdi: deus falsitatis eoꝝ testis existeret qḋ diuinā honestatē nō decet. Hoīes vo qui sūt male vite: q̄n̄q₃ sunt annūciatores boni ⁊ veritatis. ⁊ ideo in testimoniū veritatis deus q̄n̄q₃ ꝑ malos hoīes miracula facit: nūq̄₃ tn̄ ꝑ demones sicut p₃. Silr̄ magi non ꝓprie miracula faciūt: qḋ ꝓbo ꝑ exēplū in magis pharaonis. L₃ enī magi pharaonis veras ranas fecerūt ⁊ veros serpētes sicut moyses virgā quam habebat in manu in serpentē ꝯuertit ⁊ ecōuerso: non tn̄ operatio magoꝝ ꝓprie fuit miraculū: sicut opatio moysi qḋ ꝓbo duplici rōne. s. ex pte virtutis: ⁊ finis. Prima est ex pte virtutis: q2 magi hoc fecerūt opatiōe demonū: ⁊ virtute reꝝ naturaliū. nam demones hoc fecerunt ꝑ aliq̄ semina collecta que virtutē habebāt ꝯuertēdi virgas in serpētes. Scōa rō est ex pte finis: q2 magi hec non fecerūt ad ꝑficiendū: sed ad decipiendū ⁊ nocendū. Opatio autē illa quā moyses fecit. s. cōuersio virge in serpentē ⁊ ecōuerso fuit miraculū: tum ex pte virtutis: q2 absq₃ oīs virtutis naturalis opatōe: sola dei virtute hoc fecit. tum ex pte vtilitatis: q2 cōuersio quā moyses fecit fuit in ꝑfectū fidei. cōuersio vo quā magi fecerunt erat in nocumentū fidei. Ubi nota ꝙ signa facta ꝑ bonos hoīes in quatuor distinguūt̄ a signis factis ꝑ magos ⁊ demones. Primo in virtute: q2 signa facta ꝑ bonos hoīes fiunt sola virtute dei in illis in quibꝰ virtus naturalis nullatenꝰ se extēdit: sicut suscitare mortuos ⁊ alia huiusmōi que magi vel demones s̄m rei veritatē non possunt facere: s₃ in p̄stigiis tn̄. Scōo distinguūt̄ in vtilitate vel in nobilitate: q2 signa facta ꝑ bonos sunt de rebꝰ vtilibus ⁊ nobilibus: vt in curatōibus infirmitatū ⁊ resurrectōibꝰ mortuoꝝ. Signa aūt facta ꝑ malos sunt de rebus vanis ⁊ inutilibus: sicut ꝙ volāt in aere: vel faciūt hoī membra stupida ⁊ huiusmodi. Tertio distinguūt̄ in fine: q2 signa ꝑ

bonos facta ordinant̃ ad edificationē fidei ⁊ bonorum moꝝ. Signa vero p magos facta sunt manifestū nocumētū fidei ⁊ honestatis. Quarto distinguūt̃ in honore: q̄a boni miracula operant̃ p inuocationē diuini noīs ⁊ pie reuerent̃. Sed mali signa quedā faciūt quibusdā deliramentis: sicut ꝙ incidunt se ⁊ faciunt huiusmodi turpia. Hec be. Tho. ij. scri. sen. di. xvij. arti. j. in solu. ij. argu. ⁊ in multis alijs locis.

¶ Quomodo triplex est gradus miraculoꝝ. ⁊ vnū maius dr̃ altero tripliciter. CA. IIII.

Tertio p̄ncipaliter circa miraculū cōsiderāda est sublimitas vel maioritas. s. qd̄ maius fit. Ubi nota: nihil potest dici miraculū respectu vel cōparatiōe diuine potētie. Cui⁹ rō est: q2 qd̄cūq3 factū in se vel nobis cōpatū sit magnū: diuine tn̄ potētie cōpatū est minimū fm illud Isa. xl. Ecce gētes quasi stilla sicule ⁊ quasi momentū statere reputate sunt. Sed dr̃ aliquod esse miraculū p cōparationē ad facultatē vel potētiā nature quā excedit. ⁊ iō fm ꝙ miraculū magis facultatem nature excedit: fm hoc dr̃ maius miraculū. Excedit autē facultatē vel possibilitatē nature tripl'r. p̄mo quo ad factū. s. quo ad illud qd̄ fit. 2° quo ad subiectū in quo aliquid fit. 3° quo ad modū quo aliquid fit. Et fm hec tria est triplex gradus miraculoꝝ. Primo excedit aliquid possibilitatē nature q̄ntū ad factū. s. q2 natura nullo mō potest illud facere. ⁊ sic summū gradū inter miracula tenent illa in quibus deus aliq̄d facit qd̄ natura nūq̄ facē potest: sicut ꝙ duo corpa sunt simul. ⁊ ꝙ corpus humanū glorificet̃: ⁊ ꝙ sol retrocedat vel stet: ⁊ ꝙ mare diuisum trāseuntibus iter p̄beat. Et inter hec etiā gradus attēdit̃ q2 quāto maiora sunt que deus operat̃: ⁊ q̄to magis remota a facultate nature: tanto miraculū maius est: sicut mai⁹ miraculū est ꝙ sol retrocedat: q̄3 ꝙ mare diuidat̃. Scd̄o aliq̄d excedit facultatē nature quo ad subiectū in quo aliquid fit. s. q2 q̄uis natura illud possit non tn̄ i hoc subiecto. Et fm hoc scd̄m gradū in miraculis tenent illa in quib⁹ deus aliquid facit quod natura pōt facere nō tn̄ in illo subiecto. vbigr̄a: potest natura facere ꝙ animal viuat ⁊ ꝙ videat ⁊ ambulet: sed non pōt causare vitā in mortuo. nec p̄stare ⁊ cōferre visū ceco: nec gressum claudo. vn̄ ꝙ aliquis post mortem viuat: post cecitatē videat. post claudicationē recte ambulet: hoc natura non potest facere. sed deus interdū miraculose opat̃. Tertio aliq̄d excedit facultatē nature quo ad modū quo fit q2 l3 natura possit facere aliqua miracula que deus operat̃: non tn̄ ea facit eodē mō. Et sic tertiū gradū inter miracula tenēt illa que de⁹ subito ⁊ absq3 nature p̄ncipijs operat̃: que l3 natura possit. non tn̄ subito ⁊ absq3 nature p̄ncipijs opantibus. verbigr̄a: Cū eni aliquis p diuinā virtutē curat̃ ⁊ cū mare statim ꝯdensat̃: vel cū pluit subito absq3 naturalibus causis: hec oīa ⁊ similia tenent tertiū gradū in miraculis. Si autē breui⁹ vis p̄cedere dicas ꝙ vnū miraculū dr̃ altero maius esse: non quidē ex pte diuine potētie cui eque facilia: imo quasi nihil sunt parua ⁊ magna: sed ex maioritate eius qd̄ fit eius de q° ⁊ in quo fit: ⁊ modi quo fit. s. ex maioritate facti subiecti ⁊ modi. Hec be. Tho. p̄ma pte sum. q. cv. arti. viij. in cor. q. Et ꝯtra gentiles li. iij. ca. c. per totū

¶ Quomodo miracula originant̃ ex oīpotētia dei. CA. V.

Quarto ⁊ vltimo p̄ncipaliter circa miraculū considerāda est vtilitas. s. ad quē finē fit. Ubi nota ꝙ miracula originant̃ ⁊ ordinant̃. Primo eni3 originant̃ ex oīpotētia dei cui fides innitit̃: ⁊ hoc in primo articulo cū dicimus: Credo in vnū deū patrē oīpotētem. 2° miracula ordinant̃ p̄ncipalit̃ ad quatuor bona. s. ad fidei inductionē: ad fidei ostēsionē: ad veritatis ꝯfirmationē: ad sanctitatis testificationē. Primo eni miraculoꝝ opatio ordinat̃ ad fidei inductionē. vn̄ sup illō psal. Ut det illis hereditatē gentiū. Glo. sic dicit: Hec fuit intentio miraculoꝝ que xp̄us fecit vt gentes crederent Et q̄uis miraculū fiat ad fidei inductionē ⁊ ꝯfirmationē: p̄cipue tn̄ incarnatio verbi dei est miraculū miraculoꝝ vt sancti dicūt: q2 est via in oībus miraculis ad alia miracula credendū ⁊ ad istud miraculū oīa alia miracula ordinant̃. Et ppter hoc non solū hoc miraculū est inducēs ad alia miracula credendū: sed etiā alia miracula reducunt̃ ad hoc ꝙ ipsū credat̃. nihil eni p̄hibet vnū miraculū ducere ad fidē alteri⁹: sicut resuscitatio Lazari inducit̃ ad futurā resurrectionē credēdā. Hec. b. Tho. scd̄a scd̄e. q. clxxviij. arti. j. in solu. v. argu. p totū. Scd̄o miraculoꝝ opatio fit vel ordinat̃ ad fidei ostensionē. nā fides est p̄paratoria tanq̄3 dispositio inclinās deū ad opatiōe3 miraculoꝝ. qd̄ tali rōne ostēdo: Si oppositū in opposito ⁊ ppositū in pposito. sed oppositū fidei. s. infidelitas vel incredulitas xp̄i vel oīpotētie dei impedit opationē miraculoꝝ: vt dr̃ Math. xvij. vbi q̄rentibus discipulis a xp̄o: quare nos non potuimus eijcere demone3? Rn̄dit xp̄us ⁊ dixit eis: ppter incredulitatē vestrā. g° credulitas siue fidelitas diuine oīpotētie est dispositio necessaria ad opationē miraculoꝝ. ita dr̃ Mar. ix. Si potes credē oīa possibilia sunt credenti. qd̄ verbū Hiero sic exponit: Libertatē arbitrij xp̄us indicat in hoc ꝙ dicit: Si potes credere. Et subdit: Oīa possibilia sūt credēti. vbi Hiero. sic ait: Que aūt sunt oīa possibilia credēti: nisi que in nomine xp̄i cū lachrymis postulant̃. Tertio opatio miraculoꝝ fit vel ordinat̃ ad veritatis confirmationē. Ubi nota ꝙ aliqui sunt qui falsā doctrinā enūciant: aliq̄ vo qui verā. Primo eni illi qui falsā doctrinā enūciāt vel p̄dicant nūq̄ faciunt vera miracula ad ꝯfirmationē sue false doctrine: q2 deus tunc esset testis falsitatis eoꝝ: qd̄ non decet diuinā bonitatē. Faciūt tn̄ tales q̄nq3 miracula duplici rōne. p̄ma est ad cōmendationē nominis xp̄i qd̄ inuocāt. scd̄a est ppter virtutē sacroꝝ que exhibēt de quibus dn̄s dicit Math. vij. Multi mihi dicēt in illa die Dn̄e dn̄e. nōne in noīe tuo pphetauim⁹: ⁊ in noīe tuo demonia eiecemus: ⁊ virtutes multas fecim⁹? ⁊ tunc ꝯfitebor illis: q2 nunq̄ noui vos: discedite a me ⁊c̄. Que vba exponēs Hiero. sic ait: Multi dicent in illa die. i. in die iudicij q̄n venerit i maiestate patris sui: Dn̄e dn̄e. nōne in noīe tuo ⁊c̄. nā pphetare: demonia eijcere: virtutē facere: etiā virtute diuina non est meriti eius qui opatur. sed vel inuocatio nois xp̄i hoc agit vel ob ꝯdēnationem eoꝝ qui inuocāt: aut ad vtilitatē eoꝝ qui vidēt si audiūt cōcedit̃. Et l3 hoīes despiciāt signa faciētes: tn̄ deū honorāt ad cui⁹ inuocationē tāta fiunt miracula. na3 ⁊ Saul ⁊ Balaā ⁊ Cayphas pphetauerūt ignorātes quid dicerent. Et in actib⁹ apl'oꝝ. xix. filij sceph̄e videbant̃ eijcere demonia. ⁊ iudas apl's cū aīo pditōis int̃ ceteros apl'os multa signa fecisse narrat̃. Sed q2 tales ex dono eis gratis collato. s. p̄herādi ⁊ miracula faciēdi ingrati ⁊ mali sunt facti: iō xp̄us dicet eis tunc. s. in die iudicij: Cōfitebor q2 nunq̄ noui vos. Ubi Hiero. sic ait: Quia multo tpe aū dissimulauerat: tunc. s. in die iudicij dicit: Nescio vos. Et Chryso. sup Math. ibidē sic ait: Grandē eni irā grādis dilatio debet p̄cedere: que iustius facit esse iudiciū dei ⁊ digniorē interitu3 peccatoꝝ. iō subdit: Nescio vos. q2 non sunt digni vt cognoscant̃: vt diligant̃: vt eligant̃ a deo. merito g° dic̄: Nescio vos: discedite a me ⁊c̄. Et itez Chryso. in omel'. sic ait: Ex hoc eni cōstat ꝙ nec fides nec miracula valēt bona vita non existente. qd̄ etia3 Paulus dicit. j. ad Corinth. xiij. Si habuero fidē ita vt montes trāsfera3: charitatē aūt non habuero: nihil sum. Sed forte argues: ꝙ mali xp̄iani non possunt miracula

facere tali rõne: Res mortua nil opari potest sed fides sine operibus mortua est: vt dr̃ Jaco.ij. ergo mali xp̃iani quoꝝ fides mortua est ꝑ peccatũ mortale: nõ possunt miracula facere. Rñdeo ꝙ fides sine operibus mortua est q̃tũ ad ipsũ credentẽ: qui cũ existat in peccato mortali: ꝑ fidẽ non viuit vita gr̃e. Nihil autẽ ꝓhibet ꝙ res viua ꝑ instrumentũ mortuũ opeꝛ: sicut hõ operaꝛ ꝑ baculũ. ⁊ hoc mõ deus operaꝛ ꝑ fidez hoĩs peccatoris tanq̃ ꝑ instrumentũ mortuũ. Scðo dico ꝙ illi qui verã doctrinaz ꝑdicãt qñq; miracula faciũt ad confirmationẽ veritatis quã docẽt vel ꝑdicãt: vt fecerũt apl̃i de quib⁹ dr̃ Mar. xvj. Illi autẽ ꝓfecti ꝑdicauerũt ⁊c̃. Ubi Theophilus sic ait: Sciendũ est autẽ ⁊ hoc: ꝙ sermo ꝑ opa ꝯfirmaꝛ sicut in apostolis tunc opa ꝯfirmabãt sermonẽ sequẽtibus signis. Et subdit: Fiat aũt o xp̃e vt nostri sermones quos de virtute dicim⁹ per opa ꝯfirmeꝛ ⁊ actus: vt tandẽ sim⁹ ꝑfecti te cooperãte in oĩbus verbis ⁊ opibus: q: te decet ⁊ sermonũ ⁊ operũ gloria amen. Quarto miraculorũ operatio fit vel ordinaꝛ ad sanctitatis alic⁹ testificationẽ. ⁊ hoc tribus modis. s. vel in vita: vel in morte: vel per alios vel ꝑ eos. Primo fiũt miracula ad demõstrandã sanctitatẽ alicuius vel aliquoꝝ in vita eoꝝ. qd̃ pꝫ: Legiꝛ enĩ ꝙ deus faciebat virtutes ꝑ manus pauli: ⁊ ꝙ etiam sup lãguidos deferebanꝛ a corpe eius sudaria ⁊ recedebãt languores ab eis: ⁊ hoc mõ non fiũt miracula nisi a sanctis. Scðo mõ fiunt ad demonstrandã alteri⁹ sanctitatẽ. ⁊ sic peccatores aliqñ miracula faciũt ad inuocationẽ alicui⁹ sancti: que miracula non dr̃ ille petoꝛ facere: sꝫ ille ad cui⁹ sanctitatẽ demonstrandã hec fiũt. lꝫ enĩ peccatoris oratio ex eius demerito sit execrabilis nec exaudiri digna tñ peccatoꝛ interdũ impetrat. ⁊ hoc ꝓpꝛ q̃tuor causas. pma est ex dei misericordia. scða est ꝓpter salutẽ eius qui orat: sicut audi⁹ est publican⁹: Luce. xviij. tertia est ꝓpter salutẽ alioꝝ. quarta est ꝓpter gloriã dei. Siliter q̃uis boni sint deo ꝯiũctiores q̃ mali: interdũ tñ ctõingit ꝙ mali faciũt miracula ⁊ non boni. vñ Aug⁹ in li. lxxxiij. questionũ sic ait: Admonet nos dñs vt intelligamus quedã miracula etiã sceleratissimos hoĩes facere posse qualia sancti facere non possunt. Tertio mõ miracula fiunt ad demõstrandã sanctitatẽ alicui⁹ sancti post mortẽ eius. vñ ⁊ in ecclesia aliq̃ canonizanꝛ ꝑ testimonia miraculoꝝ: sm̃ illud ad Hebre. ij. Contestãte deo signis ⁊ portẽtis ⁊ varijs virtutibus. Re. differentiã hoꝝ. j. ca. in fine. Hec bea. Tho. scða scðe. q. clxxviij. arti. ij. in cor. q. ⁊ in solu. argu. per totũ.

Q͡d a voluntate dei ꝓcedunt tria: ⁊ que. CA. I.

# Misericordia dei.

m Nota ꝙ misericordia dei erga peccatorẽ q̃ttuor in se habꝫ. pmo est mere vel libere voluntaria. 2° est miserie vel macule expulsiua. 3° est diuine oĩpotentie ostensiua. 4° est debite iusticie excessiua. Primo dei misericordia est mere vel libere voluntaria. naꝫ tria sunt p̃cipue inter alia que a libera dei volũtate ꝓcedunt. primũ est cuctoꝝ ꝓductio. scðꝫ est electoꝝ vel p̃destinatoꝝ saluatio. tertiũ est peccatoꝝ miseratio. Primo a libera dei voluntate ꝓcedit cũctoꝝ ꝓductio. Psal. Oĩa quecunq; voluit dñs fecit in celo ⁊ in terra: in mari ⁊ in omnib⁹ abyssis. Glo. In sp̃ualibus ⁊ in corpalibus oĩa quecũq; voluit dñs fecit: ꝑ qd̃ apparet oĩpotens. Scðo a libera dei voluntate ꝓcedit electoꝝ vel predestinatoꝝ saluatio: Apl̃s. j. ad

n Thimo. ij. Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri ⁊c̃. Et si aliquis diceret ꝙ volũtas dei non semꝑ impleꝛ: eo ꝙ vult oẽs homĩes saluos fieri: ⁊ tñ non oẽs saluanꝛ. Ideo Damascenus ⁊ Aug⁹ ad declarandũ quõ volũtas dei semꝑ impleꝛ verbũ apl̃i exponũt. Primo enĩ Damasce. verba apl̃i exponẽs dicit: ꝙ in deo est duplex volũtas: nõ q̃dez ex pte dei volẽtis: eo ꝙ sicut est in deo vnica essentia simplicissima: ita etiã vna volũtas. Sed ex pte voliti est in deo duplex volũtas. s. voluntas antecedẽs ⁊ absoluta: ⁊ volũtas ꝯsequẽs vel ꝯditionata. Prima enĩ volũtas antecedẽs vel absoluta est que respicit ordinẽ nature ꝓut a deo est cõdita. ⁊ q: omne bonũ a deo est volitũ: ⁊ naturẽ intellectualẽ est bonũ obtinere salutẽ: ideo deus q̃tũ est ex se seu ex pte sua vult oẽs hoĩes saluos fieri: q: oẽs homĩes in natura intellectuali ꝯueniũt. Scða võ voluntas. s. ꝯsequẽs vel ꝯditionata respicit ordinẽ persone ex pte liberi arbitrij in quo incidit malũ. ⁊ q: non est bonũ omnes hoĩes saluos fieri nisi ꝯsideratis debitis circũstãtijs: ideo deus non vult oẽs homĩes saluos fieri nisi sub istis ꝯditiõib⁹. s. vt eũ qui se prepat ⁊ ꝯsenit saluari: de⁹ vult saluare ꝑ sue gr̃e largitatẽ. nolentez võ ⁊ diuine gr̃e resistentẽ deus vult non saluare: q: non est bonũ nec iustũ. Hec bea. Tho. j. scri. sen. di. xlvj. arti. j. in cor. q. Hoc etiã potest declarari trib⁹ exemplis. s. exẽplo solis: regis: artificis. Primo exemplo solis sic: lꝫ sol ex sui natura natus sit oẽs illũinare: ille tñ qui oculũ auertit vel claudit non illũiaꝛ a sole. sic deus q̃tum in se est paratus est omnes saluare: ⁊ tñ eos qui obstaculũ ponũt non saluat. Scðo declaraꝛ hoc idẽ exemplo regis. nam rex iustus respiciẽs ꝯformitatẽ nature q̃tum in se est vult oẽs saluari sui regni. sed tñ ꝓpter culpe deformitatẽ maleficos dãnari. Tertio declaraꝛ exemplo artificis. Sapiẽs enĩ artifex vult ꝙ opus suũ formã ad finẽ debitũ assequaꝛ: non tñ q̃litercũq; sed debito ordine. s. remotis cõtrarijs dispositiõibus ⁊ ꝯditionib⁹. ita vult deus. s. ꝙ hõ beatitudinẽ assequaꝛ: non tñ qualitercũq; sed remoto omni obstaculo ꝓhibẽte. Re. s. Gratia. Scðo bea. Aug⁹ verbum apl̃i allegatũ quatuoꝛ modis exponit. Primo sic. Deus vult oẽs hoĩes. i. de omni genere saluos fieri. s. iudeos: paganos: reges: subditos: diuites: paupes. Scðo sic: Deus vult ⁊c̃. i. facit omnes saluãdos velle. Tertio exponit: Deus vult ⁊c̃. i. penitentiã ꝯsulit hortaꝛ ⁊ iubet omnes hoĩes saluos fieri. Quarto exponit sic: De⁹ vult ⁊c̃. i. nullus fit saluus nisi quẽ deus velit. Et ideo rogandũ est vt velit: quia necesse est fieri si voluerit.

Q͡d a volũtate dei p̃cipaliꝛ ꝓcedit miseratio petoꝝ. CA. II.

t Ertio p̃cipaliter a libera dei voluntate procedit peccatoꝝ miseratio. ita dicit apl̃s ad Ro. ix.

c Cuius vult misereꝛ: ⁊ quem vult indurat. Que verba Ambro. ⁊ Aug⁹ exponũt. Primo Ambro. sic: Cuius vult. s. gratuito misereꝛ. Et quẽ vult indurat. non malicie īmissiõe sed gr̃e subtractõe: ⁊ hoc iusto dei iudicio Quisq; g̃ aditiuus est se adiutũ gratis cognoscat. Et q̃sq̃s obduratus est se cognoscat debite obduratũ. Et subdit Ambro. Misereꝛ g̃ deus magna bonitate: ⁊ indurat nulla iniquitate: vt nec liberat⁹ de suis meritis glorieꝛ: nec dãnatus de suis meritis vel supplicijs ꝯqueraꝛ. Scðo Aug⁹ sup illa verba sic dicit: Misereꝛ itaq; deus sꝫ gr̃az quã gratis dat. indurat autẽ sm̃ iudiciũ qd̃ meritis redm dit. Et apl̃s ibidẽ subdit dicẽs: Miserebor cui⁹ miserebor: ⁊ misericordiam prestabo cui miserebor. Que verba Aug⁹ exponẽs sic dicit: Miserebor cui miserebor. i. illi quẽ prescio toto corde ad me reuersurũ: ad me ꝯuersurũ ⁊ apud me mãsurũ. q. d. Misericordiã dabo cui dãda ẽ ⁊ non dabo cui danda non est. Nõ enĩ in volũtate petẽtis. sed in arbitrio dãtis debet esse qd̃ daꝛ. An enĩ dãdũ sit iudicio dantis debet pensari.

Q͡d misericordia dei est exclusiua oĩs culpe. CA. III.

f Ecũdo p̃cipaliter misericordia dei est miserie vel macule expulsiua. Ubi nota: ꝙ aliquis dr̃

misericors tribus modis. pmo ille cui⁹ affectus passiõe cõpungit. 2° ille cui⁹ opatõe pfectus acquirit. 3° ille cuius dilectiõe defectus excludit. Primo ille dr misericors cuius affectus passione cõpungit. ita dic Grego. in morali. Misericordia a misero corde vocata est: eo q vnusquisq intuet: quez pxiũ si miserũ cognoscat esse. et ei cõpatiẽs dolore eius aĩus tangit. Hoc autẽ mõ deus nõ est misericors: qr nulla passio miseria vel defectus põt esse in deo. Scdo mõ ille misericors dr cui⁹ opatõe pfectus acquirit. Sicut medicus qui repellẽdo morbũ sanat. et hoc etiã mõ deus non est misericors: qr nulla indigentia est in deo cũ essentialit sit beat⁹. Psal. Bonorz meorz non et c. Aug⁹. q. d. Bonis meis non expectas fieri beatus. vñ nec dãnatorz pditõe letat: nec in beatorz saluatõe melioxat. Tertio mõ ille dr misericors cui⁹ dilectõe defectus excludit. et hoc mõ deus misericors dr inq̃tum absq sui vtilitate miseriã: maculã: penã: et omnez culpã repellit. vñ Grego. Deus quẽ diligit et cui intẽdit liberat a miseria. Hec bea. Tho. iiij. sen. ca. de misericordia arti. j. q. j. in cor. q. Ubi nota q deus miseret spẽaliter tribus modis. pmo citra cõdignũ puniẽdo. 2° culpe et pene totũ debitũ indulgẽdo vel relaxando. 3° vltra cõdignũ remunerãdo vel premiãdo. Primo miseret deus citra cõdignũ puniẽdo: inq̃tuz semp minus dat de malis q̃ peccator quilibz mereat. Hec be. Tho. iiij. sen. vbi. s. arti. ij. q. j. in cor. q. vñ in psal. Non sm peccata nostra fecit nobis deus et c. Glo. q. d. Non sm q merebamur accepimus. Rõ huius est: qr cũ deo sit pprium semp misereri et parcere: ideo semp punit citra cõdignũ. Bern. in smõe lxxxix. Quaz benigna et suauis est misericordia tua: ego peccabã et tu dissimulabas: nõ cõtinebã a sceleribus et tu abstinebas a verberib⁹. Scdo miseret deus culpe et pene totũ debitũ indulgẽdo. Nã hec est differẽtia inter inferiorẽ iudicẽ et supremũ: qr iudex inferior seu quilibet alius alteri⁹ potestati subiectus sicut sine iusticie piudicio de bonis pprijs potest plus alicui cõferre q̃ debeat: ea liberalit sibi cõicãdo: ita sine iusticie piudicio potest minus erogare de penis q̃ debeat p peccato in eũ cõmisso: non tñ potest de bonis alteri⁹ plus cõferre alteri: nec etiã p pctõ cõmisso in deũ vel in rem publicã minus relaxare de malis: vel etiã penã totalit relaxare: qr tũc cõtra iusticiã faceret. Deus aũt cũ sit sup oĩa: et nulli sit potestati subiectus: autoritate ppria penã et culpã põt totalit relaxare: et tunc non cõtra iusticiã sed supra iusticiã et misericordiã facit. iiij. scri. sen. vbi. s. ca. de iusticia. arti. ij. q. ij. in cor. q. et ca. de misericordia: arti. j. q. iij. in solu. j. argu. vñ Joh. vij. Totũ hominẽ sanũ feci. Sup quo vbo Aug⁹ sic dicit. Curatus est vt sanus esset in corpore: credidit vt salu⁹ esset in aĩa. Tertio mõ miseret de⁹ vltra cõdignũ remunerãdo inq̃tũ deus in psenti vita et in futura semp plus dat de bonis q̃ quilibet mereat. iiij. scri. sen. vbi. s. ca. de misericordia: arti. ij. q. j. in cor. q. ipse enĩ non soluz dat mẽsurã bonã sed supeffluentẽ: sicut dr Luce. vj. Re. s. Mensura: in fine.

¶ Q miserico dia dei est ostensiua sue omnipotentie. CA. IIII.

Tertio pncipaliter misericordia dei est diuine oĩpotẽtie ostensiua. ita dr in psal. Miseratões ei⁹ sup oĩa opera eius. Sup quo verbo Hugo de sancto victore sic dicit: Differũt misericordia et miseratio sic fons et riuulus. Misericordia enĩ quasi fons est affectu: miseratio vo est quasi riuulus effectu. Est autẽ sciendũ q misericordia vel miseratio dei est signũ amicitie: sapiẽ: oĩpotentie: et ĩmense grẽ dei. Primo misericordia dei est effect⁹ vel signũ diuine amicitie. s. attrahẽdo. Hiere. xxxj. In charitate ppetua dilexi te: iõ attraxi te miserãs. Qd verbũ pcipue potest exponi de xpo qui in charitate ppetua. s. ab eterno et sine fine nos dilexit dilectõe cõtinuata. nam spẽaliter nos attraxit qñ nostrã naturã in vnitatẽ psone sibi vniuit et qñ in ea morẽ sustinuit. Jo. xiij. Cũ dilexisset suos qui erãt in mũdo in finẽ dilexit eos. Scdo misericordia dei est signũ diuine sapie et hoc peccata dissimulando. Ita dr Sap. xj. Dissimulãs pctã hoiuz ppter penitentiã. Glo. Sapia dei bonitate plena op⁹ suũ ppter pctã non despicit: sed p penitentiã abluit: nutrit. et pficit. Expositor: Si hõ peccat: deus dissimulat ad tps non puniẽdo. et subdit: Pctã hoiuz non angelorz. naz angelorz pctũ statim fuit punitũ Jsa. xiiij. Quõ cecidisti lucifer et c. Et subdit cãm: qr ppter penitentiã. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiã et c. Re. infra Penitẽtia. Tertio misericordia dei est signũ oĩpotẽtie dei. ita dr in collecta Deus qui oĩpotentiã tuã parcẽdo maxie et miserando manifestas. Ubi nota q deus suã oĩpotentiã manifestat parcẽdo vel miserãdo non q̃tuz ad substantiã sz q̃tuz ad misericordiã: eo q cũ non sit superiori ptãte subiectus: ostẽdit q ex ppria potestate parcit et miseret atq oĩa operat qd nulli cõuenit creature. Hec bea. Tho. iiij. scri. sen. vbi. s. ca. de misericordia: arti. j. q. iij. in solu. j. argu. vñ Sap. xj. dr: Misereris oĩuz qñ oĩa potes. In q⁹ verbo pbat sapiẽs: q deus generalit oĩuz miseret ppter tres effectus misericordie videlz. dilectõis: cõseruatõis remissionis. pmo ppter effectũ dilectõis: ibi Diligis oĩa q̃ sunt. Glo. Bonus pontifex diligit opus suũ. et nihil odisti eorz que fecisti. ppter qd deus odit pctm cui⁹ nõ fuit cã. 2° ppter effectũ cõseruatõis. ibi Quõ posset aliqd permanere nisi tu voluisses. Grego. cũcta que sunt in nihilũ tenderẽt: nisi ea manus cõditoris sustẽtaret. 3° ppter effectũ remissionis: ibi Parcis aũt oĩbus. s. hoĩbus qui oĩs creature noĩe designant. Spẽaliter aũt diuina misericordia facit tria. pmo peccatorẽ sustẽtat ne cadat. 2° peccatorẽ expectat vt agnoscat. 3° visitat vel inspirat vt doleat. Primo dei misericordia sustentat pctõrez ne cadat. vñ Bern. in sermõe. xcviij. sic dicit: Quis non videat q sicut in multa cecidi: sic et in alia poterã cecidisse pctã nisi me oĩpotentis pietas cõseruasset. Psal. Nisi qr dñs adiuuit me. paulominꝰ habitasset in inferno aĩa mea. Secũdo dei misericordia peccatorez expectat vt cognoscat. vñ apls ad Ro. ij. An ignoras q benignitas dei ad penitentiã te adducit. vbi Aug⁹. q. d. Dei bonitatẽ cõtẽmnens inq̃tuz nescis deũ esse misericordẽ. Tertio dei misericordia peccatorẽ visitat et inspirat vt doleat. Ita dic Bern. in sermone. cxviij. Uisitauit enĩ et immutauit cor meũ vt amara fierẽt que mihi pus erant dulcia. et subdit: Uisitauit me vt meorz sentirẽ vulnera pctõrz. s. timore pene: spe venie cõsolatõe celestis patrie. Quarto misericordia dei est signũ immẽse grẽ puentẽdo. Ita dr Luce. xv. Cũ adhuc lõge esset vidit illũ pater suus et misericordia mot⁹ est: et accurrẽs cecidit sup collũ eius et osculat⁹ est eum. Aug⁹ Cũ adhuc lõge esset. i. anteq̃ intelligeret deũ: existens lõge. s. in regione pctĩ: cũ tñ iam pie q̃reret vidit illũ deus. s. osculo pdestinatõis sibi grãm et gloriã pparãdo: quo oculo deus nisi bonos videt: Abacuc. j. Mũdi sũt oculi tui vt videãt recta. et subdit. Misericordia motus est. In quo verbo tãgit quatuor misericordias quas deus peccatori intẽdit. pmo tãgit misericordiã inspirantẽ: ibi Misericordia motus est: non q motus sit in deo sed a deo. Boeci⁹: Stabilis manẽs das cũcta moueri. 2° tãgit misericordiã inchoantẽ vel puenientẽ: ibi Et accurrẽs. s. puenẽdo. Psal. Misericordia eius preueniet me. Re. s. Gratia. 3° misericordiã cõcomitantẽ: ibi Cecidit super collũ eius: cũ sibi singularit vniendo. Psal. Misericordia mea cũ ipso est. 4° tãgit misericordiã subsequẽtẽ ibi Et osculatus est eũ. Ubi petrus rauẽn. ait: Non dicit

vnde venis: vbi fuisti: vbi sunt que tulisti: quare tantam gloriā in tantā turpitudinē cōmutasti: sed statī indulgꝫ ꝛ suscipit ꝛ primā stolā indui iubet. ¶ Q̄ misericordia dei quo ad effect⁹ est maior iusticia dei. CA.V.

Quarto principalit̄ misericordia dei est debite iusticie excessiua. Naꝫ in oībus opibus dei inueniūt misericordia ꝛ iusticia: vt dr̄ in psal. Misericordia ꝛ veritas obuiauerūt sibi. Tamē nota hic duo. Primū est: ꝙ iusticia aliqñ est occulta ꝛ misericordia manifesta sicut in iustificatiōe impii ꝛ in pmo aduentu xp̄i. aliqñ est ecōuerso. s. iusticia manifesta ꝛ misericordia occulta: vt in punitōe paruulorꝫ ꝛ sine baptismo decedētiū: ꝛ in scdo aduentu xp̄i. aliqñ est occultū vtrūqꝫ: vt in tribulatōe iustorꝫ ꝛ innocētū sicut fuit in Job ꝛ infirmitatibus paruulorꝫ. aliqñ vtrūqꝫ est apertū ꝛ manifestū vt in remuneratōe iustorꝫ ꝛ in dānatiōe reproborꝫ: qꝛ illos remūerat supra meritūꝫ. s. beatos: istos. s. dānatos punit citra ꝯdignū qd̄ est misericordie. sed vtrisqꝫ retribuit sꝫ merita. s. bonis bona: ꝛ malis mala: qd̄ est iusticie: Secūdo nota ꝙ lꝫ in quolibꝫ diuino opere sit misericordia ꝛ iusticia: tñ misericordia dei iusticie supeminet. vnde in psal. Miseratōes eius sup oīa opera eius. Hec be. Tho. iiii. scri. sen. di. xlvi. ca. de misericordia: arti. ii. q. iii. in cor. q. in fine. ꝓpter qd̄ dr̄ Jaco. ii. Superexaltat autē misericordia iudiciū. Q̄ aūt misericordia dei supior ꝛ excellētior sit iusticia ꝓbo triplici rōne. s. respectu culpe remisse: vite moderne: fiñe extreme. Primo misericordia dei est supior ꝛ excellētior iusticia eius respectu culpe commisse: vt dicit Berñ. Peccō commisso iusticia allegabat Dñe iustus es: g̊ gen⁹ humanū debes dānare. Ecōtrario misericordia allegabat: Dñe benignus es: g̊ debes ipsuꝫ saluare. ꝛ sic obtinuit misericordia: ꝙ xp̄us est incarnat⁹ ꝛ crucifixus: qd̄ iusticia ipedire volebat. Psal. Misericordia dñi plena est terra. Scdo misericordia dei ē superior iusticia respectu vite moderne. ꝛ hoc duob⁹ modis: vt dicit glo. sup allegato verbo. s. Misericordia supexaltat iudiciū. i. misericordia supponit̄ in iudicio. pmo qꝛ iudiciū qd̄ est cū misericordia cōmēdabili⁹ est ꝛ magis plꝫ. debꝫ enī misericordia iusticia regulari: ꝛ iusticia misericordia mitigari vel tpari. Cui⁹ rōem Chryso. sup Math. tāgit dicēs: Sicut misericordia ꝯtēpta iusticia non est misericordia sed fatuitas: ita iusticia sine misericordia non est iusticia sed crudelitas. 2° qꝛ plures ꝑ misericordiā colligunt̄. s. q̄ misericordiā ꝑstiterūt: Math. v. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiā cōsequent̄. Tertio misericordia excellētior est iusticia respectu sententie extreme. nā pauci vel nulli de rigore iusticie saluabunt̄. vñ in psal. Si iniqtates obseruaberis dñe: dñe qs sustinebit: Quia apud te ꝓpiciatio est ꝛc. Glo. Circūspectis oībus nullū bonū vidēs; sed vndiqꝫ mala ꝛ cateruas suorꝫ scelerū cernēs qsi expauescēs clamat: Si iniqtates. i. si ad vīdictā eternā petā seruaueris dñe: quis te iudicē sustinebit: q. d. null⁹: qꝛ ꝓpe oīs humana vita petis suis circūuallabat̄: oīsqꝫ cōsciā suis cogitatōibus accusat̄: ꝛ non est castū cor qd̄ de sua iusticia presumat sed de sola dei misericordia. vñ subdit: Quia apud te ꝓpiciatio est. q. d. Si iudex solū esse velles: ꝛ misericors eē nolles: nullus posset tuū iudiciū sustinere: imo quilibet desperaret sed ego non despero sciens ꝙ apud te est ꝓpiciatio. pꝫ g̊ ꝙ misericordia dei supior est iusticia dei. Q̄ aūt misericordia dei maior sit oī culpa nostra ꝓbat̄ sic. Naꝫ culpa petōꝝ: aut est diuturna vel lōga: aut est magna aut ē multa. pmo enī si est longa: tunc misericordia dei est lōgior. psal. Misericordia aūt dñi ab eterno ꝛ vsqꝫ in eternū super timētes eū. 2° si culpa est multa tunc dei misericordia est vniuersalior ꝛ copiosior. ii. ad Chorinth. i. Pater misericordiarū ꝛ deus totius ꝯsolatōis. Ambro. Deus ē pater misericordiarū dans nobis petōꝝ veniam ꝛ bona opa: ꝛ in tribulatiōe ꝯstantiā. Et deus totius ꝯsolatiōis. i. pfecte ꝯsolatōis: qꝛ non est min⁹ in tribulatiōe solatiū. 3° si culpa est periculosa vel magna: tūc misericordia dei est maior. Ubi nota: ꝙ dei misericordia est magna quatuor modis. s. ꝓfunditate. lōgitudine: latitudine: ꝛ altitudine. pmo dei misericordia est magna ꝓfunditate sicut puteus nos ab inferis reuocādo. psal. Misericordia dei magna est sup me: ꝛ eruisti aīam meā ex inferno inferiori. 2° misericordia dei est magna longitudine sicut linea: petōres diu ad penitentiā expectādo. psal. Et tu dñe miserator ꝛ misericors patiēs. 3° misericordia dei est mag latitudine vt campus vel stagnū beneficia sua oībus cōferendo: psal. Misericordia dñi plena est terra. 4° misericordia dei est magna altitudine sicut arbor in celo pl⁹ debito premiando. psal. Q̄ magna est sup celos misericordia tua. ¶ Q̄ in misericordia homīs ad hominē sunt duo ꝯsideranda: ꝛ que. CA.I.

# Misericordia hominis ad hoīem.

p̄mo demōstratiue sic dicēs: Ecce. pphetali certitudine demonstrās futurū quasi p̄sens ad oculū. glo. interli. q. d. Non amplius loquetur p enigmata. sz verbū inuisibile prius visibile p carnis assūptionē p̄dicit dicēs: Ecce virgo cōcipiet. rc. 2° ppheta loquitur admiratiue dicēs: Ecce virgo cōcipiet. s. de spūsancto. Et pariet filiū. non filios vt dicit Heluidius hereticus: cōtra quē Hiero. scripsit epl'az de virginitate virginis ꝑpetuo cōseruata: Ergo virgo cōcipiet manēs virgo: et virgo manēs pariet filiū dei et suū: verū deū et verū hominē. Ubi glo. collate. sic ait: Uirgo latine: hebraice dicitur alma. latine quoqz alma dicitur sancta. Alma tn̄ virginē nubilem et adolescētulā signat. et subdit glo. Hebrei pene oīuz linguaꝝ verbis vtuntur. Hebreus hz alma: vbi nos habemus virgo. Judei autē increduli accipiūt almā p adolescētula: et p virgine. vn̄ verbū Jsa. Ecce vgo cōcipiet rc. diuisiz exponūt et nō cōiūctiz dicētes: Ecce vgo cōcipiet rc. i. illa que est virgo cōcipiet sed non virgo manēs: sicut dicitur albū erit nigrū non manēs albū. sed sm̄ hoc nulla est nouitas: nullū signū: nullū miraculū: qz in hoc mūdo multe virgines adhuc pariēt. vn̄ Hiero. sic obijcit eis in originali: Si aliq̄ deflorata cōcipit que ē nouitas: vel qd signū: q. d. nullū. Et subdit cām quare: dicēs: Talis enī cōceptio est vsitata: ergo predictū verbū: Ecce virgo cōcipiet sm̄ fidē et rei veritatē cōiunctiz et non diuisiz est exponendū vt pz. Tertio tangitur noīs qualitas vel q̄ditas: ibi Et vocabis nomē eius Emanuel. q. d. Inuocabis nomē eius. i. rem huius noīs vt te liberet a periculis et te saluet Emanuel. Glo. interlin. qd interpretatur nobiscum deus. Quarto tangitur vel cōcluditur finis vtilitas: ibi Butyrū et mel comedet vt sciat rc. In quibus verbis vtraqz natura xpi tāgitur: humana: et diuina. Primo humana natura dicēs: Butyrū et mel comedet. Glo. i. omnē cibū hoī idoneū in quo verus hō demonstratur. et dicit: Butyruz et mel. i. omnē cibū infātilē et virilē. Per butyrū eniz qd fit de lacte infantilis cibus intelligitur. per mel aūt cibus virilis. q. d. Sic erit infans qz etiā erit vir pfectus scīa et virtute. et non solū erit verus infans et verus hō: sed etiā verus deus: id 2° tangit diuinā naturā dicens: Ut sciat rc: Quod verbū exponitur quattuor modis. p̄mo glo. collate. exponit sic dicens: His verbis pcipimus saluatoris infantiā diuinā non minuisse in eo sapientiā. 2° sic: Ut sciat reprobare malū. Glo. interli. qz nūqz vitioꝝ patet affectibus. 3° sic: Butyrū et mel comedet. Butyrū. i. pinguedo vel mysteriū incarnatōis. et mel. i. dulcedo deitatis. Glo. colla. Quia in pānis infantie positus erat verus deus: qz habebat boni maliqz discretionē. 4° mō sic: vt sciat reprobare malū. i. omnes pctōres. et eligere bonū. i. omnes bonos qd xp̄us fecit facit et faciet. p̄mo fecit ab eterno vt deus p̄destinādo et reprobādo. 2° hoc quotidie facit occulte. 3° xp̄us faciet in die iudicij qn̄ sepabit hedos ab agnis. Hec. h. Tho. breuiter tangit tertia pte sum. q. xxxvii. arti. ij. vtrū cōueniēter fuerit xp̄o nomē impositū addu cens illā autoritatē Jsa. vij. Ecce virgo rc. Et exponens quō intelligitur: ibidē in solu. j. argu.

ℭ Qz nomē iesus figuratū fuit pluribus noībus vt pz. CA. III.

Scūdo hoc nomē iesus est figuratū et effectiuū salutis si cōsideramus a quo saluamur: qz a diabolo cuius spolia abstulit. et id hoc nomē p̄figuratū ē Jsa. viij. vbi dicitur: Uoca nomē eius accelera: spolia detrahe: festina p̄dari. Que sunt verba patris ad filiū dicētis: Uelociter spolia. i. hoīes captiuos detrahe a diabolo et cito p̄dare diabolū. i. predā quā violentē diabolus rapuit et iniuste ei diripe. Nec ad hoc faciendū angelos vel pphetas mittes. sed tuipse descēde p quā figurā vel p̄figurationē nomīs insinuatur qualis sit futurus qui pphetatur de virgine nasciturus: vt dicat ei pater: Accelera. s. in ingressu. spolia detrahe. i. hoīes captiuos. s. in pgressu. Festina predari aīas quas diabolus iniuste rapuit in egressu: sm̄ illud apl'i ad colloss. ij. Expolians principatus et potestates traduxit cōfidenter palā triumphās illos in semetipso. In quo verbo notantur et tāguntur ab apl'o tria bn̄ficia exhibita existētibus in lymbo. Primū est ablatio potestatis ab ipsis detentoribus: ibi Expoliās p̄ncipatus et potestates. Ambro. in glo. i. aīas q̄s tenebat captiuas quibus eos expoliauit. Nam p̄ncipatus appellat demones inq̄ntum eas subijciūt p culpā: potestates vō inq̄ntū affligunt p penā. Scdm̄ beneficiū est liberatio iustorū a lymbo: ibi Traduxit illos cōfident. i. illa inferni spolia longe duxit vsqz in celū in psal. Ascendēs in celū captiuā duxit captiuitatē. Tertiū beneficiū est demonū per sui presentiā plena subiectio: ibi Palā triūphans. palā dicit nō in abscōdito sed sicut manifestū est toti mūdo triūphans illos. s. p̄ncipatus et potestates in semetipso sustinens. s. passionē et seipsuz offerēs. Hoc enī p̄exigebatur vt prius triūpharet: postmodū illos liberaret. Uel traduxit illos. s. demones de ecclesia ejiciēdo triūphans illos p suā passionē. Un̄ instante passione dicebat Joh. xij. Nunc princeps huius mūdi ejicitur foras: vel spoliās infernū aīabus: vel se carni mortali traduxit: vel aīas in celū: vel demones de ecclesia. Hec bea. Tho. sub cōpendio tangit. iij. pte sum. q. xxxvij. arti. ij. vtrū cōueniēter fuit xp̄o nomē impositū: in solu. j. argu.

ℭ Qz hoc nomen iesus figuratum fuit sex nominibus. vt pz Jsaie. ix. CA. IIII.

Tertio hoc nomē iesus est via et terminus nostre salutis. Et id figuratur Jsa. ix. sex nomibus. vbi dicitur sic: Uocabitur puer de virgine nascitur Admirabilis: cōsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Inq̄ntuz admirabiliter deitatis cōsilio et virtute ad hereditatē futuri seculi pducimur ī quo erit pfecta pax filioꝝ dei sub ipso p̄ncipe dn̄o. s. iesu xp̄o: et hoc modo exponit bea. Tho. p̄dictā autoritatē Jsa. ix. iij. pte sum. q. xxxvij. arti. ij. vtrū cōuenienter fuerit xp̄o nomē impositū: in sol. j. arg. Ad maiorē in̄ predicte autoritatis euidentiā est sciendū: qz preter premissa nomīa. s. Emanuel: accelera: spolia detrahe: festina predari. predictis sex noībus nomē iesus p̄figurat: vt pz. s. Rō autē huius numeri nominū est: qz senarius numerus est numerus perfectus sm̄ arithmeticā rōez: vnde sexta die pfecit deus celū et terrā et omnē ornatū eoꝝ. et sm̄ apl'm In plenitudine tpis misit deus filiū suū in mūdū. et sexto die et sexta hora genus humanū redemit. Que verba exponuntur q̄ttuor modis.

Primo sm̄ glo. interli. sic: Uocabitur p̄mo admirabilis: qz deus et hō quod est inauditū: 2° cōsiliarius: qz magni cōsilij angelus: 3° deus: qz creator oīuz. 4° fortis: cui nemo possit resistere: 5° pater futuri seculi: qz sine fine beniuolus: 6° princeps pacis: qz recōciliauit nos deo et angelis qui fecit vtraqz vnū. Hec glo. interlin. ibidē. Scdo modo exponitur sic: Uocabitur nomē eius p̄mo admirabilis in incarnatōe vl' natiuitate: qz inauditū est et admiratōe dignū. s. qz deus factus est homo: et qz clauso exiit vtero paruulus et īmensus: mortalis et īmortalis: cōtinens et cōtentus. Gen. xxxij. de angelo dicēte: Quid queris nomē meū quod est admirabile: in psal. Dn̄e dn̄s noster q̄ā admirabile rc. 2° vocabitur consiliarius in circūcisione et p̄dicatōe docens nos circūcidi a vitijs. Matth. iij. Penitentiā agite rc. 3° est deus in creatōe: qz creator oīuz. et diffusione: quia vbiqz est presens: et magoꝝ adoratione: Matth. ij. Obtulerunt ei munera rc. 4° est fortis in passione: qz ibi diabolū vicit et debilitauit: in psal. Dn̄s fortis et potens: dn̄s potens in prelio. 5° vocatur pater futuri seculi in resurrectiōe. j. ad Chorinth. xv. Sicut p hoiem

mors rc. 6° princeps pacis in ascensione: quia ianuam eterne pacis primus intrauit et omnibus electis apeꝛuit et ideo patri et angelis nos recōciliauit. Hec dñs Hugo cardinalis in postilla ibidē. Tertio modo exponit sic: Uocabit nomē eius admirabilis in miraculis. consiliari⁹ in doctrinis: deus in tribus substātijs: fortis in triūphis pater futuri seculi in pmissis: princeps pacis in ecclesijs et in premijs. et sic quatuoꝛ modis exponit.

℄ Q: hoc nomē iesus est ꝓpriū nomē xpi. CA.V.

Tertio et vltimo pncipaliter circa nomē xpi cōsiderāda est expressionis vel appellatōis ꝓprietas. nam hoc nomē iesus est ꝓpriū nomen xpi. qđ tripliciter ꝓbo. s. autoꝛitatib⁹: rōnib⁹: et inductiōib⁹. Primo hoc ꝓbo duab⁹ autoꝛitatib⁹. et pmo autoritate Luce j. Dixit angel⁹ ad mariā: vocabis nomē eius iesū. vbi Grego. sic ait Dicit autē angelus ad mariā Tu vocabis eū non pater. patre enī caret qūtuꝫ ad inferioꝛē generationē: sicut et matre qūtum ad supernā generationē. Et Beda ibidē: Uocabis nomē eius iesum. Jesus autē salvatoꝛ interpretat. et ideo Grego. exponens hoc verbū sic ait: Cum autē expectatio partus mulieribus timoꝛē incutiat: sedat timoꝛis metū dulcis partus relatio. Saluatoꝛis enī euētus est cuiuslibet timoꝛis ꝓpulsio. Hec be. Tho. adducit ad expositionē pdicte autoꝛitatis in euangelio ꝯtinuo Luce vbi. s. Scđo ꝓbo hoc idē autoꝛitate Luce. ij. Postq̄ꝫ ꝯsūmati sunt dies octo vt circūcideret puer vocatū est nomen eius iesus. quod interpretat saluatoꝛ: et merito: editus aūt fuit ad totius oꝛbis salutē. quā sua circūcisione pfigurauit: sm q dicit aplus. j. ad Collossē. ij. In quo circūcisi estis circūcisione nō manufacta: in expoliatōe coꝛpis carnis: sed in circūcisione iesu xpi. In quibus verbis apl's tangit tria. pmo enī pmittit circūcisionis cām exemplarē dicēs: In quo. s. in xpo circūcisi estis. Aug⁹ in glo. i. purificati ab erroꝛe. 2° excludit circūcisionē carnalē: ibi Non circūcisione manufacta in expoliatōe coꝛpis carnis qua faciebāt iudei. Cui⁹ rō est qꝛ ibi nihil fit nisi q cutis vel pellis aufert. 3° ostendit et pcipit circūcisionē vel gratiā spēalē: ibi Sed in circūcisione iesu xpi. i. in circūcisione spūali coꝛdis. vbi oīa vitia amputata sunt qđ solus xpus facit. q. d. Circūcisio iudei est circūcisio carnis tm̄ que nihil ꝓdest ad vitā eternaꝫ. Circūcisio autē christiani est coꝛdis que circūcidit intellectū a mala cogitatōe: affectū a mala volūtate: linguaꝫ a malo sermone: manū a malo opere: pedē a malo itinere: oculū ne mala videat: aurē ne mala audiat. Ubi nota q abraā semel suscepit a deo impositionē noīs et circūcisionis mandatū: vt habet Geñ. xvij. ideo apud iudeos cōsuetū vt ipso die circūcisionis nomīa pueris imponerēt: que ante circūcisionē pfectū esse non habuerūt. Sic etiā nūc in baptismo nomīa imponunt. Et ideo xpus simul cum fuerit circūcisus nomīs impositionē accepit. et subdit: Quod vocatū rc. vbi Origenes sic ait: Nomē aūt iesus gloriosū: omniq̄ꝫ cultu dignissimū nomen quod est sup omne nomē: non decuit primū ab hoīb⁹ appellari nec ab eis in mūdū afferri: sed a nobilioꝛi creatura: ideo signanter dicit euāgelista: Quod vocatuꝫ est ab angelo. Hec be. Tho. iij. parte sum. q. xxxvij. arti. ij. vtꝝ conuenienter fuerit xpo nomē impositū: in solu. iij. argu. Et concludit: Priusq̄ꝫ in vtero cōciperet vocatū est nempe nomen iesus non impositū. Hoc enī nomē iesus est ab eterno: qꝛ a ꝓpꝛia natura habꝫ vt sit saluatoꝛ. Et inde. s. a ꝓpꝛia natura natuꝫ est ei hoc nomē iesus non ab humana vel angelica creatura. Hec est expositio mgr̄alis.

℄ Q: nomen iesus est ꝓpꝛiuꝫ et conueniens nomen christo. CA.VI.

Secundo q istud nomen iesus sit cōueniens et ꝓpriū xpo probo triplici rōne. s. ratōne nature: decētie efficacie. Primo rōne nature: qꝛ debuit. cōsequens enī fuit vt qui in diuina natura erat saluatoꝛ etiā in humana natura vendicaret sibi nomē saluatoris Luce j. Et filius altissimi vocabit habens eandē naturā numero cuꝫ deo patre. Scđo rōne decentie qꝛ decuit. decens enī fuit vt qui saluare venerat habebat nomē saluatoris actuū. iiij. Nec enī est aliud nomen sub celo rc. Et sup illo verbo Luce. ij. Uocatū est nomē eius Jesus. Cirillus sic ait: Jesus qđ interpretat saluatoꝛ editus enī fuit ad totius oꝛbis salutē. Tertio rōne efficacie: quia meruit. passione enī sua meruit salutē nostrā: ad Phil. ij. Propter qđ et deus exaltauit illū rc. Sed foꝛte argues in oppositū. s. q hoc nomē iesus non est ꝓpriū xpo tali rōne: Illud quod ꝯuenit multis non est ꝓpriuꝫ vni. sed hoc nomē iesus cōuenit multis qui fuerūt ante xpm qui hoc nomie iesus sunt vocati: vt pꝫ in multis locis sacre scripture. ergo non est ꝓpriū nomē christo. Rñdeo et dico q hoc nomē iesus alia rōne conuenit his qui fuerunt ante xpm: et alia rōne cōuenit xpo. nam his qui fuerunt ante xpm in veteri testamēto cōuenit hoc nomē iesus sm aliquā rōem particularē: puta qꝛ aliquā particularē et tpalem salutē attulerant. sed sm rōneꝫ spiritualeꝫ et vniuersalis salutis hoc nomē iesus est ꝓpꝛium xpo: et sm hoc dicit hoc nomen nouū quod os dñi noīauit. qđ verbū exponit tribus modis. pmo sm glo. interli. sic. q. d. Uocabit tibi nomē nouū. qꝛ que prius synagoga: mō ecclesia vocat. 2° sm glo. interlin. sic: Uocabit tibi nomen nouū. i. O ecclesia que prius syon vocabaris: vocabit nomē nouū. i. christiani. vel nomē nouū qui pri⁹ alieni a deo: modo filij dei nominant: et hoc est nomē nouū vt exponit glo. interlin. ibidē. Et sup illo verbo Luce ij. Uocatū est nomē eius iesus: Beda in glo. dicit: vt sic a xpo xpiani: ita etiaꝫ a saluatoꝛe saluati vocent. 3° mō exponit sic: Uocabit tibi o xpe nomen nouuꝫ. s. iesus ꝑ vniuersalē et spūalem salutē quam attulisti. Hec. b. Tho. iij. pte sum. q. xxxvij. arti. ij. vtꝝ ꝯuenienter fuerit christo nomē iesus impositū. in solu. ij. argu.

℄ Q: in veteri testamento legunt tres fuisse huius nominis iesus et hoc in figurā veri iesus. CA.VII.

Tertio q illud nomē iesus fuerit propriū xpo ꝓbo exempli inductione. s. alioꝝ comparatione. nam huius nomis iesus tres fuisse legunt in veteri testamēto. Primus fuit Josue: Eccl. xlvj. Foꝛtis in bello iesu naue. i. filius iosue. hic introduxit in terraꝫ ꝓmissionis populū dei. Scđus fuit iesus filius Josedech sacerdotis magni. Hic edificauit tēplū dñi: vt pꝫ Aggei j. et Zacha. vj. Tertius fuit iesus filius Syrach hierosolymita. hic docuit sapientiā dei: vt dicit Eccl. j. Hi omnes figura fuerunt veri iesus qui inducit populū dei in terram eternā. i. in vitam eternā qui edificauit ecclesiā ꝓpꝛio sanguine qui docuit nos diuinaꝫ sapientiā. Et ideo generalem et spiritualem salutem attulit quantuꝫ est ex parte sua.

## Sequitur de littera Q.

¶ Q. Obedientia minoris ad maiorem est de iure naturali. CA.I.

Obediẽtia. Circa obediẽtiã considerãda sunt quatuor ex quibus multũ redditur cõmendabilis. primo ex obedientia status naturalis ↄseruat̃. 2° modus rõnabilis demõstrat̃. 3° virtus sublimis cõmendat̃. 4° fructus salutaris expectat̃. Primo ex obedientia status naturalis ↄseruat̃. Est enĩ de iure naturali ꝙ inferior suo supiori obediat: ⁊ minor maiori. Hoc autẽ ꝓbo tripliciter. s. similitudinibus: rõnibus: ⁊ autoritatibus. Primo ꝓbo similitudinibus vel exemplis. videmus enĩ ꝙ supiora virtute naturali vel gratuita eis collata inferiora mouent ⁊ dirigunt: sicut angeli inferiores regunt̃ ꝑ supiores: ⁊ corpora inferiora ⁊ grossiora ꝑ supiora ⁊ potentiora quodã ordine regunt̃: ⁊ corpa per spiritũ: vt dicit Aug⁹. iij. de trini. ⁊ natura corpalis ꝑ spũalem sub qua est regit̃ ⁊ mouet̃. vñ videmus ꝙ aĩa mouet corpus. nisi enĩ inferiora suis supioribus obedirent status humanaꝝ rerũ ↄseruari non posset. tunc enĩ nec spũs spiritui: nec corpus spũi: nec corpus inferius corpi supiori: nec creatura creature subijceret̃: ⁊ sic periret status humanarũ reꝝ ⁊ naturaliũ rerũ quod est impossibile. Hec bea. Tho. scda scde. q. ciiij. arti. vi. in cor. q. Scdo ꝓbo h̃ idẽ duplici rõe. Prima est talis: Illud qd̃ mouet aliud virtutẽ habet sup illud quod mouet̃: sicut mouẽs sup mobile: aliť non moueret sed ꝑcipue est mouere ꝑ intellectũ ⁊ voluntatẽ: g̃ qui ꝑcipit est supior illo cui ꝑcipit. Scda rõ est talis: Regulãs est supior regulato. sed qui ꝑcipit est regula eius cui ꝑcipit: g̃ ⁊c̃. lꝫ deus sit prima regula oĩs actiõis humane: tñ volũtas hoĩs imperãtis est quasi secũda regula volũtatis alteri⁹ obediẽtis: scda scde. q. ciiij. arti. j. in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu. Tertio ꝓbat̃ autoritatibus. ⁊ pmo apli ad Hebre. vlti. Obedite ꝑpositis vestris ⁊ subiacete eis: sed prepositus est maior: ⁊ subiectus est minor: g̃ ⁊c̃. 2° ꝓbat̃ autoritate Hiere. xxxv. Maiores miserũt minores suos ad aquã ⁊ iuerũt ad hauriendũ. vbi nota quot modis vnus est maior alio. Re. s. Maior. ¶ In quo demõstrat̃ rõnabilis modus obedientie. CA.II.

Secũdo principaliter obedientie modus rõnabilis demonstratur. Ad sciendum autem qualiter obediẽtia sit fienda. Req. diligenter infra Prece ptum. per totũ. ¶ Obedientia est virtus vt probatur per eius oppositum. CA.III.

Tertio ꝑncipaliter obediẽtie virtus sublimis cõmendat̃. Ubi nota ꝙ aliud est dicere: an obedientia sit virtus: ⁊ aliud an sit maxima virtus. Primo enĩ dico: ꝙ obedientia sit virtus. qd̃ ꝓbo ꝑ eius oppositũ sic: Si oppositũ in opposito ⁊ ꝓpositũ in ꝓposito. sed eius oppositũ. s. inobediẽtia est pctĩ mortale: g̃ obediẽtia est virtus singuloꝝ. Q. aũt inobediẽtia sit peccatũ mortale ꝓbo ꝓpter tria. s. propter affectũ: cõtẽptũ: ꝑceptũ. pmo ꝓpter affectũ sic: Illud qd̃ est diuine dilectiõi ↄtrariũ est pctĩ mortale. sed inobediẽtia est huiusmodi. qd̃ pꝫ: qꝛ charitas dei exigit vt eius preceptis obediat̃. sed inobedientia facit oppositũ: g̃ ⁊c̃. 2° ꝙ inobedientia sit pctĩ mortale ꝓpter ↄtẽptũ ꝓbo sic: Qui cõtẽnit preceptũ prelati peccat mortaliter. sed qui non obedit cõtẽnit: g̃ ⁊c̃. 3° ꝓpter preceptũ sic: Ille qui ordinatiõi diuine resistit mortaliť peccat. sed qui ꝑlato suo vel eius potestati resistit: dei ordinatiõi resistit: vt dr̃ ad Ro. xiij. g̃ ⁊c̃. Ubi nota ꝙ aliquis ex duob⁹ non obedit suo ꝑpo sito vel supiori. s. ex malicia: ⁊ ex impotentia. Primo dico ꝙ aliquis est inobediẽs ꝑlato suo ex ꝑtinacia vel malicia. ⁊ talis qui prelatũ ↄtẽnit mortaliter peccat. Scdo dico ꝙ aliquis est inobediẽs prelato ex impotẽtia: puta qñ prelatus iniũgit aliquid qd̃ subditus implere non põt: ⁊ tunc nõ peccat: qꝛ nullus ad impossibile obligat̃: ꝓpt̃ quod ꝑlati debent abstinere a multiplicatõne ꝑceptoꝝ: scda scde. q. cv. arti. j. in cor. q. ⁊ in solu. j. ⁊ iij. argu. Secũdo qñ querit̃: an obediẽtia sit maxima vł nobilissima virtutũ: dico ꝙ non. Cui⁹ rõ est: qꝛ nobilius est inherere deo qd̃ fit ꝑ charitatẽ ꝑncipaliť ⁊ virtutes theologicas q̃ȝ cõtẽnere ꝓpter deũ bona creata: ⁊ ideo post virtutes theologicas obedientia est maxima virtutũ. qd̃ ꝓbo ex tribus rõnibus. pmo ex pte eius ex quo inducit̃. 2° ex pte eius qui ↄtẽnit̃. 3° ex pte ei⁹ qd̃ offert̃. Primo obedientia est nobilissima virtutũ ex pte eius quo inducit̃ sic: Nullũ bonũ q̃ȝtũcũq; magnũ: puta sua pauperibus erogare: martyriũ sustinere: sine charitate meritoriũ esse potest. sed charitas ordinat̃ ad impletionẽ diuine volũtatis. Jo. vł Joh. xiiij. Si diligitis me mandata mea seruate. Et. j. Joh. ij. Qui dicit se nosse deũ ⁊ mandata eius nõ custodit. hic mẽdax est. Scdo: obediẽtia est nobilissima ex pte eius qd̃ ↄtẽnit̃ sic: Quãto bonũ qd̃ ↄtẽnit̃ est maius: tanto virtus est minor. sed cũ sint tria bona creata. s. bona exteriora: bona corporea: ⁊ bona interiora. s. voluntatis: ꝑ obedientiã ↄtẽnit̃ volũtas ꝓpꝛia qua hõ oĩbus alijs bonis vtit̃ ⁊ dñatur: g̃ ⁊c̃. Tertio obediẽtia est nobilissima ⁊ maxima ex pte eius qd̃ offert̃ sic: Quãto sacrificiũ est nobilius tanto virtus est nobilior. sed ꝑ obedientiã volũtas ꝓpria imolat̃: ꝑ sacrificiũ vo imolat̃ caro aliena. g̃ ⁊c̃. vñ Grego. vlti. mora. sup illo verbo. j. Reg. xv. Melior est obediẽtia q̃ȝ victime. sic dicit: Obediẽtia victimis iure ꝑponit̃: qꝛ ꝑ victimas aliena caro: ꝑ obedientiã vo ꝓpria volũtas mactat̃. Hec. b. Tho. scda scde q. ciiij. arti. iij. in cor. q. ꝑ totũ. vñ ad ostendendã obediẽtie excellentiã legit̃: ꝙ quidã sanctus hõ in excessu mentis positus vidit q̃ttuor ordines hoĩuȝ. pmus erat hoĩum infirmantiũ ⁊ grãs deo agentiũ: scdus hospitantiuȝ: tertius in solitudine degentiũ: quartus obedientiũ qui pre ceteris habebat gloriã vtens torque aurea. Et cũ senex q̃reret quare hoc esset. Rñsuȝ est ei qm̃ oẽs alij aliquã habebãt requiẽ ad implendã ꝓpriã voluntatẽ. Hic autẽ ordo omnẽ volũtatẽ relinquẽs. totũ se dedit volũtati iubẽtis: exemplo saluatoris qui vsq; ad mortẽ fuit patri obediens. propter qd̃ subdit̃: Q. deus exaltauit illũ ⁊ dedit ⁊c̃. ad Philipẽ. ij.

¶ Q. obedientia quattor bona facit. CA.IIII.

Quarto ⁊ vltimo ex obedientia fruct⁹ salutaris expectat̃. Nã obedientia spẽaliter q̃ttuor bona facit. s. conseruat: pacificat: impetrat: beatificat. primo obediẽtia ↄseruat ab omni malo. Eccs. viij. Qui custodit preceptuȝ non experiet̃ quicq̃ȝ mali. ⁊ Eccl. xv. Si volueris mãdata mea seruare ↄseruabũt vos. 2° obedientia pacificat: ꝑuer. xiij. Qui timet ꝑceptũ in pace versabit̃. Re. infra Pax. 3° impetrat: Grego. Si obediẽtes fuerim⁹ prepositis nostris: obediẽs erit deus orõnibus nostris. Et Aug⁹ in li. de ope monachoꝝ: Citius exaudit̃ vna orõ obedientis: q̃ȝ decẽ milia ↄtẽnentis. qd̃ duplici exemplo probo. primo legit̃ in vitis patrũ ꝙ quidaȝ de

senioribus misit discipulũ suũ ad hauriendũ aquã qui oblitus fune clamauit: O putee: o putee misit me seruus iesu xpi vt hauriã aquã. Et statim ascẽdit aqua ad os putei ꝛ impleuit lagenã: glorificãs potentiã saluatoris. 2° pbo exemplo beati Mauri: qui ad ꝓceptũ beati Benedicti pergẽs ad liberandũ placidũ puerũ dimersũ in flumine cucurrit sup aquas ꝛ eductũ p capillos extraxit: vt dr̃ in dialogo. Quarto obediẽtia beatificat Math. xix. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Et ꝓuer. xxix. Qui custodit legẽ beat⁹. Re. s̃. Lex. xxiiij. ca. quot bona facit lex diuina sup illo versu psal. Lex dñi immaculata cõuertens aias ꝛc̃.

## Ꝙ homines de necessitate precepti tenent facere oblationes. CA. I.

Oblatio. Circa oblationẽ cõsideranda sunt tria. primo necessitas offerẽtis: 2° cõgruitas recipiẽtis: 3° qualitas oblatõis. Primo cõsiderãda est necessitas offerẽtis. nã ex necessitate obligant hoĩes ad faciendũ oblatões. Et hoc ꝓcipue ꝓpter tres rõnes. pma est ꝓpter ꝓmissionẽ. scd̃a est ꝓpter subuentionẽ. tertia est ꝓpter cõsuetudinẽ. Prima rõ est ꝓpter ꝓmissionẽ: sicut cum aliquis offert donationẽ inter viuos vel cũ relinquit in testõ ecclesie aliquã rẽ mobilẽ vel imobilẽ in posterũ soluendã. Scd̃a rõ est ꝓpter subuentionẽ: puta cũ ministri ecclesie vnde sustentent non habent. dignũ est eni ꝛ hoc exigit rõ naturalis: ꝙ his qui cultui diuino ministrant ad salutẽ toti⁹ populi populus necessaria victus ministret sicut ꝛ his qui cõi vtilitati vigilẽt. s. ꝓncipib⁹: militib⁹ ꝛ alijs huiusmodi stipendia victus debent a populo. vñ ꝛ apl̃us hoc ꝓbat. j. ad Corinth. ix. Quis militat stipendijs suis vnq̃: quis plãtat vineã ꝛ de fructib⁹ nõ edit: Tertia rõ est ꝓpter cõsuetudinẽ. Nã in aliqbus solẽnitatibus tenent fideles facere aliquas cõsuetas oblatões ita dr̃ de cõsecra. di. j. Et est Grego. sic dicẽtis: Ois xpian⁹ ꝓcuret ad missarũ solẽnia aliqd deo offerre. Qui debitas oblatiões non faciũt dupliciter puniri possunt. Primo eni possunt puniri p subtractionẽ sacrorũ: non quidez p ipsũ sacerdotẽ cui sunt faciẽde oblatiões ne videat pro sacrorũ exhibitõe aliquid exigere sed p aliquẽ superiorẽ. Hec be. Tho. scd̃a scd̃e. q. lxxxvj. arti. j. in cor. q. ꝛ in argu. cõtra: ꝛ in solu. ij. argu. ꝛ ibidẽ. q. lxxxvij. arti. j. in cor. q. Scd̃o tales oblatiões non faciẽtes debẽt excõicari: vt pz p canonẽ. s. allegatũ. Quod quidã intelligũt de oblatiõe exteriori. sed de oblatõe interiori. s. cordis deuotiõis vel aliorũ bonorũ operũ. Subdit autez qui ꝓpter paupertatẽ sacerdoti subuenire non possunt non obligant: sed solũ ad offerendũ deo sacrificiũ interius. s. deuotionẽ cordis et mẽtis ad qd̃ omnes tenemur: vbi. s̃. q. lxxxvj. arti. iiij. in cor. q̃onis.

## Ꝙ solis sacerdotibus debent fieri oblatões. CA. II.

Secũdo principalit circa oblationẽ cõsiderãda est cõgruitas recipiẽtis. nã oblatões solis sacerdotibus offerri debẽt. ita dicit canon. x. q. i. Oblationes que intra sanctã ecclesiã offerunt tñmodo sacerdotibus qui quotidie dño seruire vident licet comedere ꝛ habere: qꝛ in veteri testõ ꝓhibuit dñs panes sanctos comedere filijs israel nisi tñmodo Aaron ꝛ filijs eius. Ubi nota: ꝙ aliqui possunt oblatões recipe precipue triplici rõne. s. rõne paupertatis: administratõis: gubernationis. pmo rõne paupertatis sicut paupes qui dispensatiõez sacerdotis vel ordinationẽ ecclesie habẽt. 2° rõne administratõis: puta si sint ministri ecclesie. 3° rõne gubernationis: puta si sint rectores ecclesie: oẽs tales possũt oblationes recipe. Hec be. Tho. vbi. s̃. q. lxxxvj. arti. ij. in solu. ij. argu. Ubi etiã est sciendũ ꝙ oblatões que p deo offerũt sacerdotibus a populo ad sacerdotes ptinẽt: non solũ vt eas in suos vsus cõuertant: veruẽtiã vt eas fideliter dispensent: partiz quidẽ expendẽdo eas in his que ad cultũ diuinũ spectãt. partim in his que ad victũ ꝓpriũ ptinẽt: qꝛ qui in altari deseruiũt cũ altari hic participãt: vt dr̃. j. ad Corinth. ix. partiz vo in vsus paupeꝝ: qꝛ etiã dñs iesus in vsus paupeꝝ loculos hẽbat. vt Hiero. dicit sup Math. ibidẽ arti. ij. in cor. q. in fine. Sed forte queres hic tria. Primo an clerico non seruiẽti ecclesie sint dãde oblationes. Rñdeo ꝛ dico scd̃m Hosti. ꝙ si clericus non seruit ecclesie vt debet ꝛ est notoriũ: ꝙ laicus tali nec oblationes nec elemosynas debet dare: sed ꝓximo supiori qui in vtilitatẽ ecclesie illas oblatões debz cõuertere. Scd̃o q̃res an sacerdoti fornicario sint dande oblatiões. Ad hoc respõdeo scd̃m Ray. Hañ. ꝛ Hosti. ꝙ si est notori⁹ fornicator ꝙ non. Si vo est fornicari⁹ occultus dico ꝙ sic. Tertio queres: an sacerdoti de suo patriomo sibi sufficienti sint dãde oblatiões. Rñdeo ꝛ dico ꝙ si de ꝓprijs diuitijs prouideat ecclesie vel paupibus: tunc talia põt recipe ꝛ non peccat. si aũt eas in malos vsus cõuertat sacrilegiũ cõmittit. vñ Hiero. Qui bonis parentũ ꝛ opib⁹ sustentari possunt: si qd̃ paupeꝝ est accipiunt: sacrilegiũ ꝓ facto incurrũt: ꝛ p abusionẽ taliũ iudiciũ sibi manducãt ꝛ bibũt. Itẽ si illo recipiẽte fame aliq̃ moriant ipse est reus homicidij: vt dicit Ray. Hañ. ꝛ Hosti. in sũma cõfessoꝝ li. iij. titu. xv. q. ix. per totum.

## Ꝙ de licite acquisito debet fieri oblatio. CA. III.

Tertio ꝓncipaliter circa oblationẽ cõsiderãda est qualitas oblatõis. nã de quolibet licite acq̃sito potest fieri oblatio. Cõtingit tñ ꝙ de talib⁹ nõ potest fieri oblatio ꝓcipue ꝓpter q̃tuor rõnes. s. ꝓpt detrimentũ: cõtẽptũ: votũ: scãdalũ. primo ꝓpter alteri⁹ detrimentũ: puta si filius deo aliqd̃ offerat vnde debet nutrire patrẽ qd̃ dñs ꝓhibet Math. xv. 2° ꝓpter cõtẽptũ qñ. s. id qd̃ offert est cõtẽptibile. vñ Malach. j. Uos polluistis nomẽ meũ in eo ꝙ dicitis: mensa dñi cõtaminata est: ꝛ qd̃ supponit est cõtẽptibile. 3° ꝓpter votũ. nam ex voto ꝓcedenti obligat hõ vt integrũ reddat qd̃ vouit. vñ Malach. j. Maledictus dolosus qui habz in grege suo masculũ ꝛ votũ faciẽs imolat debile deo. 4° ꝓpter scandalũ sicut oblatio de mercede ꝓstibuli ꝓhibet ꝓpter vitandũ scandalũ: ne videat ecclesia fauere pctõ si de lucro pctĩ oblationẽ recipiat. Hec. b. Tho. vbi. s̃. q. lxxxvj. arti. iij. in cor. q. ꝛ in solu. triũ argu. Est autẽ notandũ ꝙ sacerdotes non debẽt oblatões recipe in vniuerso ab octo generib⁹ psonarũ. s. a meretricib⁹: histrionibus: furibus: raptorib⁹: symoniacis: vsurarijs notorijs: oppssorib⁹ pauperũ: ꝛ iacẽtib⁹ in aliquo notorio ꝛ horrẽdo crimie: ꝛ hĩ in detestatõez crĩs: vt dicit Ray. li. j. Presbyteri autẽ nostri tpis vix tales discernũt. ꝛ ideo a multis his similib⁹ oblatiões recipiũt. Summa. cõfes. li. j. titu. ij. q. liiij. ꝛ lv. Debet g̃ quilibet oblationẽ facere de licite acquisitis: vt dr̃ ꝓuer. iij. ca. Honora dñm de tua substãtia. vbi. s̃. arti. iij. Re. s̃. Elemosyna.

## Ꝙ quattuor sunt genera occisionis q̃ determinant in lege. CA. I.

Occisio. Circa occisionẽ cõsiderãda sunt tria. s. sufficiẽtia nũeri: cõueniẽtia motiui: differẽtia modi. Primo cõsiderãda est sufficiẽtia nũeri. Nã quattuor genera occisiõis determinant in lege. s. lapidatio: suspẽsio: crematio: gladiatio. primo eni lapidatio inferebat pp blasphemiã: ita dr̃ Leui. xxiiij. Quicũz blasphemauerit nomẽ dñi morte moriat: lapidib⁹ obruet eũ ppl̃i multitudo. 2° inferebat crematio pp stuprũ: Leui. xxj. Sacerdotis filia si deprehẽsa fuerit in stupro flamis exuretur.

3° suspēsio inferebat̃ ꝓpter maledictionē dei: Deut°. xxi. Maledictus est a deo qui pepēdit in ligno. 4° gladiatio inferebat̃ ꝓpter rebellionē. vñ Deutro. xx. loquens de captōe ciuitatis rebellātiū sic dicit: Percuties de q̄ ibi est generis masculini in ore gladii. ¶ Q̄r lex vet⁹ q̄tuor genera occisionis adinuenit pp q̄tuor. CA. II.

Scūdo principaliter ↄsideranda est cōuenientia mortium. nam in morte quidam timent diuturnitatem: quidam acerbitatem: quidā vilitatem: quidam irremediabilitatē. Et ideo vt timore istoꝝ quatuor hoīes discederēt vel desisterent a pctō: lex q̄tuor occisionis genera adinuēnit. p̄mo. n. in morte aliq̄ timēt diuturnitatē. ꝛ iō lex mādauit lapidatōēꝫ que est diuturnū genus martyrii. 2° aliqui timēt acerbitatē. ꝛ iō lex ordinauit cremationē que est gen⁹ martyrii acerbissimū. 3° aliq̄ timēt mortis ignominiā ꝛ vilitatē. ꝛ iō lex excogitauit crucifixionē ꝛ suspensionē. 4° q̄r aliqui timēt irremediabilitatē: iō lex instituit gladiationē: ex qua consequit̃ irremediabilis passio.

¶ Q̄r occisio in generali fit duobus modis. CA. III.

Tertio p̄ncipaliter cōsiderāda est circa occisionē differētia modi. Nā occisio fit duob⁹ modis. s. interp̄tatiue: ꝛ vere. Interp̄tatiue fit duob⁹ modis. s. ominēdo: ꝛ ↄmittēdo. Primo fit omittēdo. s. cuꝫ quis non subuenit ꝓximo in extrema necessitate. Aug⁹ ↄtra Faustū: Nisi famelico qui mori possit porrigendo cibū subuenias: iaꝫ vt homicida teneberis. Et fit etiā cōmittēdo. ꝛ hoc trib⁹ modis. s. corde: ore. ꝛ ope. p̄mo fit corde odiēdo. i. Joh. iii. Qui odit fratrē suū homicida ē. 2° fit ore. ꝛ hoc trib⁹ modis. p̄mo detrahēdo: sic dicebat beat⁹ Petrus detractores homicidas est. 2°. mō fit malū ꝑsuadēdo. Aug⁹: Si fratri tuo malū ꝑsuades occidis. 3° fit ope scādalizando ꝑ malū exemplū. Rō autē istarū occisionū est ista. p̄mo enī ille qui odit in sua ↄsciā vel in sua volūtate occidit: q̄r vellet non esse vel non bene esse quē odit. 2° ille qui detrahit occidit in ↄsciā aliena qua viuebat ꝑ bonā opinionē. 3° mali ꝑsuasor occidit euꝫ in cōsciā eiusdē in qua viuebat ꝑ bonā voluntatē. Scḋo modo fit occisio vere cū cōmittit̃ homicidiū in corꝑis ꝛ aīe diuisionē: q̄ḋ fit tribus modis. s. cōsilio: facto: precepto. Re. s. Homicidium.

¶ Q̄r ab ocio cauere debemus rōne culpe. CA. I.

Cium. Nota q̄ꝑ multū cauere ꝛ vitare debemus ociū ꝑ̄cipue q̄tuor rōibus. p̄mo rōne culpe ꝛ criminis. 2° rōne circūstantie vel grauedinis. 3° rōne cāe vel originis. 4° rōne sequele vel op̄is. Primo cauere ꝛ vitare debem⁹ ociū rōne culpe vel crīs. Ubi nota: q̄ꝑ duplex est ociū. Primū est ociū ↄtemplatōis. s. vacatio ab his q̄ sunt actiue vite. Aug⁹ Ociū sanctū q̄rit charitas veritatis: negociū iustū suscipit necessitas veritatis. ꝛ tale ociū vel quies ↄtemplatōis p̄eligendū est vite actiue: in psal. Uacate ꝛ videte q̄m ego suꝫ deus. q. d. Uacate corꝑe ab exteriori op̄e. ꝛ videte. i. intēdite mēte diuine ↄtēplatōi. vñ subdit: Q̄m ego suꝫ deus. Re. expositionē. s. Contemplatiua vita. Scḋm ociū est vacatio ab oī actu iusticie vt dicit Grego. q̄ꝑ ociū est vel dr̃ q̄ḋ caret rōe iuste necessitatis vel intentiōe pie vtilitatis: ꝛ tale ociū est pctm̄ ꝛ ꝑ ↄsequēs vitandū. Q̄r aūt hoc ociū sit pctm̄ ꝓbo triplici rōne. Prima est rōne rep̄hensiōis sic: Nihil rep̄hēdit̃ nisi culpa. sed ociū rep̄hendit̃ vt pꝫ Matth. xx. Quid hic statis tota die ociosi: vbi Chryso. sic ait: Ociosi sunt non peiōres. Illi enī mortui dicunt̃ nō ociosi. Ociosus aūt ē qui op⁹ dei non op̄at̃. ꝛ subdit: Uis esse nō ociosus nec aliena tollas: ꝛ de tuis des. ꝛ op̄atus es in vinea dñi misvitē colēs. Scḋo hoc idē ꝓbo rōne punitōis sic: Nihil a deo punit̃ nisi pctm̄ sicut ꝛ bonū remuneraẗ. ſ; ocios⁹ vel ociū punit̃ a deo: Matth. iii. Oīs qui non fecerit fructū bonū abscidet̃ ꝛc. sed ociosus est q̄ non facit bonum q̄ḋ tenet̃ facere: ḡ ociū est pctm̄. Tertio hoc ideꝫ ꝓbo rōne cōꝑatōis vel assimilatōis sic: Iniq̄tas est pctm̄. sed ociū est iniq̄tas: ita dr̃ Ezech. xvi. Hec fuit iniq̄tas sodome sororis tue superbia ꝛ saturitas pāis ꝛ abūdātia ꝛ ociū ipsius ꝛ filiarū eius. ꝛ manū egeno ꝛ pauꝑi non porrigebāt. ꝛ eleuate sunt ꝛ fecerūt aboīatiōēs corā me. In q̄bus verbis sex pctā ponunt̃ simul: q̄r ↄueniūt. s. superbia in mente: eleuatio in gestu vel op̄e: abūdantia vō fit cū imisericordia: q̄r oīs diues imisericors est pauꝑibus. Tria vō alia ↄueniūt. s. gula. i. saturitas panis: ociū corꝑis: ꝛ abominatio luxurie intelligit̃. Uel hec fuit iniquitas sodome sororis tue: due fuerūt sorores. s. sodoma ꝛ samaria. Samaria est soror maior ꝛ significat clericos seculares. Sodoma est soror mīor ꝛ signat religiosos ꝛ claustrales sed vtrasq; excedit malicia p̄lati. Dicit ḡ hec fuit iniq̄tas sodome sororis. i. religionis tue: superbia ↄ obedientiā: ociū eius ꝛ filiaꝝ eius ↄ cōtinentiā: saturitas panis ↄtra abstinētiā: abūdantia reꝝ ↄ pauꝑtatē voluntariā. Et manū egeno non porrigebāt ↄ hospitalitatē ꝛ misericordiā. Et aboīatiōēs fecerūt ↄ me ↄtra bonā ↄsciam: vitā ꝛ famā ꝑ luxuriā. Hec Alex. ii. pte sum. q. xxxii. de ocio: arti. i. vtꝝ ociū sit pctm̄: in cor. solu. ꝛ Albert⁹ pisanus ordinis p̄dicatoꝝ in postilla sup Ezech. vbi. s.

¶ Q̄r ociū cauere debem⁹ q̄r vel est pctm̄ veniale vel mortale. CA. II.

Scūdo p̄ncipalit̃ ociū vitare ꝛ cauere debem⁹ rōe circūstantie vel grauedinis. Est enī ociū q̄nq; pctm̄ mortale: q̄nq; veniale. nā tunc ociū ē pctm̄ veniale cū q̄s quiescit ꝛ delectat̃ in aliquo bono delectabili creato citra deū. tunc vō ociū est pctm̄ mortale cum quies in aliquo bono cōmutabili p̄ponit̃ bono incōmutabili q̄ḋ est deus: vt dic̄ Alex. vbi. s. arti. ii. in cor. solu. vñ qui ociosus est tp̄e quo opari tenet̃ peccat mortalit̃ non faciēdo illud q̄ḋ face tenet̃. q̄ḋ tali rōe ostēdo: Illud q̄ḋ opponit̃ p̄cepto affirmatiuo ꝛ negatiuo ē pctm̄ mortale. sed ociuꝫ opponit̃ p̄cepto affirmatiuo q̄ḋ est de op̄e: q̄a ociosus non facit q̄ḋ ex p̄cepto tenet̃ facere. Et opponit̃ p̄cepto negatiuo q̄ḋ est de sabbato sancto: q̄r ocios⁹ nō facit q̄ḋ in sabbato tenet̃ facere. ꝛ iō ociosi sabbatū non ē sanctū. vñ Tren. i. dr̃: Uiderūt eā hostes ꝛ deriserūt sabbata ei⁹. q̄ḋ verbū exponit̃ trib⁹ mōis. p̄mo sic: Sabbata derisibilia sunt q̄r ociū ꝑ q̄ḋ debem⁹ deo vacare ↄuertim⁹ in luxū ꝛ turpitudinē. 2° mō exponit glo. colla. sic: Deriserūt sabbata nostra. Tūc demones sabbata nr̃a deridēt cū a bonis nos feriari vidēt. 3° mō moralit̃ vel spiritualit̃ sic: Alia glo. colla. exponit sic dicēs: Uiderūt ꝛc. maligni sp̄us vacatōis nr̃e ocia ad cogitatōēs illicitas ꝑtrahūt: ꝛ sic deludūt. Et subdit: q̄ꝑ canonicis ꝛ monachis ꝛ oīb⁹ dei ministris valde cauendū est vt non solū ab interno iudice sabbata eoꝝ exprobrent̃ ſ; etiā ne ab hostibus derideāt̃. Si aūt ꝑ vanis cogitatōib⁹ nr̃is: nr̃a sabbata irridēt̃ q̄d de illis putādū est q̄ cū deo vacare debēt etiā flagiciosa ↄmittere nō formidāt. Et ↄcludit: Si ḡ deo vacare volum⁹ ipsi solo corde ꝛ corꝑe vacem⁹. In psal. Uacate ꝛ videte q̄m ego sū de⁹. Hec in glo. vbi. s. ꝛ Alex. vbi s. arti. iii. in cor. solu.

¶ Q̄r ociū in op̄e q̄nq; est mai⁹ pctm̄ q̄ ociū in s̄mōe ꝛ aliq̄n ecōuerso. CA. III.

Uppositio aūt q̄ꝑ ociū sit pctm̄ mortale: vt pꝫ ca. p̄ce. forte q̄res vtꝝ eq̄lit̃ sit culpabile ociū in sermone ꝛ op̄e: Rñdeo ꝛ dico: q̄ꝑ cū hō abstinet a bono op̄e ꝛ a s̄mone bono ociādo q̄ntū est ex pte ei⁹ a q̄° abstinet (ceteris paribus aliis circūstātiis) magis est culpabile ociū op̄is q̄ ociū sermonis. Cui⁹ rō est: q̄r si op⁹

est melius q̄ verbum. ergo ociū opis est magis culpabile q̄ ociū sermonis. Scḋo vero ex pte dispōis ei⁹ qui abstinet maius pctm̄ est ociū sermōis q̄ opis. Cui⁹ rō est: qr plus est in ptāte nostra sermo q̄ op⁹. vn̄ Grego. sic ait: Quāto sunt leviora pcepta tāto mai⁹ pctm̄ ꝛ suppliciū est his q̄ non servāt. Sz levi⁹ pceptū est de utili sermone q̄ de utili ope: sicut sermo levior est q̄ opus. ergo maius culpabile ē vel maius pctm̄ ociū sermonis q̄ ociū opis: ꝛ ꝑ ꝯsequēs maior pena non observantib⁹. Hec Alex. vbi. s̄. arti. iiij. in cor. solu.

¶ Qr ociū orit̄ ex defectu triū: ꝛ quorum. CA. IIII.

Tertio pncipaliter ociū cavere ꝛ vitare debemus rōe cāe vel originis. Nam ociū orit̄ ex defectu dilectiōis. actōis. rōnis. Primo dico q̄ ociū oritur ex defectu dilectiōis. vn̄ Grego. in omel. sup Joh. ca. xiiij. sic ait: Charitas non est ociosa: aut enī pficit: aut deficit. vn̄ subdit: Operat̄ enī magna si est. Si aūt opari desinit iam amor non est. Ubi nota q̄ autoritas Grego. sic debz intelligi. Charitas non est ociosa. i. morosa in ocio: qr ꝛsi habēs charitatē aliqñ cadat in ociū: tn̄ a charitate cito excitat̄. Si ergo fieret vis in h̄ verbo ociosa simplr dicendū essz q̄ charitas non est ociosa. i. plena ocio. v̄ba enī huiusmōi in plenitudinē sonāt. Scḋo dico q̄ ocium orit̄ ex defectu actōis. nā ociositas opponit̄ actōi vl̄ opatiōi. qḋ sic pbo: qr in opibus vel actib⁹ virtutū sunt ꝑ ordinē ista tria. s. scire: velle: opari: prius est scire: scḋo velle tertio ꝛ ultimo opari. Cōtra hec tria sunt tria pctā. vbigrā: Naz ꝯ primū. s. ꝯtra scire est ignorātia. s. qn̄ hō tenet̄ scire aliqḋ ꝛ non scit illud. Cōtra scḋz actū. s. velle ē omissio vel ociū. s. qn̄ aliq̄s tenet̄ velle aliqḋ ꝛ non vult illud. Cōtra tertiū actū. s. ꝯ opari est cōmissio. s. qn̄ aliq̄s facit aliqḋ qḋ nō tenet̄ facere nec dz facere: ita q̄ ociositas ex defectu debite actōis cāt̄. Ubi nota q̄ lz in omissione vl̄ ocio sit remotio vl̄ negatio actus exterioris est tn̄ ibi positio actus interioris: qr negatio semꝑ affirmationē presupponit. verbigrā: Iste non vult facere qḋ tenet̄ facere: qr vult facere qḋ non dz facere: vel vult omīnē qḋ tenet̄ facere. Hec Alex. vbi. s̄. arti. ij. ꝛ. v. ad autoritatē Gregi. de amore. Sed forte q̄res verū ociosus dicat̄ q̄ non facit q̄ntuz dz. ꝛ v̄r q̄ non: qr null⁹ tantū pōt facere q̄ntuz dz vn̄ ociū ex ipossibili non v̄r nec causat̄. In ꝯtriū dicit Origenes: q̄ q̄ntuz q̄sq3 boni pōt facere tantū dz. Rn̄deo ꝛ dico q̄ cū v̄r: Quantū q̄sq3 boni aliq̄s pōt facere tantū dz. Distendū est q̄ duplex est debitū. s. rōne accepti: ꝛ rōne pcepti. Pmo cū v̄r: Quantū q̄sq3 boni pōt facere tantū dz rōne accepti. ꝛ h̄ est verū qḋ v̄r q̄ q̄ntū quisq3 boni pōt facere. i. ex quāta potētia pōt tantū dz. Alio mō dz hō rōne pcepti scḋm hoc non est verū q̄ q̄cquid hō pōt hoc dz. Cū aūt arguit̄ q̄ nullus pōt facere tantū q̄ntuz dz: ergo omittit. Rn̄deo ꝛ dico: q̄ omissio non respicit debitū ex accepto sed ex pcepto. Hec Alex. ij. pte sum. q. xxxiiij. de omissiōe: arti. ix. vtr̄ q̄tulūcūq3 pfectus semꝑ omittat: in solu. j. argu.

Tertio dico: q̄ ociū orit̄ ex defectu rōnis vel ex excessu stoliditatis: ita v̄r pver. xij. Qui sectat̄ ociū stultissim⁹ ē. Ubi nota: q̄ stulticie est triplex gradus. pmus grad⁹ stulticie est bonū non facere dū licet ꝛ pōt. scḋus est malū facere. terti⁹ est malū assuescere ꝛ ꝑseverare. vbigrā: prim⁹ gradus stulticie est vite ꝓpe necessaria non q̄rere. scḋus est seipsuz indefensuz hostib⁹ exponere. terti⁹ est hostes suos qui eū interficiāt nutrire. Hos tres gradus stulticie hz qui ociū sectat̄. qḋ sic pz: Prim⁹ gradus stulticie ociosi est: qr vite spūali necessaria q̄rere negligit: pver. xxviij. Qui sectat̄ ocia replebit̄ egestate rez tpaliū ꝛ virtutuz. Et affirmo h̄ tali rōe: Ociū peius est q̄ pigritia. sed vt v̄r pver. xxj. oīs piger semꝑ est in egestate vl̄ corpali vel spirituali: ergo ociosus magis ꝛc. Scḋs gradus stulticie ociosi ē qr seipsuz indefensuz spiritibus malignis exponit. vnde Hiero. in quodā sermone sic ait: Semꝑ aliquid opis facito vt te diabolus inveniat occupatū. non enī facile capit̄ a diabolo qui bono vacat exercitio. Terti⁹ gradus stulticie ociosi est q̄ in seipso motus carnales q̄si hostes crudelissimos ꝛ spūs malignos nutrit: Matth. xij. Tūc dic spūs imundus: Revertar in domū meā vn̄ exivi: ꝛ veniens invenit eā vacātē ꝛc. Ubi Raba. in glo. sic ait: Rediens aūt ad domū vn̄ exierat: invenit eā vacātē ab actib⁹ virtutū ꝑ ociū ꝛ negligentiā: scopis mūdatā. s. actib⁹ penitētie scḋm ꝓpriā reputationē purgatā vel ꝑ baptismuz: reputās qr ꝑ baptismū solū sine penitētia ꝛ bonis opib⁹ salvat̄: ꝛ ornatā. i. simulatis virtutib⁹ ꝑ hypocrisiz: vt dic glo. vel ornatā ꝑ simulationē sanctitatis exterioris. Vel aliter: Stultus est ociosus q̄ mercedē eternā pdit: stultior qui dānationē ꝓ omissis acq̄rit: stultissim⁹ qui in multa mala ꝛ pctā ꝛ ꝑ ꝯsequēs gravissimas penas incidit ꝛ incurrit. Hec Hugo cardinalis ordinis pdicatoꝝ in postilla sup illo verbo: Qui sectat̄ ocium ꝛc.

¶ Qr ocium est causa vel occasio multoꝝ: imo quasi omniuz malorum. CA. V.

Quarto pncipaliter cavere ꝛ vitare debem⁹ ociū rōne sequele vel opis seu finis. ꝛ formo sic rōez: Illud qḋ est cā vel occasio multoꝝ: imo q̄si omniuz maloꝝ vitare ꝛ cavere debem⁹. Sed huiusmōi est ociuz ita v̄r: Eccī. xxxiij. Multaz maliciā docuit ociositas. qḋ sic pz: Diabolus enī aīaz ociosaz faciliter inclinat ad peccatoꝝ ꝛ maloꝝ cogitationē: ꝛ a cogitatōe pcti ad peccati delectationē: ꝛ a delectatiōe ad ꝯsensuz: ꝛ ita a ꝯsensu ad opationē: ꝛ ab opatiōe ad ꝯsuetudinē: ꝛ a ꝯsuetudine ad falsam p̄sumptionē divine misericordie vel ad desperatōis miseriā. vn̄ Grego. Antiq̄u⁹ hostis mox vt ociosaz mentē invenit ad eā sub quibusdā occasionib⁹ locutur⁹ venit. Et Aug⁹ minus forte diabolus hoīez decepisset si eū minime ociosuz repperisset. Hec dn̄s Hugo in postilla ibidē. ꝛ ideo dn̄s multū repḣēdit ociosos dicēs Matth. xx. Quid hic statis tota die ociosi: i. vobis nihil pficiētes primo non subveniētes: deo non serviētes: diabolo nō resistētes: penitentiā non agētes: in posterū sibi nō providentes. Hec dn̄s Hugo ibidem.

¶ Qr oculi proprietates sunt octo que possunt homini spiritualiter adaptari. CA. I.

# Oculi proprietas.

Nota q̄ octo sunt ꝓprietates oculi q̄ possunt homini tam in via q̄ in patria cōvenire ꝛ adaptari. prima ꝓprietas est: quia oculus numero est geminus. scḋa est: quia est in capite collocatus. tertia est: qr in figura est spericus. quarta est: qr figure vel spēi est receptiu⁹ quinta est: qr non sui sed alteri⁹ est agnitivus. sexta est: qr totius corpis est directivus. septīa est: qr scḋm diversitatē distantie est diversimode cognitiu⁹. octava est: qr dispositōis mentis est indicativ⁹. Prima ꝓprietas oculi est qr in nūero est geminus. Rō huius est: vt vnus fortificet̄ ex alio: ꝛ vt defectus vnius ꝑ alterū suppleat̄. Sic in via duo oculi in vno capite signant: q̄ duo in vna societate seu collegio se iuuāt q̄ntuz ad recessuz a malo: ꝛ q̄ntū ad pfectuz in bono. propter qḋ Eccs. iiij. dicit̄: Melius est esse duos simul q̄ vnū: habent enī emolumentū societatis sue. Similit̄ in patria sunt duo oculi. s. intellectus ꝛ volūtas: ꝛ vnus non separat̄ ab alio. Secūda ꝓprietas oculi est: qr est in capite collocat⁹. sic oculi nostri sunt in patria collocati in capite. s. deo q̄ ē caput oīuz. Ocul⁹ intellect⁹ cognoscēdo ꝛ vidēdo deū: ocul⁹ affect⁹ i diligēdo eū. Silr̄ i via debem⁹ hr̄e oclos collocatos i capite. s. xp̄o q̄

nobis influit motū ꝛ ꝯsensū vt dicat qd̄ scribit Eccs.ij. Oculi sapiētis i capite ei⁹. Tertia ꝓprietas ē: qꝛ i figura ē spericus. Nā figura rotunda q̄ ē ꝑfectissima: simplicissima: capacissima oīuꝫ figuraꝝ significat: ꝙ ocul⁹ intellectus ē ꝑfectissim⁹ ꝛ capacissimus qꝛ dei. ꝛ iō nō implet neqꝫ ꝑficit nisi dei cognitiōe. Siłr ocul⁹ volūtatis debꝫ esse hic simplicissim⁹: ita ꝙ quicq̄d facim⁹ in dei gloriā faciam⁹: Matth.vj. Si oculus tu⁹ fuerit simplex totum corp⁹ tuū lucidū erit. Quarta ꝓprietas oculi est: qꝛ ē speciei vel rei similitudis receptiu⁹: sic etiā est in patria vbi ocul⁹ itellect⁹ recipit formā deitatꝭ. In via aūt ocul⁹ mentis dꝫ recipe formā dn̄ice passiōis. i. lat⁹ xp̄i ꝑforatū ꝛ similia: Apoca.j. Videbit eū ōis ocul⁹. Quinta ꝓprietas oculi ē: qꝛ nō sui ſꝫ alteri⁹ est cognitiu⁹. ꝛ i hoc ē dria īt oculū mētis ꝛ carnis: qꝛ oculi carnis seipsos videre nequeūt ſꝫ alia ꝯspiciūt. Oculi v̄o mentis mō ecōuerso se hīt. ſꝫ in hoc ē ꝯueniētis: qꝛ i patria ocul⁹ intellect⁹ primo vēit i cognitionē dei: p⁹ ea ex hac i cognitiōeꝫ sui. In via autē nos magis debem⁹ studē cognoscē facta nostra q̄ aliena. Cui⁹ oppositū multi faciūt. Aug⁹ li.x. ꝯfessio. Curiosū est humanū gen⁹ ad cognoscendū vitā alienā: desidiosū v̄o ad cognoscendū suā. Bern̄. in li. meditationū: Multi multa sciūt ꝛ seipsos nesciūt: alios inspiciunt ꝛ seipsos deserūt. Luce.vj. Quid aūt vides festucā i oculo ꝛc. Exemplū nāle: Ocul⁹ existēs i luce nō videt existētē in tenebris: ſꝫ econuerso. sic petōres in petōꝝ tenebris existētes: iudicare ꝑsumūt in luce grē existētes cū debēt esse oppositū. Sexta ꝓprietas oculi ē: qꝛ ocul⁹ toti⁹ corporis ē directiu⁹. vn̄ oculi luminaria noiant: qꝛ lumē exteri⁹ recipiūt ꝛ acceptū ꝯicant ꝛ diffundūt. vn̄ ph̄s q̄ dr̄ secūdus noīe diffiniēs oculū sic ait: Ocul⁹ est dux corporis vas luminis: index aīe: q̄ nō soluꝫ sibi videt ſꝫ toti corpi: atqꝫ totā aīam ꝑficit ꝛ totū corp⁹ nobilitat. Seq̄t enī ex dei visiōe apꝑhensio: delectatio: desiderij adimpletio: ꝛ dē honū. Siłr nos i via istruimur vt bono q̄ a deo habem⁹ alijs ꝯicare studeam⁹: ꝑma Petri.iiij. Vnusq̄sqꝫ sicut accepit gratiā i alterutrū illā administrantes. Exemplū. sicut ocul⁹ corꝑalis nō min⁹ videt: qꝛ toti corpi videt q̄nimo ex vidēdi exercitio potētior reddit i vidēdo: ita etiā scia ꝯicando nō minuit ſꝫ augef. vn̄ Isido. Sciētiā quā aure ꝯcipis ore effūde: sapiētia enī dādo fit largior retinēdo minorat. vn̄ Eccl.xxiiij. Videte qm̄ nō solum mihi laboraui: ſꝫ oīb⁹ exq̄rentib⁹ disciplinaꝫ. Septima ꝓprietas oculi ē: qꝛ fm̄ diuersitatē distantie ocul⁹ est diuersimode cognitiu⁹. si enī rem videat a remotis eā iudicat esse puā. si v̄o deprope eā iudicat magnā. vn̄ solē quē cernim⁹ a remotis iudicam⁹ modicū cū tn̄ certissime demonstratiōe ꝓbet esse centies sexagesies maior terra. Siłr: ocul⁹ hīt quāto ꝓpinqui⁹ videt deū: tanto ē beatior: quāto v̄o magis a remotis videt tanto min⁹ videt. Re. s. Beatitudo. ex quibus causis vn⁹ est beatior alio. In via autē peccatores a deo ꝑ peccatum q̄plurimū elongati: deum ꝛ celeste premiū parnipendūt: terrena v̄o quibus ꝑ amorem inherent estimant magna. Octaua ꝓprietas est: quia oculus est dispositiōis mentis indicatiuus. Nā faciliter ꝯuertitur oculus ad illud ad qd̄ eius inclinat affectus: quia vbi est amor ibi est oculus. vnde nō soluꝫ manus pedes ꝛ linguam: sed oculos continētes habere debemus: quia vt dicit Augustinus: impudicus oculus impudice mentis est nuncius. Sicut enī de recentia piscis ꝑ oculum indicamus: qꝛ nō est recens piscis qui habet oculum putridū ꝛ sanguineū: sic non bene castus videtur qui habet impudicū. vnde versificator: Inconstās animu⁹ oculus vagus instabilis pes. Hec hominis signa de quo mihi nulla boni spes est.

¶ Q᷑ deus fm̄ se odiri nō pōt ſꝫ ꝑ accidens. CA.I.

# Odium.

e **Et dimitte nobis debi**ta nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sicut dicit Cyprian⁹ sup illo verbo: post subsidiũ cibi qui perit in quarta petitione: petit etiã venia delicti in quinta petitione: vt qui a deo pascit in deo viuat. nec tñ p̃senti vite. sed eterne glorie consolatur: ad quam venire potest si peccata dimittant que delicta appellantur et debita. vnde et dicit: Dimitte nobis debita tc. In quibus verbis sicut dicit Aug⁹ ad pbam: monemur et q̃d petamus: qr dimitte: et quid faciamus: qr vt dimittam⁹. Ex his sequit quid accipere mereamur: quia si dimiserimus dimitter: al's nõ. Primo monemur quid petam⁹ qr indulgentiã p̃teritoꝝ peccatoꝝ: ibi Dimitte nobis tc. in quo verbo tangunt tria. p° diuine virtutis imensitas 2° prauitatis humane cõmunitas: 3° seruitutis anguste anxietas. Primo tangit diuine virtutis imensitas: ibi Dimitte. s. tu qui habes potestatẽ dimittendi peccata. in psal. Tu remisisti impietatẽ peccati mei. Et quare: Certe quia ego dixi. Confitebor aduersum me. Re. s. Absolutio. et s. Confessio. iij. ca° Si autẽ quis quereret: an remissio culpe sit ex misericordia vel ex iusticia dei. Respondeo et dico q remissio culpe et pene eterne cõmutate in temporalẽ est ex misericordia. ita dicit Trenoꝝ. iij. Misericordie dñi quia nõ sumus consumpti. et Numeri. xiiij. Domin⁹ patiens et multe misericordie: auferens iniquitatem et scelera. Remissio vo pene tpalis quodãmodo est ex iusticia: qr post gratiaz susceptã homo motu liberi arbitrij meret remissionem pene: et maxime in confessione pter erubescentiã que est penalis. vñ iustũ est vt pena penam soluat. Scdo tangit prauitatis humane cõmunitas: ibi Nobis. vnde Aug⁹ in libro de bono p̃seuerantie sic dicit: Est enĩ nobis necessaria hec petitio contra pelagianos qui ponebãt hominẽ iustũ nullum omnino peccatũ habere. vnde qr peccatores sumus et quoti die peccam⁹: iubemur p peccatis orare. Qr aũt sumus omnes peccatores dicit p̃ma Joh. pmo: Si dixerimus qm̃ peccatum nõ habemus: ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. et puer. xx. Quis potest dicere: mundũ est cor meũ. s. a peccato cogitationis: delectationis: et ꝯsensus: et purus sum a peccato locutionis vel operis. q. d. nullus. Et hoc specialiter pter quattuor rõnes. Prima est pter periculuz iactantie. quia temerariũ est se iactare: vt dicit glosa sup illo verbo allegato: Quis pot dicere tc. Re. s. Jactantia. Secunda est pter status incertitudinẽ: quis nemo quantũcunq3 sanctus et iustus ẽ certus vtrũ sic dignus odio vel amore: vt dicit Eccs. ix. Re. s. Cognitio gratie. Tercia est pter mundoꝝ varietatem. vnde Eccs. vij. Nõ est homo iustus in terra qui faciat bonũ et nõ peccat. q. d. Nõ est aliquis iustus i terra cui ista duo cõueniant simul. s. bonuz facere: et nõ peccare. nõ peccare enim reperit in paruulis: sed nõ facere bonũ. Omnes enim peccauerũt et egent gloria dei: vt dicit ad Ro. iij. In solo aũt xpo et beata virgine illa duo simul inueniri potuerũt. vnde Aug⁹: Si oẽs sancti quotquot a pmo iusto vsq3 ad vltimũ simul eẽnt: nihil aliud dicerent q̃ Dimitte nobis debita nostra: excepta beata virgine: de qua cum de peccatis loquimur: nullaz prorsus volo mentionẽ vel questionẽ habere. Quarta est pter venialiũ inseparabilitatẽ. nullus enĩ p totam vitã suã seu p longũ tempus et si possit abstinere vel esse sine peccato mortali: nõ potest esse sine peccato veniali propter naturã corruptam. Si autẽ hoc inuenitur: hoc est de singulari et excellenti gratia dei: sicut dicit beatus Augustinus de beata virgine. vñ Augustinus sup p̃ma canonica Johis sic dicit: Impossibile est aliquẽ i minimis nõ cadere peccatis postq̃ libero arbitrio vtit. quod verbum intelligit considerata corruptione nature. Ubi nota q sicut nõ impediũt a vita eterna iustum quedam peccata venialia sine quib⁹ ista vita nõ ducit: sic ad salutem eternam nihil psunt impio aliqua bona opera sine quibus vita cuiuslibet pessimi nõ inuenitur: vt Aug⁹ dicit in libro de spũ et littera. Tertio tangitur seruitutis anguste anxietas: ibi Debita nostra. i. mala vel peccata debita vl p̃terita q̃ cõmisimus. Qr aũt debita dicant peccata, pbo tripliciter. s. rõne: similitudine: et auctoritate. p° rõne sic: Debitũ est illud qd nos obligat. s3 peccatuz nos obligat: siue ad penã eternã vt peccatũ mortale: siue ad tẽporalẽ vt veniale: g̃ tc. 2° pbo similitudine tali: Peccatores sũt debitores. ita dicit Luce. xiij. Putatis qr ipsi debitores fuerũt tc. s3 nõ fuerũt debitores nisi pter peccata: g̃ debita dicunt peccata: et Luce. vij. Duo debitores fuerunt cuidam feneratori tc. i. duo peccatores. s. p̃lati et subditi: clerici et laici: viri et femine: corp⁹ et anima: phariseus tc. 3° pbo auctoritate. nam sup illo verbo allegato Math. vj. Dimitte nobis debita tc. dicit glosa interli. i. peccata. et Luce. xj. dicit: Dimitte nobis debita nostra. S3 forte dices q peccata nõ dicunt debita sic: Debituz importat obligationẽ debitorũ. s3 nullus obligat ad peccatum cõmittendũ: g̃ tc. Rñdeo et dico: q l3 nullus obligetur ad peccandũ: tñ cõmittendo peccatum quilibet efficit debitor pene. vñ peccatum dicit debitum effectiue: qr peccatorem efficit debitorem. Ubi nota q multa sunt debita quibus tenemur et obligamur deo: ex pte nostri: et ex pte dei. Primo ex pte nostri ex quattuor tenemur deo. p° ex pmisso qd nos fecim⁹ in baptismo. psal. Reddam tibi vota mea. Reqre infra Uoti transgressio. 2° ex omisso circa multa bona que tenemur facere et nõ fecimus. psal. Delicta quis intelligit tc. 3° ex commisso circa multa que nõ debemus facere et fecimus. 4° ex pmisso circa ea que ex nostro consensu et pmissione fiũt ad Ro. pmo: Nõ solum qui talia agũt: sed qui consentiũt facientibus tc. Scdo obligamur et tenemur deo ex pte dei. et hoc quattuor modis. p° ex cõmisso super multis bonis que nobis cõtulit: que sunt bona naturalia: temporalia: spiritualia: que omnia male tractauimus et dispensauimus: Luce. xv. Diuisit illis bona sua tc. 2° ex dimisso super multis peccatis que cõtinue cõuertẽtibus dimittit: Matth. xviij. Serue nequã omne debitum dimisi tibi: qm̃ rogasti me tc. 3° qr pmisit nobis vitã eternã. Matth. xx. Cõuentione aũt facta cũ operarijs tc. 4° ex ꝑpesso p nobis: qr posuit aiam suã p vita nostra.

Quõ debem⁹ dimittẽ debitorib⁹ nr̃is. CA. XIIII.

f **Sicut et nos dimitti**mus. Supius nos saluator hortatus ẽ quid petamus. s. remissionẽ peccatoꝝ p̃teritoꝝ: modo hortatur hic quid faciamus. s. q dimittamus alijs: ita dicẽs: Sicut et nos dimittim⁹ tc. In quibus verbis quattuor tangunt. s. primo modus regulans: in aduerbio qd premittitur: sicut. secũdo reatus obligans. nam illud qd potest alicui dimitti: vel est culpa: vel iniuria: vel pecunia. tertio pximus orans vel supplicãs: ibi Debitorib⁹ nostris q̃rto fructi⁹ cõcomitãs: qui ẽ si dimitto: dimittor. al's nõ. Primo tangit modus dimittendi regulãs cum premittitur: sicut. quod quidem aduerbiũ quattuor importat vel signat. s. assimulationẽ: cõiunctionem: completionem: ordinez. Primo signat assimulationẽ. et hoc modo peccata debitoribus nostris nõ dimittimus sicut deus. Cuius rõ est: quia deus facilime dimittit peccata cum sit sũme potens et sũme bonus. nos aũt cum difficultate dimittimus: tũ pter defectum cognitionis: qr non co

gnoscimus omnia: tū ꝓpter defectū bonitatis: tū ꝓpter defectum virtutis: tū nihil est qđ ita nos deo assimilet sicut cum ignoscimus nobis iniuriā facientib⁹ vt dicit Chryso. in omelia. Scđo hoc aduerbiū sicut signat coniunctionē voluntatis ad voluntatē: isto modo accipitur Matth. xxvi. Nō sicut ego volo ʒ sicut tu. q. d. Nō sicut ego volo appetitu naturali ⁊ sensitiuo qui obuiant resistentibus: sed fiat sicut tu vis appetitu rationali ⁊ deliberatiuo qui se conformant volūtati diuine. Tertio istud aduerbium sicut signat vel complectionē. ⁊ sub isto sensu accipit̄ hic cum dicimus: sicut dimittimus. i. cum dimiserim⁹ debitorib⁹ nostris: dimitte nobis. ita dicit Chrysostomus sup̄ Matth. Nō dixit vt deus nobis prius dimittat: ⁊ postea dimittamus debitorib⁹ nostris. Et subdit causam dicens: Scit enim deus homines mendaces quoniā ⁊si acceperint remissionem peccati sui: ipsi suis debitoribus nō dimittunt: ideo sic dicit vt prius dimittamus: ⁊ post petamus dimissionē. Quarto istud aduerbium sicut dicit ordinem. Ubi nota ꝙ q̄tum ad p̄sens spectat duplex est ordo. Unus est exemplaris ad exemplatum. vñ quia misericordia domini p̄cedit misericordiam nostrā ⁊ est exemplar nostre misericordie: iō dicitur Luce. vi. Estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. Secūdus ordo est meriti ad premiū. ⁊ quia meritū p̄ponitur premio: ⁊ misericordia hōis est tanq̄ meritū: misericordia aūt dei est tanq̄ premiū: ideo preponit̄ misericordia hominis cum dicimus: sicut dimittimus. ⁊ sequit̄ misericordia dei: q꞉ dimittit nobis. Q꞉ aūt misericordia hominis sit p̄uialis misericordie dei: habet̄ Matth. v. Beati misericordes quoniā ipsi misericordiā consequent̄. Si autē aliter vis p̄cedere: dicas ꝙ hoc aduerbiū sicut in se quattuor habet. Est enī similitudinariū: respectiuū: quantitatiuū: ⁊ causatiuū. Primo est similitudinariū: ita accipit̄ Matth. xxij. Erūt sicut angeli dei in celo. q. d. qui indulserint alijs: locū vel gradum tenebūt angelorū: al's damnatorū. Secūdo est quantitatiuū. ⁊ hoc modo accipit̄ ad Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra ad faciendū vindictā quinq꞉ modis. s. vniuersaliter: frequenter: ardenter: velociter: p̄seueranter. p̄° exhibete vos ad parcendū vniuersaliter: vt pro deo omnes iniurias remittatis. 2° frequēter: vt sicut frequenter vindicare voluistis: ita frequēter parcatis. 3° exhibete vos ardenter: vt sicut ardenter cōsiderastis iniuriam: ita ardenter dimittatis offensam. 4° exhibete vos velociter: vt sicut velociter vindicare voluistis: ita velociter parcatis. 5° exhibete vos p̄seueranter: vt sicut p̄seuerastis in odio ⁊ liuore: ita p̄seueretis in dilectione ⁊ pace. Tertio istud aduerbiū sicut est respectiuū. ita dicit̄ Canti. p̄mo: Nigra sum ʒ formosa filie hierusalem sicut tabernacula cedar: sicut pellis salemonis. Quod verbū exponitur quattuor modis. p̄° sic: Nigra sum tribulatione: ʒ formosa charitate. 2° sic: Nigra sum. s. p corporis vilitatem. ʒ formosa p anime sanctitatē. 3° sic: Nigra sum. s. in oculis insipientiū. ʒ formosa conspectui angelorū. 4° sic: Nigra sum. s. in terra. ʒ formosa in celo. Et sequitur: Sicut tabernacula cedar. s. ismaelis: que exposita erant ventis. ʒ formosa sicut interius: sicut pellis salemonis q̄ erant rubricate: ⁊ quibus Salomon texit tabernaculū dei. Quarto istud aduerbiū sicut est causatiuū. ita dicitur Matth. xxij. sub illo sensu: Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum. Re. s. Dilectio ca° ij. in fine de modo diligendi ꝓximum. Scđo p̄ncipaliter tangit̄ reatus obligationis. Nam quod debitorib⁹ remitti petimus: vel est culpa: vel pena: vel iniuria: vel pecunia. p̄° ergo solus deus remittit culpā delendo maculā ⁊ cōmutando penam. 2° sacerdos dimittit culpam sacramentū absolutionis impendendo: ⁊ ostendendo culpam esse dimissam a deo: ⁊ etiā debitam penā virtute clauiū diminuendo. 3° lesus confert indulgentiā remittendo iniuriā sibi illatam: ⁊ hoc est dimittere debita debitoribus. s. offensam dimittere vel iniuriā. ita dicit̄ Eccli. x. Omnes iniurie ꝓximi ne memineris: ⁊ in operibus iniurie nil agas. Sed forte queres hic duo: vtrum ille qui nō habet peccatum aliquod: in dicendo pater noster peccet: Et videt̄ ꝙ sic tali ratione: Ille qui mentit̄ peccat. sed ille qui confitetur se habere debita que nō habet: mentitur: ergo peccat: ⁊ ita nō licet dicere. Respondeo ⁊ dico ꝙ hoc non potest alicui esse certū ꝙ omnino a peccato saltem veniali vel q̄ntum ad reatū aliquem sit immunis: si tamen per reuelationē sciat: non peccat dicens in persona ecclesie. Secundū est: vtrum ille qui debita nō dimittit: peccet dicendo pater noster. Et videt̄ ꝙ sic: quia talis sic dicendo ⁊ nō dimittendo mentit̄: ergo nō licet dicere. Respondeo ⁊ dico ꝙ ille qui in persona ecclesie dicit se debita dimittere nō peccat hoc dicendo: ʒ remissionem non consequitur peccatorū nisi dimittat. Hec beatus Tho. iiij. scrip. sentē. di. xvi. in expositione littere sup illo verbo. si veraciter dicit ⁊c. in fine distin. Sed dices forte ꝙ non debet tibi mandari vt nihil agas in operibus iniurie: vt nō sis memor eius: eo ꝙ nō est in potestate hominis reminisci vl' obliuisci iniuriarū. Respondeo ⁊ dico ꝙ glo. interli. sup illo verbo dicit: Omnis iniurie ꝓximi ne memineris. s. isto fine vt vindices. vnde Tullius dicit de Julio cesare ꝙ nullius obliuisci solitus erat nisi iniuriarū. De pecunia autē siue alia re ablata Innocentius dicit: ꝙ hic nō agitur de debitis pecuniarū ʒ de debitis offensarū. Qualit̄ aūt iniuria sit sustinenda vel repellenda: ⁊ pecunia sit repetenda vel dimittenda. Require. s. Contumelia. s. Iniuria: ⁊ infra Uindicta. Tertio p̄ncipaliter tangit̄ ꝓximus orans vel supplicans. Siquis autē quereret an dimissio iniuriarū sit omnibus facienda: aut solum debitoribus nostris petentib⁹ veniam. Respondeo ⁊ dico ꝙ ille qui est offensus vel qui recipit iniuriā: sic in mente debet esse dispositus vt etiam indulgeat veniā nō petenti: q̄tum tali offense vel iniurie dimissiū nihil valeat cū de illa iniuria non peniteat. Maxime aūt debemus dimittere iniuriam veniā petenti. quod patet: q꞉ nos petentes a deo: hanc orationē facimus: dimitte nobis debita nostra. vnde Augustin⁹ de sermone domini sic dicit: Illud sane potest tractari: vt q̄ꝫ dicim⁹: Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus. tunc conuincimur contra istā regulam fecisse si eis nō dimittamus qui veniā petunt: quoniam ⁊ nobis veniā petentibus a benignissimo patre dimitti volumus. Quarto ⁊ vltimo p̄ncipaliter tangit̄ fructus cōcomitatis: qui est: si dimittimus: nobis dimittunt̄: alias nō. ita dicit̄ Matth. vj. Si dimiseritis hominib⁹ peccata eorū: dimittet ⁊ vobis pater vester celestis delicta vel peccata vr̄a. Si autē nō dimiseritis hoībus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. In quib⁹ verbis tangunt̄ quattuor ex q̄bus omnes instruunt̄ infideles: ⁊ obstinati deterrent̄. fideles bñ dispositi alliciunt̄ ⁊ confortant̄: Primo oēs instruunt̄ ⁊ hoc dupliciter. p̄° ex p̄te petentis. vnde glo. super p̄dictum verbum Matth. vj. sic dicit: Neq꞉ aliud petit seu exigit iudex quem rogamus: nisi vt tales simus fratrib⁹: qualem eū nobis exposcimus. 2° ex parte transgredientis. Peccat enī grauiter talis nō solum quia rogatus a benignissimo patre: sed etiam q꞉ monitus a iudice fratri non indulget. Secundo deterrent̄ infideles ⁊ obstinati ex ablatione excusationis: tolletur enim reis ⁊ obstinatis omnis ratio ⁊ materia excusatiōis. vñ glo. ibidem: Nulla excusatio relinquitur: q꞉ vnusquisq꞉ sm

hanc sniam iudicabit in futuro. 3° fideles & bñ dispositi alliciunt ex euidētia diuine miserationis: qr paratus est ad indulgendū. vñ glo. ibidē. Deus manifeste magis vult inuenire cui indulgeat q̄ quē puniat. nā deo magis est ꝓpriū misereri & parcere q̄ punire. Rō autē huiꝰ est: qr ad effectū misericordie nō requirit actus vel meritū nostrū ſʒ solū qḋ est dei .s. bonitas eius. Ad rōnē autē iusticie requirit aliquid ex pte nostra .s. exigentia meritorū. Modo igit si deus magis vult parcere q̄ punire: quomodo sniam tanti iudicis poterit tēperare: & sniā tanti discriminis euadere poterit q̄ nō vult petenti sibi veniā indulgere: maxime cum deus posuerit hoc in potestate nostra. 4° fideles & bñ dispositi confortant ex cōcepta fiducia imperrādi. vñ glo. ibidē sic ait: Formā imposuit qualit iudicari velimus. Unde indulgentibus corā deo rñdet fiducia impetrādi: nō indulgentibꝰ vō nō rñdet fiducia ipetrādi: qr deus nūq̄ remittit. vñ Math. xviii. Si nō remiseritis: vnusquisq̄ fratri suo: nec pater vester dimittet vobis. Que verba Hieronymꝰ & Augꝰ exponūt Primo Hieronymꝰ sic dicit: Si nō remiseritis de cordibus vestris: vt oēm simulationem pacis ficte auerteret. Scḋo Augꝰ de verbis dñi: illud: de cordibꝰ vestris duobus modis exponit. Primo sic: De cordibꝰ vestris dicit qr melius est vt clames ore & dimittas in corde: q̄ vt tu sis blandus ore & crudelis in corde. Scḋo idē: Si nō remiseritis. iō eni dñs subdit: De cordibus vestris. vt si ꝑ charitatē imponitis disciplinā: de corde vestro lenitas non recedat. Quid eni tam piū q̄ medicus ferens ferramentū seuit in vulnus vt sanet: qr si vulnus palpat: homo ꝑdit. ℂ Qr rogamus deū ꝓ amotione peccati futuri dicendo: & ne nos &c. CA. XV.

## Et ne nos inducas in

tētationē. Supius in quinta petitiōe rogabat deus ꝓ amotiōe peti ꝑcedentis cū dicebat: & dimitte &c. modo in sexta petitiōe rogamus deū ꝓ amotiōe peccati futuri cū dicimꝰ. & ne nos inducas in tētationē. In quo verbo tangunt tria. Primo diuina potētia implorat. Secūdo humana insufficientia demonstrat. Tertio diabolica malicia euitat. Primo diuina potentia implorat in ꝓnoie demonstratiuo qḋ subintelligit .s. tu. vñ dicimus Tu .s. deus ne nos inducas &c. Augꝰ in libro de bono ꝑseuerantie sic dicit: Nihil enim fit: nisi qḋ aut ipse facit: aut fieri ipse ꝑmittit. Et subdit: Potens est ḡ deꝰ & a malo in bonū flectere volūtates. & in lapsū ꝓnos cōuertere & dirigere in sibi placitū gressū cui nō frustra dicit: & ne nos inducas &c. Scḋo humana insufficiētia vel impotentia demonstrat cū subdit Nos. cū eni nos simus cōmunit infirmi: inexꝑti: imꝑfecti ꝓ amotiōe tētationis: cōtinue rogare debemus: eo q̄ in bello tētationis succūbimus & sic ꝑiculo nos exponimus. Tertio diabolica malicia vel astutia euitat: ibi in tētationē. Ad cuiꝰ euidentiā modus loquēdi vel petendi est cōsiderandus. p° eni nō dixit: Mitte nobis tētationes. 2° nō dixit: Non ꝑmittas fieri tētationes. 3° nō petit sub cōditione. Inducas in tētationes si ꝓsunt. si vō nocent: non inducas. 4° nō dixit: Ne inducas in tētationes in plurali: sʒ in tētationē in singulari. Primo nō dixit: Mitte nobis tētationes: vel ꝑmitte nos tētari: eo q̄ cū simus imꝑfecti: tētationes sūt ꝑiculose ex quattuor ꝑtibꝰ. p° ex pte hostis qui non intendit nisi malū cū tētat. 2° ex pte mentis que cū nō semꝑ sit diuine gratie auxilio roborata: in bellis tētationis cadit. vñ glo. Math. iiii. sic dicit: Sine spū sancto qui ad pugnā vadit: cito cadit. 3° ex pte tpis. Nā diurum est & ꝑiculosum in tota vita sua militare viriliter ne deficiat: sicut dicit Job. vii. Militia (vel tētatio sm aliā littera) est vita hoīs sup terram &c. 4° ex pte finis: qr tētatio demonis: carnis vel mūdi est vel ad eneruandū: vel decipiendū: deiiciendū & damnandū. Scḋo nō dixit: Nō ꝑmittas fieri tētationes: qr hoc esset ablatio multorū bonoꝝ. vñ Augꝰ: Periculosissima tētatio est: nulla tētatione pulsari. qr inde ꝑueniūt multa mala. ꝑmū est elatio cordis. secundū est inspectio vel incōsideratio sui. tertiū est incōpassio tētatoꝝ. quartū est contēptus vel despectio alioꝝ. quintū ē ignorātia agendoꝝ: Eccl. xxxiiii. Qui nō est tētatus quales scit. q. d. Qui nō est tētatus .i. tribulatiōe ꝓbatus & exercitatus: parum aut nihil scit. Tertio nō dixit vel nō petiuit sub cōditiōe dicens: Inducas in tētationē si ꝓsunt. si vō nocent: nō inducas. Rō aūt huiꝰ est: qr illud debemus sub conditione petere qḋ pōt esse ꝓficuū vel nociuū vel malū. qḋ eni de se est nociuū vel malū: nunq̄ est sub aliqua conditione petendū. sicut est in tētationē induci vel aliqḋ petm̄ ɔmittere. Nō eni sūt facienda mala vt inde sequant cūcta bona. Secūda rō est ista: qr lʒ in tētationē induci: vel casus in peccatū: alicui cooperet in bonū: hoc nō est semꝑ ꝓpter meritū illius q̄ cecidit in peccatū: sʒ ꝓpter dei bñplacitū: ita q̄ si ex meritis eoꝝ qui inducunt in tētationē vel peccant. sʒ ex dei ꝑdestinatiōe talibꝰ oīa coopant in bonum. Re. s. Malū vlti. caꝰ. Quarto non dixit: & ne nos inducas in tētationes in plurali sʒ in tētationē in singulari. Cuius rō est: qr ille q̄ nō inducit in tētationē cōcupiscētie que est omniū tētationū origo: ꝑ cōsequēs in nullā inducitur. ita dicit Augꝰ in libro de bono ꝑseuerantie: Frustra nō dicit: Ne nos inferas in tētationē in singulari: nam q̄ in tētionē sine male volūtatis nō infert: in nullā ꝓrsus infert: vnusquisq̄ eni tētatur a cōcupiscentia sua. Re. s. Cōcupiscentia. Et iō cōuenienter dixit: Et ne nos inducas in tētationē. In quo verbo rogamus de quattuor .s. ne cōsentiamus: ne deficiamus: ne vincamur: ne deseramur. p° in hoc verbo rogamus ne cōsentiamus: vt cū dicimus: Et ne nos &c. petimus ne dñs ꝑmittat q̄ nos consentiamus tētationi siue decepti: siue cedamꝰ afflicti: vt Augꝰ dicit ad ꝓbam. 2° cum dicimus: Et ne nos &c. rogamus ne deficiamus. vñ Basilius: Nō docet nos orādu afflictiōes petere corpales. vtiliter eni ꝑcepit orare: non subire tētationē. sʒ postq̄ aliquas subiit. expedit petere a dño virtutē ꝑseuerādi: vt cōsumat in nobis illud: Qui ꝑseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Et Augꝰ de verbis dñi sic dicit: Et ne nos &c. quā .s. ferre nō possumus. sʒ quasi athleta talem vult tētationē quā ferre possit humana cōditio. Re. diffusius infra Tētatio ꝑ totum. 3° cū dicimus: & ne nos &c. rogamus ne vincamur. vñ Augꝰ in sermone dñi in monte sic dicit: Nō hic hortat vt nō tentemur. nā sine tētatione nemo pōt esse ꝓbatus siue sibiipsi siue alii. sʒ vt nō inferamur in tētationē: tanq̄ si quispiam cui necesse est igne examinari nō orat vt igne non contingat sʒ vt nō exurat. inducimur eni si tales incident quas ferre nō possumus. 4° cū dicimus: Et ne nos. rogamus ne deseramur. vñ Titus: Et ne nos &c. hic precamur ne a deo derelinquamur. & hoc est de quo deum ꝑncipaliter rogamus .s. ne ab eo derelinquamur. Cuius rō est: qr ille qui in tētatione diuine gratie destituit: consentit omni tētationi: & sic semꝑ in tētationē inducitur. Et rōne mens nostra in tētatione sit affecta: sit decepta: sit deiecta: rogare debemus ne a deo sit derelicta: vt dicit Augꝰ ad ꝓbam. Qḋ facimus cum dicimus: Et ne nos inducas in tētationē. Et Augꝰ de verbis dñi sic dicit: Et ne nos inducas in tētationē .s. quā ferre nō possumus. sʒ q̄si athleta talē vult tentationē quā ferre possit humana cōditio. Re. diffusius infra Tētatio ꝑ totum.

ℂ Quomodo liberari petimus a malo. CA. XVI.

# Sed libera nos a malo.

⁊c. Quia peccatū directe excludit a visione diuina que pri⁹ in desiderio nostro cadit vel venit: idō ad malū declinandū siue amouendū tres sūt petitiōes. Prima fit ad malorū pteritorū remissionē. ⁊ hec est quinta petitio q̄ petit̄: Dimitte nobis debita. Secūda fit ad malorū futurorū cuitationē. ⁊ hec est illa petitio sexta qua petit̄: Et ne nos ⁊c. Tertia fit ad malorū p̄ntiū liberationē. ⁊ hec ē illa petitio septima q̄ petit̄: Sꝫ libera nos a malo. Ad cui⁹ euidentiā est notandū: ꝙ sicut dicit Hiero. ⁊ habet̄ in glo. Saluator noster nō posuit cōiunctionē disiunctiuā dicens: Sꝫ libera nos ⁊c. ſꝫ posuit cōiunctionē cōiunctiuā ⁊ cōtinuatiuā ⁊ cōplectatiuā dicens: ſꝫ libera nos .q.d. Adiuua nos dn̄e ne in tētatione vincamur. ⁊ nō solum hoc fac: ſꝫ etiā libera nos a malo: ita ꝙ ista cōiūctio ſꝫ est copulatiua. cōtinuatiua: ⁊ cōplectatiua oīs petitionis: quia hac petitiōe alijs addita: cōpleta est postulatio oīs boni habendi ⁊ oīs mali amouēdi. vñ Cyprian⁹ hoc verbū: Sꝫ libera nos: exponēs sic dicit: Post oīa quidē supradicta i cōsūmationē venit clausula vniuersalis preces cōcludens: nihil enī remanet qđ vltra hoc debet postulari. nā impetrata dei ꝓtectiōe contra oīa que diabolus opat̄ ⁊ mūdus: securi sumus ⁊ tuti. Quis enī de seculo metus est: cui⁹ in seculo deus tutor: hīc ḡ cōcludit̄ cū dicit̄: Sꝫ libera nos a malo. In quibus verbis tangunt̄ tria: p̄° auctoritatis infinitas que nos eripit: Hester. xiij. Si decreueris saluare nos ꝯtinuo liberabimur. 2° tāgit̄ infirmitatis cōmunitas q̄ hoc exigit: ibi Nos. Dan. ix. Nec enī in iustificationib⁹ nostris ꝓsternim⁹ p̄ces ante faciē tuā: ſꝫ in miserationib⁹ tuis multis. Sequit̄: Exaudi dn̄e: placare dn̄e: attēde ⁊ fac. 3° tangit̄ prauitatis deformitas q̄ nos inficit: ibi A malo. Sap. xvi. Tu es q̄ liberas ab oī malo. Ubi nota ꝙ hic a q̄ttuor malis petimus liberari: p̄° a malo diaboli: 2° a malo pctī: 3° a malo supplicij: 4° a malo inferni. Primo petimus liberari a malo diaboli. Rō hui⁹ est: quia nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē tm̄: ſꝫ aduersus ptātes ⁊c. vt ad Ephe. vj. Ubi nota ꝙ lꝫ multa sint mala a quib⁹ petimus liberari: tm̄ dicit̄: libera nos a malo in singulari ⁊ nō a malis in plurali. Rō aūt hui⁹ est: vt ostendat̄ ꝙ mala a quib⁹ petimus liberari ab vno hn̄t ordinē. s. a diabolo. vñ Chryso. posuit hanc literā: Erue nos a pniciosō. ⁊ vocat pniciosū diabolū ista rōne ⁊ causa: vt ꝓpter mala que causa vel occasione diaboli nobis accidūt: cōtinuā inimicitiā habeamus cū illo: sicut cū illo a quo sustinemus tot mala. ḡ cū dicimus: Sꝫ libera nos a malo: rogamus vt liberet nos a tētatione diaboli. Sꝫ forte dices ꝙ supflue fit hic petitio hec a liberatione tētationis demonis: eo ꝙ liberatio a tētatione petit̄ a sexta petitiōe. Rn̄deo ⁊ dico ꝙ liberatio a tētatione different̄ fit in septima petitiōe ⁊ in sexta. Nam in sexta petitiōe petit̄ ne tētatus in tētatione vincat̄ vel supet̄. hic vō. s. in septima petitiōe petimus liberari a malo tētationis si ab illa fuerimus supati. vt Aug⁹ in sermone dn̄i in monte dicit: Orandū est: nō solū vt nō inducamur in malū quo caremus: ſꝫ ab illo etiā liberemur in qđ iam inducti sumus.

Scđo petimus liberari a malo pctī. Ubi nota ꝙ triplex est peccatū. s. originale. mortale. veniale. Modo hic nō petimus liberari a pctō originali. Rō hui⁹ est: qꝛ peccatū originale deletū est in baptismate quo ad culpam. nec est recidiuatio in hoc genere culpe. Itē debita pena pctō originali que est carentia visionis dn̄e est etiā in baptismo dimissa vel remissa. vñ nec quo ad culpā nec quo ad penā petit̄ hic liberatio a pctō originali. ⁊ idō secūdo hic petim⁹ liberari a malo pctī mortalis. Et hoc triplici rōne. p̄ma ē: qꝛ dehonorat diuinā reuerentiā. scđa est qꝛ priuat visiōe diuina. tertia est. qꝛ cruciat pena sensitiua. Re. infra Peccatū mortale. Tertio petimus liberari a malo pctī venialis. ⁊ hoc duplici rōne. p̄ma est: qꝛ disponit ad mortale. scđa ē qꝛ impedit felicitatē. Re. infra Peccatū veniale. Sꝫ forte queres: quia pena punietur ille q̄ simul decedit in pctō mortali cū veniali: nūquid ꝓ vtroqꝫ puniet̄ equalit̄. Rn̄deo ⁊ dico ꝙ peccatū veniale cōuenit cū mortali si assit finalis impenitētia. Tūc enim rōnē finalis impenitentie veniale nō est amplius tpale vel veniale: imo iam transiuit in ꝑpetuū ⁊ mortale: quia post mortē nec tempus est nec locus dimittēdi peccata. Et idō q̄ntum ad pene eternitatē nō erit differentia inter mortale ⁊ veniale: ſꝫ q̄ntum ad acerbitatē sic. qđ ꝓbo ratione ⁊ auctoritate. Prima rō est talis: qꝛ acerbius ⁊ diutius debet puniri pctm̄ qđ cōmittit̄ contra deū q̄ꝫ pctm̄ qđ cōmittit̄ sub deo vel p̄ter deū. ſꝫ pctm̄ mortale cōmittit̄ cōtra deū. pctm̄ vō veniale p̄ter deū. ḡ ⁊c. Scđa rō est talis: Nā ſm diuersitatē cremabilia erit diuersitas tormentorū. ſꝫ aliud cremabile est pctm̄ mortale: ⁊ aliud veniale. ḡ ⁊c. Tertio ꝓbat̄ auctoritate beati Greg. sup illo verbo Job. x. Terra miserie ⁊ tenebrarū ⁊c. sic dicētis: Cōformabit se ignis puniēdis: nō equalit̄ oīb⁹: ſꝫ vnicuiqꝫ ꝓ meritis. nec ꝓ quibuscūqꝫ meritis in eodē equalit̄: ſꝫ q̄ntū ad quedam magis acerbe: q̄ntū ad q̄dā min⁹ puniet.

Tertio p̄ncipaliter petim⁹ liberari a pena supplicij hoc est a malo pene vel tribulatiōis. Ad cui⁹ intellectum notāda sūt tria. Primū: aliud est petere liberationē p̄ntē ⁊ aliud est liberari a malo pene p̄stitus. Primū enī. s. petere liberationē p̄ntē: ita ꝙ hec liberatio statim fiat cōplete hoc nō valet: imo talis petitio esset inexaudibilis ⁊ inutilis. p̄° talis petitio esset inexaudibilis: qꝛ esset cōtra diuinā iusticiā a q̄ miseria penalis hoī est inflicta. Job. xiiij. Homo nat⁹ de muliere ⁊c. 2° talis petitio esset īutilis: qꝛ tales miserie: pene: ⁊ tribulatiōes sūt nobis vtiles ad ꝓuocandū nos ad contēptū hui⁹ vite: ⁊ excitādū ad appetitū vite future. ⁊ idō hic petit̄ liberatio a miseria hac penali in p̄nti inchoanda ⁊ in futuro complenda. vñ glosa Matth. vj. Hec liberatio quotidie est necessaria dū sine malo aīe ⁊ corporis nō viuit̄ q̄ in p̄nti inchoat̄: ⁊ in futuro cōplebit̄: qñ īmortales impassibiles erimus. Secūdo nota ꝙ pene tpales ⁊ miserie aut sūt occasio criminis: aut virtutis. p̄° enī cū pene tpales sūt materia vel occasio criminis. tūc in tali casu q̄libet debet petere liberari ab eis. Et hoc mō paulus. ij. ad corinth. xij. petit stimulū amoueri: q̄ stimulus dicebat̄ vel incentiuū libidinis vel dolor lateris. Inq̄ntū vō stimulus dicebat̄ incentiuū libidinis: bñ fecit petens liberari ab eo. Cui⁹ rō est: quia exitus hoi⁹ incentiui in actū mouere carne semꝑ est peccatū. ſm vō ꝙ exit in actū sola hostis excitatiōe: ⁊ si non sit pctm̄: ē tm̄ occasio peccati. scđm aūt ꝙ stimulus intelligit̄ dolor lateris: etiam potuit petere liberari ab eo: qꝛ officiū sibi datū a deo impediebat. s. officiū p̄dicādi. itē etiā tū ꝓpter impatientie amotionē: tū ꝓpter deuotiōis excitationē cōuenit petere liberationē a malo pene. Sicut enī quibusdā melius est in diuitijs q̄ꝫ in paupertate: sic multis melius est in sanitate q̄ꝫ egritudine: qꝛ in sanitate sūt magis deuoti ⁊ minus impatiētes. in infirmitate est totū oppositū. Item etiā videmus ꝙ eccl̄ia orat ꝓ sanitate vnius p̄ncipis: vel etiam vnius boni sacerdotis seu hominis virtuosi. ⁊ hoc nō facit ꝓpter ipsam sanitatē solū: ſꝫ ꝓpter plura bona que ex sanitate talis viri sequit̄. quorū p̄mū est adeptio pacis. secūdū ē ptectio ⁊ cōseruatio ciuitatis. tertiū ē exhibitio diuine laudis. q̄rtū est roboratio fidei. nam in restitutionib⁹ sanitatū excitant̄ illi qui hoc vident ad laudandū deū. ⁊ qui de cōualescē-

tia desperat̄: ad augmentū ⁊ robur deuotiōis fidei excitant̄. Tertio notandū est q laudabilius est bene se habere ī aduersitate q̄ in ꝓsperitate. qđ ꝓbo rōne difficultatis sic: Quāto magis aliqđ est natū sm̄ se inferre difficultatē ex parte opantis: tanto laudabilius est bene se habē in illo. ſ3 aduersa sūt huiusmodi. l3 enī aduersa nō importent nec contineāt malū culpe: tn̄ continent malū pene. ⁊ ex hoc habent ledere ⁊ difficultatē inferre: ſ3 ꝓspera non important malū culpe nec malū pene: ⁊ iđ nō hñt in se difficultatē: nec ex pte opis: nec ex pte rei. Si aūt q̄rat̄ qđ est magis eligendū: an ꝓsperitas: an aduersitas. Rūdeo ⁊ dico: q a viro iusto ⁊ virtuoso magis est eligenda ꝓsperitas q̄ aduersitas. qđ dupliciṫ ꝓbo. s. rōne: ⁊ similitudine. p° rōne sic: Illud qđ de se nō importat aliqđ malū culpe vel pene sicut ꝓsperitas. a viro virtuoso magis est eligendū: q̄ illud qđ l3 de se nō importat malum culpe: īportat tn̄ malū pene sicut aduersitas. 2° ꝓbo hoc idem similitudine: qr bonus sartor magis debet eligere bonū pannū ad faciendū bonam vestem: ⁊ corrarius vel incisor corior magis debet eligere bonū coriū ad faciendum bonū calciamentū q̄ malū. Sic g° a simili ꝓsperitas est conuenientior ⁊ melior materia ad bene opandū q̄ aduersitas. Nota tn̄ q sicut artifex bonus ex quacūq; materia sibi data bene quantū est de se opat̄: melius tn̄ operat̄ ex materia meliori: vt p3 in exemplis p̄dictis ⁊ in cōsimilib⁹. Et p oppositū sicut artifex malus etiā de bona materia male opat̄: ita virtuosus ⁊ bene dispositus optime se habebit in ꝓsperis ⁊ aduersis: ita q ꝓsperis vtetur sm̄ rectitudinē rōnis ⁊ infortunia feret decenṫ. Vitiosus aūt ⁊ male dispositus male in oībus se habebit: quia ꝓsperis male vtet̄. ⁊ ī aduersis opans vitiose semꝑ remanebit miser. Scđo dico q a viro vitioso ⁊ male disposito magis est eligenda aduersitas q̄ ꝓsperitas. qđ dupliciter ꝓbo. s. rōne: ⁊ similitudie. p° rōne sic: Illi q̄ est i malicia vt vitioso magis est eligendū p qđ a malicia recedat ⁊ ad virtutē accedat. ſ3 hoc magis facit aduersitas q̄ ꝓsperitas: eo q ꝓsperitas occasionaliter allicit peccatorem ⁊ male dispositū ad ꝑsistendū i pctō. Aduersitas aūt occasionaliter incitat peccatorē ad recedendū a peccato: cum in aduersis veram consolationē non habeat: ⁊ accedendū ad virtutē in cui⁹ opatione est delectatio ⁊ cōsolatio vera: g° ⁊c. 2° ꝓbo hoc idē similitudine. l3 enī vinū sit simpliciṫ melius ⁊ magis eligendū q̄ sit absynthium tn̄ egroto est magis absynthiū eligendū q̄ vinū. sic iusto tanq̄ sano ⁊ bene disposito magis eligēda est ꝓsperitas q̄ aduersitas. peccatori aūt tanq̄ infirmo ⁊ male disposito magis eligenda est aduersitas q̄ ꝓsperitas. 3° ꝓbo hoc idē auctoritate Boetij. iiij. de cōsola. dicentis: q tali. s. vitioso est timenda fortuna ꝓspera magis q̄ aduersa qr ꝓspera talē decipit qr blāda. Aduersa v° veritatē instabilem que in fortuna est ostendit. Boeti⁹ de cōsola. libro. ij. ꝓsa viij. Plus hoībus reor aduersā q̄ ꝓsperam ꝓdesse fortunā. illa enī semꝑ spem felicitatis cū videtur blanda mentit̄. Hec semꝑ vera est cum se instabilem demonstrat mutatione: illa fallit: hec instruit. 4° ꝓbo hoc idem ex opatione dei. Nā deus misit lepre tribulationē marie sorori moysi ⁊ Aaron p quam purgauit eā a peccato p̄terito. Scđo dedit tribulationē stimuli Paulo p quā purgauit paulū ⁊ ꝑseruauit a culpa futura. s. a superbia: vt ipsemet testat̄ dicens: Ne magnitudo reuelationū ⁊c. Tertio dedit tribulationē Job p quā ꝑseruabat a culpa futura. Quarto dedit tribulationē ⁊ penā cecitatis ceco a natiuitate: p quā purgauit eū a multis cōcupiscētiis illicitis p̄sentib⁹ quas habuisset si vidisset. ⁊ iterū illa cecitas purgabat parentes ei⁹ qui ex eius cecitate affligebant̄. Sic igit̄ cōcludendo: si mala vita p̄ntis sūt ali cuius mali occasio: quilibet debet petere liberari ab eis. Quarto ⁊ vltimo cū dicimus: Sz libera nos a malo ⁊c. petimus liberari a malo inferni. Ubi nota q l3 i inferno sint multa mala: tn̄ specialiṫ ibi sūt quattuor ad que ōīa alia reducunt̄. p̄mū malū est obstinatio volūtatis. secundū est priuatio claritatis. tertiū est cruciatio mentis ⁊ corpis. quartū est duratio eternitatis: ita q a p̄dictis quattuor malis ⁊ p consequens ab oībus malis petim⁹ liberari: p̄mo a volūtate obstinata: scđo a mente excecata: tertio a carne cruciata: quarto a pena eterna. Re. infra Pena peccati: ⁊ infra Pena inferni.

## De cōclusione dn̄ice oratiōis. s. amen. CA. XVII.

a AMen. Ultimo sequit̄ Amen qđ ē quedam clausio ⁊ quasi signaculum dn̄ice oratiōis. Et l3 nō ponat̄ a Luca qui causa breuitatis omisit. est tn̄ de ipsa oratiōe dn̄ica: sicut patet Math. vj. ⁊ in glo. Luce. xj. ponit̄. vn̄ Hieronymus dicit: Amen enī qđ in fine cōstat scriptū signaculū est dn̄ice oratiōis: qđ aquila interp̄tatus est fideliter. ⁊ iđ vere possumus dicere. Ad cuius intellectū nos cōsiderare possum⁹ tria. s. originē: ordinem: significationē. Primo possumus cōsiderare sue cognitiōis originē. Nam beatus Johānes euangelista refert se a spū sancto vidisse ⁊ audisse vocem celestis exercitus tanq̄ vocē aquarū multarū tonitruūq; validū dicentē: Amen ⁊ alleluia. Et per hoc oportet in terris vtraq; dici: sicut in celo. vnde nec grecū nec latinū est ſ3 hebreū. Et q̄uis posset dici verū: hoc tn̄ nec grecus nec latin⁹ interpres ausus est facere. vn̄ q̄uis posset interp̄tari: nō tn̄ mutari: tū ꝓpter sanctiorē auctoritatē: tū ne nudatū vilesceret: ſ3 honorē habēt velamento secreti: vt dicit Aug⁹. Scđo considerare debemus ꝓlationis ordinē. Nā differentia est inter positionē domini ⁊ discipuli: qr dn̄s in p̄ncipio sermōis posuit Amē ita dicit̄ Joh. vj. Amen amen dico vobis. Discipulus v° posuit in fine Apoca. p̄mo. Plangent se sup eū ⁊c. etiam amen. Rō aūt hui⁹ est sicut Joachim dicit: qr cum amen idem sit qđ vere. dn̄s in p̄ncipio sermonis posuit Amen tanq̄ actor vel p̄ncipiū veritatis: cui⁹ nota vel signū est amen: Joh. xiiij. Ego sum via: veritas: ⁊ vita. Discipulus v° posuit i fine: qr discipul⁹ debet credere: ⁊ sequi magistrū suū. Tertio p̄ncipaliṫ cōsiderare debemus significationis distinctionē vel cōditionē. Nā istud verbū amen est signū affirmantis: affectātis: acceptātis: ita q ille qui ꝓfert ⁊ dicit Amē: affirmat vel affectat vel acceptat. Primo amen est signū affirmantis: qr dicit̄ in missa a sacerdote submisse ⁊ in forma eadē qua ꝓferebat̄ a xp̄o. Primo in q̄stum amen est signū affirmantis dicit̄ a solo sacerdote. postq̄ enī sacerdos finiuit pater noster: clericis respondentib⁹: Sz libera nos a malo: sacerdos subiūgit: amen. Rō aūt huius est: qr cū sacerdos sit mediator inṫ populū ⁊ deū: cui⁹ officiū est vota populi offerre deo: ⁊ voluntatē dn̄i nunciare populo: magis est cōgruū q ꝓferat̄ ⁊ confirmet̄ a sacerdote id qđ petit̄ sit concessum si obseruet̄ a quolibet qđ p̄misit. vn̄ glo. Math. vj. dicit Amen signat in oībus petitionib⁹ indubitanṫ a dn̄o tribui id qđ petit̄ si vltime cōditiōis pactū seruare nō negligim⁹. vn̄ subdit: Si dimiseritis indubitanṫ est a dn̄o concessū qđ petimus. Scđo amen a sacerdote ꝓfertur submisse. ⁊ hoc duplici rōne. Prima est ꝓpter vitationē p̄sumptiōis. s. ne dū aliq̄s sciret se exauditū esse a dn̄o p̄sumeret. Scđa rō est ꝓpter vitationē ostentationis. s. ne aliq̄s se ostentet ⁊ exaltet ⁊ glorieṫ. Tertio ꝓferṫ a sacerdote nō sub alia forma: puta vere vel fiet vel fideliter: ſ3 sub eadem forma vocis sub qua proferebat̄ a domino. Et hoc fit in signum firmitatis ⁊ inuariabilitatis promissionis diuine. nam per hoc quod dico amen ꝓlatū

a dño insinuabat dñm firmiter spospōdisse ⁊ exaudisse. illos qui cū orant si ex pte ipsoꝝ nō esset impedimentū. Beatus vō Gregorius ī canone misse hāc oratione sup hostiā censuit recitari. Scdo hoc verbū amen ē signū affectantis: ⁊ sic pferť ab oratore. nā quicūq; orat dicendo: Amen. affectat vel optat vt que ī oratiōe petit valeat impetrare. vn̄ Augꝰ ad pbam sic dicit: Et hoc vltimū qd in oratiōe dñica positū est tam late pz vt hō xpianus q ī qualibet tribulatiōe cōstitutus in hoc gemitꝰ edat: in hi lachrymas fūdat: hinc exordiať: ad hoc terminet oratiōnē. vn̄ sequiť Amen: quo desideriū orantis exprimitur. In quibꝰ verbis Augꝰ tangit tria quibꝰ insinuať desideriū habēdi de impletiōe huiꝰ petitionis. Unde dicit: Hinc exordiať: in hoc moreť: ad hoc terminet oratione. pꝰ dicit: Hinc exordiať qūtum ad cognitionē. 2ꝰ dicit: In hoc moreť qūtuz ad affectionē. 3ꝰ dicit: In hoc terminet qūtum ad plationē: ita q intentio Augu. in his verbis: q in oī tribulatiōe exaudiamur cogitando: affectando: īuocando deuz p illo bono quo modo caremus: ⁊ qd in fine obtinebimꝰ adimpleta hac petitiōe. Tertio istud verbū Amen est acceptantis ⁊ se volūtati alteriꝰ conformantis. Nā qū aliquis volūtati ⁊ dicto supioris assentit: tūc dicit Amen ⁊ Fiat. Qd quidē cōtingit vel accipitur tam in malo q̄ in bono: vel tam in maledictiōe q̄ in bñdictione. Nam in veteri testamēto maledictionibus subiungebať Amen: eo q lex vetus erat lex timoris ⁊ seruitutis. In nouo vō testamento ī benedictionibꝰ subiungebať Amen: qz lex noua est lex gratie amoris ⁊ libertatis. Primo g̃ in veteri testamēto maledictionibꝰ respondebať amen. Ubi nota q in veteri lege erat pnitas ad cōmittendū malū ⁊ omittendū bonū. Et hoc ppter quinq; causas. Prima est ppter consuetudinē: erant enī pni ad idolatriā. vnde aurū ⁊ argentū conflabāt in sculptile ad adorandū. Secūda causa erat ppter despectionē dei vel eius contemptū: Isaie pmo: Filios enutriui: ⁊ exaltaui: ipsi aūt spreuerunt me. Tertia erat ppter obliuionē dei: Deutro. xxxij. Oblitus es dñi creatoris tui. Quarta erat ppter cupiditatē ex qua filij parentibꝰ non obediebant. Quinta erat ppter fomitē cōcupiscentie ex qua eoꝝ affectus erat pnus ad malū. Sexta ppter defectionē ⁊ corruptionē ppter quā volebant seipsos saluari ⁊ sustentari ī alio ⁊ multiplicari: ex qua pducebať vel omittebať actꝰ inordinatus. Modo igiť ex illa pte qua natura est pna ad omittendū bonū danť pcepta affirmatiua. Ex alia vō pte qua natura est pna ad cōmittendū maluz danť pcepta negatiua: que in vniuerso sūt decem. Ad quoꝝ euidentiā est sciendū q dñs hanc pnitatē volens corrigere ⁊ dirigere tria facit. pꝰ pcipit cultū dei. 2ꝰ pcipit debituz filij. 3ꝰ phibet nocumentū pximi. Primo pcipit cultum dei. ⁊ hoc tribꝰ modis. s. honorādo deū in natura ppria: ⁊ qūtum ad hoc danť duo pcepta. pmū est: Ego dñs deꝰ tuus nō habebis deos alienos. secundū est: Non facies tibi sculptile. 2ꝰ pcipit cultū dei honorādo deū in natura assumpta: ⁊ qūtum ad hoc dať tertiū pceptū qd est: Non assumes nomen dei tui inuanū. 3ꝰ pcepit cultū dei honorando eū in ppria cōscientia. ⁊ qūtum ad hoc addať quartum pceptū de sanctificatiōe sabbati: Memento inquit vt diē sabbati sanctifices. cū enī aīa vacat ⁊ quiescit ī domino deo: ⁊ cessat ⁊ dēsicit a peccato: tūc sanctificat diem sabbati. Qui aūt facit contra aliqd istoꝝ quattuor ē maledictus a deo. ita dicit Deutro. xxvij. Maledictus qui facit sculptile. ⁊ dicet oīs pplus: Amen. Scdo deus pcepit debitū filij. nā debitū filij est honorare parentes a quibꝰ originē trahit. ⁊ ppter hoc dať quintū pceptū qd est. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā. Hoc aūt teneť facere filij quinq; modis. s. sustentando: reuerēdo: obediēdo seruiēdo: assurgendo. Qui aūt contra aliqd istoꝝ facit ē maledictus a deo. ita dicit Deutro. xxvij. Maledictus q nō honorat patrē ⁊ matrē suā. Tertio phibet nocumentū pximi. ⁊ hoc quinq; modis. pꝰ quo vite cōsistentiā: ⁊ ppter hoc dať sextū pceptum qd est: Nō occides. Qui aūt contrariū facit maledictus est a deo. ita dicitur Deutro. xxvij. Maledictus qui effuderit sanguinē innoxiū: ⁊ dicet oīs populus: Amen. 2ꝰ quo ad psonam cōiunctam: ⁊ ppter hoc datur septimuz pceptum: Nō mechaberis. qui aūt contrariū facit est maledictus a deo. ita dicit Deutro. xxvij. Maledictus qui coit cū alio. s. illicite: ⁊ dicet omnis populꝰ: amen. 3ꝰ quo ad rem possessam: ⁊ qūtum ad hoc dať octauū pceptum qd est: Nō furtū facies. qui aūt contrarium facit ⁊c. ita dicit Deutro. xxvij. vbi loco furti ⁊ oīs cupiditatis: loco acceptiōis munerū designať. vnde dicit: Maledictus qui acceperit munera: ⁊ dicet oīs pplus Amen. 4ꝰ quo ad famā. ⁊ qūtum ad hoc dať nonū pceptū qd est: Nō loqueris falsum testimoniū contra pximū tuū. ita dicit Deutro. xxvij. Maledictus qui errare facit cecū in via: ⁊ qui puertit iudiciū: ⁊ dicet oīs populus Amen. 5ꝰ quo ad animā: ⁊ qūtuz ad hoc dať decimū pceptū quod est: Nō concupisces. s. oīa que sūt alterius: ⁊ Deutro. vbi. s. Maledictus qui non pmanet ī sermonibꝰ huius legis. s. corde: nō credēdo eis vel cōcupiscendo aliqua contra legē dei nec ope pficiens: ⁊ dicet oīs populus: amen. Uel dicas q homo obligať hoī ex quinq; ptibus. pꝰ ex pte fidei vel fidelitatis: ⁊ sic tenemur deū honorare in tribꝰ. 2ꝰ ex pte originis: ⁊ sic filius honorare patrē teneť. 3ꝰ ex pte cordis: ⁊ sic tenemur nō odire: nō cōcupiscere. 4ꝰ ex pte operis: ⁊ sic pcipitur: Nō occides: Nō furtū facies: Nō mechaberis. 5ꝰ ex pte oris: ⁊ sic pcipiť: Non falsum testimoniū dices: nō eris criminator: nō puertes iudiciū: nō errare facies cecum ī via. Re. pma scdē. q. c. ar. ti. iiij. ⁊. v. Sed q̄res forte hic: an liceat alicui aliquē maledicere. Re. s. Maledictio. iiij. caꝰ. Scdo in benedictiōibus subiungiť Amen. ita dicitur Isaie. lxv. Seruos suos vocabit noie alio. Glo. xpianos. s. in xpo: Beatus est sup terrā qui ⁊ ipsū nomen. s. xpi in terra custodierit: bñdiceť in dño: Amen. i. bñdiceť in die iudicij cū diceť: Uenite benedicti patris mei: Amen. i. vere fidelir: ⁊ firmeť. ⁊ Hieremie. xj. Facite oīa q ego pcipio vobis: ⁊ eritis mihi in populū: ⁊ ego ero vobis in deū: daboq; vobis terram fluentē lac ⁊ mel. Et sequitur acceptatio vel cōfirmatio. ⁊ rn̄di ⁊ dixi: Amen.

¶ Qꝫ patientia tria bona facit. ⁊ primo passiones mentis vincit. CA. I.

**P** **Atientia.** Nota q virtute patiētie causanť inť alia tria bona. pmū ē q passio interna vinciť. secundū est q opatio humana pficiť. tertiū est q gratia supna acquiriť. Primo virtute patiētie passio interna vinciť. nam quedā passiones mentis sunt quantū est de se nate seu apte voluntatē īpedire ne voluntas sequatur rectitudinē rōnis. Et hoc specialiter duobꝰ modis. pꝰ modo alliciendo ⁊ attrahendo voluntatē ad aliquid volendū ⁊ affectandū contra rectitudinē rationis. 2ꝰ modo retrahendo voluntatē ab aliquo contra ordinē rationis. Primo modo passiones impediūt voluntatē ne sequať rectitudinē rationis: inclinando voluntatem ad aliqd contra ordinē rōnis circa aliquod delectabile: quales passiōes sūt intemperātia: ⁊ gula. nam intemperantia inclinat voluntatē ad sequendum delectabilitatem carnis. Gula etiam. s. ebrietas ⁊ gulositas inclinat voluntatem ad sequendum delectabilia cibi ⁊ potus contra ordinem rationis. Secundo modo passiones

impediūt voluntatē ne sequaꝛ ordinē rōnis: retrahēdo voluntatē ab aliquo bono ꝓpter aliqḋ arduū vel difficile: quales passiōes sunt timiditas: ꝛ impatiētia: vel mollities. nam timiditas retrahit vel impedit voluntatē ne subeat aliqua difficilia: puta ꝑicula mortis ꝓpter maiora mala vitanda. dictat enī ꝛ vult rō ꝙ eligant ꝛ sustineant minora ꝛ euitent maiora. Sꝫ timiditas nitit impedire ꝓpter aliqḋ difficile. similit impatientia vel mollities refugiūt pati damnū in minori bono: ꝓpter bonuꝫ melius vel maius assequendū. Contra istas quattuor passiones sūt quattuor virtutes que passiōes mentis refrenant ꝛ moderanṫ. pͦ enī temperātia refrenat cōcupiscentias delectationū carnis. 2ͦ sobrietas refrenat ꝛ moderaṫ cōcupiscentias delectationū gustus. s. cibi ꝛ potꝰ. 3ͦ fortitudo refrenat timores circa ꝑicula mortis. 4ͦ patientia refrenat ꝛ moderaṫ tristiciā ꝛ dolorem omniuꝫ malorū. Ubi nota ꝙ tristicia est duplex. s. dei: ꝛ seculi. Tristicia aūt que est ſm deū opaṫ tria: pͦ punitioneꝫ de peccatis p̄teritis: 2ͦ cautionē de futuris: 3ͦ spem stabileꝫ de eternis: vt dicit aplus scḋa ad corinth. vij. Econuerso tristicia seculi. i. que est de amissione rerū temporalium ꝛ filioꝝ aut cōsanguineoꝝ: nō ꝓpter deū: sꝫ ꝓpter amorē inordinatū opaṫ mortē. vel corꝑalem qꝛ multos occidit tristicia: vel spūalēꝫ qꝛ ex tristicia ꝛ dolore nimio multi peccant mortaliter vel eternalit vt pꝫ de iuda qui penitētia ductus desperauit ꝛ laqueo se suspendit. Et iō contra hāc tristiciā est patiētia ꝗ bonū rōnis cōseruat: ne voluntas i aduersis succūbat sꝫ preualeat. vñ Augꝰ in libro de patientia sic ait: Patiētia est virtus qua mala equo aīo toleramus. qḋ ita exponiṫ: Patientia est virtus qua mala. i. aduersa: equo aīo. i. sine turbatiōe animi toleramus vt ad meliora ꝑueniamus: scḋa scḋe. q. cxxxvj. arti. p̄mo.

Est aūt sciendū ad euidentiā p̄dictoꝝ ꝙ nullus ꝓpter malū sustinet malū sꝫ ꝓpter aliquē finem. Cuiꝰ rō est: qꝛ cum malū de se inferat tristiciaꝫ ꝛ dolorem: animꝰ de se illud nō appetit sꝫ abhorret ꝛ refugit. sꝫ ꝓpter aliquē finem homo sustinet malū. Unde tribꝰ de causis hō sustinet malū. p̄ma est ꝓpter malū cōmittendū. secūda est ꝓpter malū p̄cauendū. tertia ꝓpter bonū consequendum. Prima causa ꝓpter quā aliquis sustinet malū est ꝓpter malū cōmittendū. ꝛ talis nō diciṫ patiens sꝫ durus. vnde Augꝰ in libro de patientia: In illis laudanda est patientia qui mala ferūt vt mala nō cōmittant: nō autē in illis qui mala ferūt vt mala faciant: sicut auari faciūt qui tolerant multa mala vt pecunias congregent: sicut dicitur Eccs. v. Cūctis diebus vite sue comedit in tenebris ꝛ in curis multis ꝛ erumna atq; tristicia. Taliū enī neganda est patientia: ꝛ āmiranda duricia. Augꝰ in libro de patiētia: scḋa scḋe. q. cxxxvi. arti. p̄mo in so. ij. arg. Secūda causa ꝓpter quā aliquis sustinet malū est ꝓpter malū vitandū. ꝛ hoc modo oīa mala corꝑis sūt toleranda ꝓpter peccata vitanda: siue mortalia siue venialia. Tertia causa ē ꝓpter quā aliquis sustinet malū ꝓpter bonū subsequendum. Ita dicit Augꝰ in libro patientie: Uis desideriorū facit tolerantiā laboꝝ ꝛ dolorū. ꝛ nemo nisi ꝑ eo ꝙ delectat sponte suscipit ferre qḋ cruciat: vbi. s. arti. ij. in cor. q. in p̄ncipio. ¶ Qꝛ patiētia cōtinet in se tria: ꝛ que. CA. II.

Quinto pctã diſtinguunť ex pte effectus ꝛ defectus. Et diuidiť in cõmiſſum ꝛ delictum: ita ꝙ aliud est petm̃ cõmiſſionis: ꝛ aliud omiſſionis qḋ vocať delictũ. Ubi nota ꝙ petm̃ tranſgreſſionis ꝛ omiſſiõis nõ differũt formaliter vel ſpecifice. ſʒ materialiter. Qꝫ aũt nõ differant ſpecifice patet: eo ꝙ omiſſio ꝛ tranſgreſſio ad ideʒ ordinanť. ſ. ad eundẽ finẽ ꝛ ex eodẽ motiuo ꝓcedunt. ſicut pʒ: ꝙ auarus ad iſtũ finẽ. ſ. ad pecuniam congregandã ꝛ aliena rapit qḋ est petm̃ cõmiſſionis. ꝛ ſua nõ dat quib⁹ ꝛ qñ dare debet qḋ est peccatũ omiſſionis. Et ſimiliter guloſus ad ſatiſfaciendũ gule: ꝛ ſupflua comedit qḋ est peccatuʒ cõmiſſionis: ꝛ ieiunia debita ꝑtermitit qḋ est peccatũ omiſſionis. g̃ cõmiſſio ꝛ omiſſio nõ differũt ſpecie vel formaliter: diſtinguunť tñ materialiter ſicut pʒ ꝑ exemplũ. Nã iſti actus. ſ. iugulatio: ꝛ lapidatio: ꝑforatio: q̃uis differant ſm naturã vľ ſm ſpeciẽ nature: nõ tñ ſm ſpeciẽ vitij: qꝛ ad eandẽ ſpeciem homicidij ꝑtinent. Hec.b.Tho.prima ſcḋe.q.lxxij.arti.v.in cor.q.ꝑ totum. Ad maiorẽ tñ euidentiã ꝑdictoꝝ circa peccatuʒ omiſſionis quattuor ſũt notanda. ſ. modus: temp⁹: reatus vel defectus: ꝛ exceſſus. Primo cõſiderandus est omiſſionis modus. Quidã enĩ dicunt ꝙ in peccato omiſſionis nõ requiriť aliq̃s actus. ipſum enĩ nõ facere qḋ teneť facere est peccatũ omiſſiõis. hoc dupliciter ꝓbant. ſ. rõne: ꝛ auctoritate. Primo quidẽ ratione: qꝛ in pctõ omiſſionis est receſſus ab actu ꝛ a regula ꝛ a fine. receſſus aũt ab actu nõ includit actum. 2° hoc idem ꝓbant auctoritate Jacobi.iiij. dicẽtis: Scienti bonũ ꝛ nõ facienti peccatũ est illi. ſʒ nõ facere nõ importat aliquẽ actum: ſʒ ceſſationẽ ab actu. Alij võ dicunt ꝙ in oĩ peccato omiſſionis est aliq̃s actus: vel exterior: vel interior. Interior võ cũ aliquis non vult ire ad eccleſiã: nã ſicut velle est in poteſtate noſtra: ita etiã nõ velle: ꝛ ꝓpẽ hoc põt dici voluntariũ. vñ in poteſtate noſtra est velle vt infra diceť. 2° in peccato omiſſiõis est actus exterior: ſiue ſit actus ꝑcedens. ſ. cũ aliquis impediť ne ſurgat ad matutinas: qꝛ nimis vigilauit in ſero circa aliud ſe occupando: vel qꝛ ſe inebriauit. ſ. vino: ſiue ſit actus ſimul cuʒ ipſa omiſſiõe: ſicut cũ aliquis applicat ſe ad aliquẽ actũ illicitũ ꝛ incõpaſſibilẽ illi ad quẽ teneť. ſicut cum aliq̃s volens ludere omittit ire ad eccleſiã: ꝛ ambo iſti vnum dicũt diuerſis reſpectib⁹. Scḋo conſiderandũ est omiſſionis tempus. nã illo tempore diciť quis peccare peccato omiſſionis: qñ vel quo tẽpore aliquis nõ vult facere qḋ teneť: vel qñ aliq̃d in ꝑteritũ fecit vel qñ aliquid ꝑſentialiť facit illicitũ vel incõpaſſibile illi ad qḋ tenetur. Rõ autẽ hui⁹ est: qꝛ peccatũ omiſſionis contrariať ꝑcepto affirmatiuo qḋ nõ obligat ad ſemp ſʒ ſemp. Et iõ ſolum ꝓ illo tpe aliq̃s ceſſando ab actu peccat ꝓ quo ꝑceptũ affirmatiuũ obligat: vt dicit.b.tho.ꝑma ſcḋe.q.lxxi.arti.v. verũ in quolibet pctõ ſit aliq̃s actus: in ſo.iij.arg.

Tertio cõſiderand⁹ est defect⁹ vel reat⁹. ſicut enĩ agere imputať hoi ad peccatũ: qꝛ opponiť ꝑcepto negatiuo legis: ita etiã ipſũ nõ agere imputať hoi ad petm̃ qḋ opponiť ꝑcepto legis affirmatiuo. Ubi nota: ꝙ ſi aliq̃s non agat qḋ agere oportet: oportet eẽ aliquam cãm. ſi aũt cã fuerit totaliť extrinſeca: talis omiſſio nõ hʒ rõnẽ peti: ſicut ſi aliq̃s a lapide cadẽte oppſſus: impediať ne ad eccleſiã vadat. aut ſi aliquo ſibi ſua bona furãte: impediť ne eleemoſynã det. tũc g̃ ſolũ omiſſio iputať hoi ad peccatũ: cũ hʒ cãm intrinſecã: nõ quãcũq̃: ſʒ voluntariã: qꝛ ſi ipediref a cã intrinſeca nõ volũtaria: puta febre: eadẽ rõ eſſet ſicut de cã extrinſeca inuoluntaria. Ad hoc g̃ vt omiſſio ſit petũ: requiriť vt omiſſio cauſeť ex aliquo actu volũtario. Hec.b.Tho. ꝑma ſcḋe.q.lxxi.arti.v.i cor.q. ꝛ in.q. diſpu. de malo.q.j. de pctõ: vtrũ in oĩ pctõ ſit aliq̃s actus

Quarto considerand⁹ est excessus: nā maius peccatū est peccatū cōmissionis vel transgressiōis peccato omissionis. qḋ tali exemplo ostendo: Arbor q̄ malū fructū facit: peior est ⁊ plus nocet q̄ȝ illa que nullū fructum facit. Modo ergo cōmissio est sicut arbor que facit malū fructum: omissio aūt sicut arbor que nō facit fructū aliquē vel que non facit fructū bonū: ergo ⁊c̄. Re. de hoc rōnes ſ. Abstinentia in fine. Ubi est sciendū: ꝙ sicut peccato cōmissionis debet nō solum pena damni. ſ. carētia visionis diuine: ſȝ etiā pena sensus. ſ. gehēne: ita etiā peccato omissiōis. qḋ patet ex verbo dn̄i Math. vij. Omnis arbor que non facit fructū bonū excidet. ecce pena damni. ſ. exclusio ⁊ priuatio visiōis diuine. Et subdit: Et ī ignē mittet. ecce pena sensus. ſ. pena gehenne. Nota tñ hic quattuor ꝓpter solutiōes argumentoꝝ. Primum est: ꝙ peccatū potest cōtingere siue aliquis faciat qḋ nō debȝ siue nō faciendo qḋ debet. ſȝ meritum nō pōt esse nisi ꝙ aliquis faciat volūtarie qḋ debet. vn̄ meritū nō pōt esse sine actu. ſȝ peccatū pōt esse sine actu. Cui⁹ rō est: qr plura requirunt ad bonū q̄ȝ ad malū: vel ad meritum q̄ȝ ad demeritū: pma scḋe. q. lxxi. arti. v. in solu. j. argu. Secūdū est: ꝙ aliquid dicit voluntariū: nō solū qr cadit sup ipsū actū voluntatis. ſȝ qr est in potestate nostra vt fiat vel nō fiat: vt dicit in. iij. ethi. vn̄ ⁊ ipsum nō velle pōt dici voluntariū: inquantū in potestate hoīs est velle ⁊ nō velle: ibidē in solu. ij. argu. Tertiū est: ꝙ peccatū cōmissiōis vel transgressionis nō est pura ꝓuatio ſȝ est actus ꝓuat⁹ debito ordine: sicut furtū vel adulteriū est quidā actus inordinatus. peccatū autē omissionis est sola ꝓuatio: in questionib⁹ dispu. de malo. q. j. di. de peccato: vtrū in oī peccato sit aliquis actus: in so. iiij. argu. Quartū est: ꝙ peccatū omissionis tādiu durat actu: q̄ȝdiu durat tēpus ad qḋ ordinat ꝓceptū affirmatiuū. quo transeūte: trāsit actu ⁊ remanet reatu. ⁊ itez redeūte tali tempore: iterat omissio. qḋ exemplo tali declarat dicēs: ꝙ homo nō obligat ad hoc ꝙ semp insistat parentib⁹ obediendum aut honorandū: ſȝ tñ obligat homo vt parētes honoret tpe debito: qḋ si nō facit: peccat peccato omissiōis. trāseūte autē tpe: transit peccatū actu ⁊ remanet reatu. ⁊ iterū redeūte tpe honorādi: si nō honorat: reiterat omissio: ibidem in so. xj. argu. ¶ Qz differentia est inter peccatum mortale ⁊ veniale peccatū. CA. XIX.

Exto ⁊ vltimo ꝓncipaliter peccatū diuidit vel distinguit ex pte recessus a deo vel cōtēptus: vt cū diuidit peccatū in mortale: ⁊ veniale. Qualit aūt distinguat mortale a veniali est diuersitas inter doctores: eo ꝙ quidā assignant differentiā penes subiectū alij penes effectū: alij penes reatū. alij penes pfectū ⁊ impfectum. Primo enī aliqui assignāt differentiā penes subiectū. vn̄ dicūt ꝙ peccatū mortale habet esse in rōne: veniale vō habet esse in sensualitate. Sed ista differētia nō videt esse sufficiens: qr in volūtate ⁊ rōne potest esse veniale peccatū: nā actus moralis malus cū non est deliberatus ſȝ subitus ꝑ quandā surreptionem indeliberate rōnis: est peccatū veniale. Secūdo alij assignant differentiā penes effectū. vn̄ dicunt ꝙ peccatū mortale ꝓuat gratia: peccatū vō veniale nō: ſȝ ista differentia est a posteriori ⁊ ꝑ accidens. prius enī est cōsiderare peccata in se distincta q̄ȝ coꝝ effectus. Tertio alij assignant differentiā penes reatū. vn̄ dicūt ꝙ peccatum mortale est cui debet pena eterna: pctm̄ vō veniale ē cui debet pena tēporalis. ſȝ ista differētia est a posteriori ⁊ ꝑ accidēs. Itē sm̄ quosdā si homo moreret in pctō veniali: peccatū veniale nūq̄ȝ ei remitteret: ⁊ ita in ꝑpetuū sentiret penam. Dec. b. Tho. in q̄ōnib⁹ dispu. de malo. q. de pctō veniali: vtrū peccatū veniale cōuenient diuidat contra mortale in cor. q. circa ꝓncipiū. Et iō quarto btūs Tho. dicit ꝙ peccatū diuidit in mortale ⁊ veniale tanq̄ȝ in aliqḋ pfectum ⁊ impfectū. Sicut enī ens diuidit in substantiā: ⁊ in ens actu tanq̄ȝ in id qḋ hȝ pfectā rōnē entis. ⁊ similiter ens diuidit in accidēs: ⁊ in ens ī potētia tanq̄ȝ in id qḋ hȝ impfectā rōnē entis: ita pctm̄ diuidit in mortale tanq̄ȝ in id qḋ hȝ pfectā rōnē peccati: ⁊ in veniale tanq̄ȝ ī id qḋ nō habet cōpletā rōnē pcti vel culpe ex duob⁹. p°: qr directe opponit gratie vt mortale. veniale aūt nō opponit grē nisi indirecte. ſ. vt quedā dispositio ad mortale: ibidē in so. iiij. argu. 2° peccatū mortale hȝ rōnē cōpletā pcti ex hoc: ꝙ oīno a fine deordinat: a quo peccatū veniale deficit ex hoc ꝙ nō oīno a fine deordinat: ſȝ aliquo modo a fine retardat: ordine ad finē saluato: ibidē di. xxxv. arti. ij. in so. ij. argu. ¶ Qz peccatū mortale differt a veniali in quinq̄ȝ: ⁊ ꝓmo in corruptione. CA. XX.

Ad maiorem tñ euidentiā capituli ꝓcedentis est sciendū: ꝙ peccatū mortale ī quinq̄ȝ ꝓcipue differt a veniali. ſ. in corruptiōe: auersiōe: transmutatiōe: remissiōe: punitiōe. Primo differt in corruptione. nā pctm̄ mortale est q̄dā morbus ipsi⁹ aīe: a quo Dauid petebat liberari ⁊ sanari dicens: Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sū. petebat. n. misericordiā de pctō: qr hoc est veniale peccatū qḋ habet similitudinē cum curatiuo morbo. Sicut g̊ sūt quidā morbi curabiles ⁊ quidā incurabiles: ita sūt q̄dā pctā curabilia ⁊ q̄dā icurabilia: vt mortalia ⁊ venialia. Dicit aūt morbus icurabilis ꝑ quē tollit ꝓncipiū vite. ⁊ talis curari nō pōt ſȝ iducit ad mortem. Est aūt aliq̄s morbus q̄ nō tollit ꝓncipiū vite: ſȝ aliquid coꝝ cōsequentiū ad ꝓncipiū vite: que ꝑ ꝓncipia vite reparari pn̄t: puta febris tertiana q̄ cōsistit in abūdātia cholere quā virtus nature supare pōt. Sic a sili ꝓncipiū spūalis vite cōsistit in charitate ꝑ quā aīa cōiungit deo. qui est vita aīe: sicut vita corpis est aīa. Et iō si fit defect⁹ aliquis quo charitas excludat est pctm̄ mortale. si vō fit defectus quo charitas nō excludatur est pctm̄ veniale. Ubi nota ꝙ aliq̄d cōtrariat charitati dupliciť. ſ. ex praua intentiōe: ⁊ ex praua opatione. p° ex praua intentiōe pctōris: puta si q̄s dicat verbū ociosū in contēptū dei. ⁊ hoc ē mortale: nō quidē ex genere opis ſȝ ex praua intentiōe facien̄is vel dicētis. 2° aliq̄d cōtrariat charitati ex praua opatōe. ⁊ hoc quattuor modis. p° si aliq̄s faciat aliquod opus qḋ cōtrariat diuine charitati vt odiū. 2° si cōtrariet diuine subiectiōi ⁊ fidelitati: vt inobediētia ⁊ infidelitas. 3° si cōtrariet diuine reuerētie ⁊ honori: vt blasphemia. 4° si cōtrariet humane societati: vt furtū: homicidiū: ⁊ huiusmodi. oīa aūt ꝓdicta ⁊ similia eo ꝙ tollūt ꝓncipiū spiritualis vite. ſ. charitatē: sūt mortalia: q̄ ꝑ ꝓncipiū interi⁹ reparari nō pn̄t. Nō aūt sūt irrepabilia vel mortalia ꝑ cōparationē ad virtutē diuinā: que oēm morbū ⁊ corporalem ⁊ spūalē reparare pōt. Dec. b. Tho. pma scḋe. q. lxxxviij. ar. j. ī cor. q. ꝑ totū. ¶ Qz pctm̄ mortale differt ī auersiōe.

Ecūdo pctm̄ veniale differt a mortali in auersiōe. Cū enī pctm̄ sit auersio ab incōmutabili bono ⁊ cōuersio ad cōmutabile bonū sm̄ Augu. alit est hoc in pctō mortali: ⁊ aliter in pctō veniali. nā cōuersio indebita ad cōmutabile bonū pōt esse dupliciť: aut sub deo ⁊ sic est pctm̄ veniale: aut cōtra deū vel ꝓferē do bonū cōmutabile deo. ⁊ sic est pctm̄ mortale. CA. XXI.

Ad cui⁹ euidentiā nota sex. Primū est: ꝙ auertī a bono incōmutabili pōt esse vel intelligi duob⁹ modis. ſ. vel in habitu vel in actu. p° g̊ sm̄ habitū auertit a bono incōmutabili ille q̄ sibi aliū finē cōtrariū ponit. ⁊ hoc ē in pctō mortali. vn̄ qui mortaliť peccat: assimilat ei q̄ recedit a via. 2° aliquis in actu tm̄ auertit a bono incōmutabili: qm̄ aliquē actū facit quo actualit in deū nō tendit.

inheret enĩ talis inordinate ei qđ est ad finẽ: quia illud qđ est ad finẽ: actualiť nõ refert in finẽ: nõ tñ in id qđ ẽ ad finem quasi finẽ cõstituat. ⁊ hoc est in peccato veniali. vñ peccans venialiť assimilať ei qui nimis morať in via: ita ꝙ recedere a via facit peccatũ mortale: sed nimis morari in via cõstituit veniale. Hec b. Tho. scđo sen. di. xliij. arti. iij. in so. v. argu. ꝑ totum. Secundũ: ꝙ sũt tria ꝑcipue ꝓpter que hõ a deo auertiť ⁊ mortaliť peccat. p° qñ agit deliberate contra diuinã legẽ. 2° qñ cõtemnit ⁊ habitualiť a se excludit honorez dei. 3° qñ in bono tꝑali constituẽs vltimũ finẽ ponit suã fruitionẽ. ⁊ hoc est pessimũ. nã ſm Augu. nil est ꝑuersius q̃ȝ frui reb⁹ vtendis: ⁊ vti reb⁹ fruendis. vñ Aug⁹ in libro de doctrina xp̃iana sic ait: Illo frueris quo efficieris beat⁹: in quo spem ponis hoc est sũmũ ⁊ incõmutabile bonum. beata trinitas vnus deus q̃ solus nos beatificat. Qui aũt venialiť peccat: facit tria opposita supradicta. p° enĩ nõ facit contra legẽ sȝ ꝑter legẽ: sicut verbi grã Qui nõ reddit honorem debitũ deo seruãdo ꝑceptum affirmatiuũ in actu: peccat venialiť ⁊ nõ mortaliť: sicut peccat mortaliter qui nõ honorat deũ transgrediẽdo ꝑceptũ negatiuũ vel nõ implẽdo ꝑceptum affirmatiuũ ꝓ tꝑe ꝓ quo obligat. Hec beatus Tho. in qõnib⁹ dispu. de malo. q. vtrũ peccatũ veniale cõuenienť diuidať contra mortale: in solu. viij. argu. 2° qui venialiť peccat: excludit cõsiderationẽ actualẽ sue operationis: in dei gloriã nõ referẽs actualiť opus suũ: nõ tñ habitualẽ considerationẽ excludit: eo ꝙ non excludit charitatẽ que in deũ habitualiť ordinat. 3° qui venialiť peccat: in bono tꝑali non ponit fruitionẽ suã. vñ talis. s. venialiť peccans nõ fruiť creatura sȝ vtiť ea. refert autẽ eã habitu in deũ lȝ nõ actu: nec in hoc contra ꝑceptũ facit: q2 nõ teneť semꝑ actu referre in deum. Hec. b. Tho. vbi. s. in so. iiij. argu. Tertiũ est ꝙ in peccato mortali aliq̃n est prius naturaliť cõuersio ad cõmutabile bonũ q̃ȝ auersio ab incõmutabili bono: aliq̃n võ ecõuerso. Ratio aũt hui⁹ est: q2 cũ peccatũ cõsistat in volũtate: vt dicit btũs Aug⁹. q̃ntum ad voluntatẽ. i. prius qđ ꝑncipaliť intendiť. ⁊ iõ in peccatis in quib⁹ ꝑncipaliť intendiť fruitio boni cõmutabilis: sicut in luxuria: auaritia: ⁊ huiusmodi: prius est naturaliť cõuersio q̃ȝ auersio: que nõ ꝑncipaliter est intenta sȝ ꝑter intentionẽ consequiť ex inordinata cõuersione. In peccatis aũt in quib⁹ directe intẽdiť auersio a deo: sicut est infidelitas: desperatio: ⁊ hui⁹modi: prius auersio est ab incõmutabili bono: ⁊ postea est cõuersio ad cõmutabile bonũ: sicut patet de illis qui desperãtes seipsos oĩ impudicitie tradiderũt: vt dicitur ad Ephe. iiij. Hec. b. Tho. in. vj. qđli. q. xvj. in cor. q. ꝑ totum.

Quartũ est ꝙ cõuersio peccati mortalis ⁊ venialis ad inuicẽ sũt improportionabiles. Cui⁹ rõ est: q2 ꝑ cõuersionem peccati mortalis adhereť rei tꝑali vt fini. ꝑ conuersionẽ võ pctĩ venialis adhereť rei tꝑali vt ei qđ est ad finẽ: que duo nõ sũt eiusdẽ generis. vñ cũ finis vltim⁹ ab his que sũt ad finẽ distet in infinitũ: nõ sũt ꝓportionabilia: ꝑma scđe. q. lxxij. arti. v. in so. v. argu. Quintũ est ꝙ oĩa peccata mortalia cõueniũt ex pte auersiõis: ⁊ distinguunť ex pte cõuersionis ſm illud ad qđ cõuertunť: prima scđe. q. lxxij. arti. j. in cor. q. ⁊ in so. j. argu. Sextũ est ꝙ peccatũ mortale ex pte auersiõis ab incõmutabili bono. s. deo est culpa vel offensa infinita. ⁊ iõ rñdet ⁊ debetur sibi pena dãni que est infinita. s. amissio infiniti boni. i. dei. ex pte võ inordinate cõuersionis ad cõmutabile bonũ: peccatũ mortale est culpa vel offensa finita. ⁊ iõ rñdet sibi pena sensus que etiã ẽ finita. Hec. b. Tho. prima scđe. q. lxxvij. arti. iiij. in cor. q. ꝑ totũ. Ex his oĩbus patet ꝙ in auersione ab incõmutabili bono: ⁊ in cõuersione ad bonũ cõmutabile q̃ sũt ꝑ oĩa peccata mortalia quattuor sũt opposita. p° est ibi idẽtitas vel equalitas ex pte auersiõis: eo ꝙ oĩa peccata mortalia cõueniũt ex pte auersionis: ⁊ est in eis varietas respectu cõuersionis: q2 pctã mortalia distinguunť ex pte conuersionis ſm illud ad qđ cõuertunť. 2° est in eis posteritas vel prioritas: in quantũ in pctĩs spũalib⁹ prius naturaliť ẽ auersio q̃ȝ cõuersio. in pctĩs aũt carnalib⁹ est ecõuerso. 3° est in eis finitas ⁊ infinitas: q2 ex pte cõuersionis peccatũ est offensa finita: ex pte võ auersionis peccatũ est culpa vel offensa infinita: ⁊ ꝑ consequẽs habet penã infinitã. 4° est in eis difficultas ⁊ facilitas. nã ex pte nostra faciliť auertimur a bono incõmutabili: ⁊ difficulter conuertimur ad ipsũ. ex pte võ dei faciliť ad ipsũ conuertimur. ꝓpter qđ diciť Trenoꝝ. v. Conuerte nos dñe ad te ⁊ cõuertemur. q̃si diceret: Cõuerte nos dñe ad te: aliť enĩ ex pte nostra sumus auersi. Lȝ enĩ quilibet ex se faciliť possit peccare ⁊ sic auerti a deo: nõ tñ ex se de facili đ peccato põt exire ⁊ ad deũ cõuerti. Ita dicit Berñ. in libro de libero arbitrio: Peccantis lapsus non dono ascribiť potestatis: ⁊ si datũ fuit voluntati posse nõ cadere: nõ tñ resurgere si caderet. nõ enĩ tam faciliter valet exire de fouea sicut in eã labi. nã quidã cadũt ita de alto statu ꝙ nũq̃ȝ aut vix pñt ad statũ pristinũ redire: sicut de lucifero patet: q̃ ex eo ꝙ tam de alto cecidit statu nõ põt resurgere. Siliter ꝑlati ⁊ religiosi qñ cadũt: vix pñt resurgẽ: Hieremie. xxv. Cadetis velut vasa ꝓciosa. q̃ repanť cũȝ magna difficultate: oportet enĩ ꝙ iterato confleniť.

¶ Qȝ peccatũ veniale differt in transmutatione. CA. XXII.

Tertio ꝑncipaliter peccatũ veniale differt a mortali in transmutatiõe. nam peccatum veniale de se nõ potest fieri mortale: nec peccatum mortale potest fieri veniale: sed tñ peccatũ veniale disponit ad mortale. Primo dico ꝙ peccatũ veniale manens idez numero nõ põt fieri mortale ita ꝙ idẽ actus numero ꝑmo sit peccatũ veniale ⁊ postea mortale: sicut nec albedo põt fieri nigredo vel ecõuerso. Hoc aũt ꝓbo triplici rõe. Prima est talis: Illud qđ in suo effectu est tꝑale: nõ põt fieri eternũ. sȝ peccatum veniale quantũ est ex se nõ meretur penã eternam sȝ temporalẽ: mortale aũt mereť penam eternã: ergo ⁊c̃. Uel dicas aliť: ꝙ illud peccatuȝ qđ retardat a diuina visione nõ põt idem numero fieri cuȝ illo qđ priuat ⁊c̃. Hec. b. Tho. pma scđe. q. lxxxviij. arti. iij. in cor. q. Tertia rõ est talis: Illud qđ in aĩa nõ causat vel inducit maculã nõ potest idem numero fieri vel cõuerti in id qđ inducit maculã. sȝ peccatum veniale maculaȝ nõ inducit: peccatum võ mortale sic: ergo ⁊c̃. Scđo dico ꝙ peccatum mortale de se nunq̃ȝ potest fieri veniale. Hoc aũt ꝓbo quinq̃ȝ rõnib⁹. Prima est talis: Eternum nõ potest fieri temporale. sed mortale mereť penaȝ eternam: veniale aũt temporalẽ: ergo ⁊c̃. Secunda ratio est talis: Mortale peccatum differt a veniali sicut vir a puero. vel sicut completuȝ ab incompleto. sicut ergo de viro nõ potest fieri puer sȝ ecõuerso: sic nec de mortali veniale. sȝ bene econuerso: vt patebit infra. Tertia ratio est: q2 peccatum mortale causat in anima maculam ⁊c̃. Quarta rõ est talis: quia peccatũ mortale priuat visione diuina. peccatũ veniale tñ retardat ⁊c̃. Quinta rõ est talis: quia peccatum veniale ꝓpter sequentem deformitatez potest fieri mortale sicut cum quis dicit verbum ociosum animo fornicandi: sed peccatum mortale ꝓpter sequentem deformitatem nõ diminuiť sed potius aggrauatur: sicut nõ diminuiť peccatum eius qui fornicať ve verbum dicat iocosum vel ociosum: imo magis aggrauatur ꝓpter talem deformitatem. Hec beatus Thomas ꝑma scđe. q. lxxxviij. arti. vj. in cor. q. ꝑ totũ. Tertio dico ꝙ peccatũ veniale disponit ad mortale: quod tripliciter ꝓbo. s.

ex libidine: consuetudine: et similitudine. p° ex parte libidinis: quia augmentata dispositione per actus venialium peccatorum: intantum pōt crescere libido peccandi: quod ille qui peccat: in peccato veniali finem constituat. vñ quedam glo. Augustini sup Beati quorum remisse sunt &c. dicit: quod nihil est veniale adeo quod nō fiat mortale si placet: nō .s. quā placet quocumque modo sed quā placet vt finis. 2° peccatū veniale disponit ad mortale ex parte cōsuetudinis. Nā multotiens peccādo veniali: disponitur ad peccandū mortaliter. Cuius rō est: quia ille qui assuescit voluntatē suā in minoribus debito ordini nō subiicere: disponitur ad hoc quod etiam voluntatē suā nō subiiciat ordini vltimi finis: eligendo illud quod est peccatū mortale ex genere. 3° pbo hoc idem ex similitudine: Sicut illud quod ex natura sua est frigidū pōt fieri calidum: sic actus qui est venialis ex suo genere pōt fieri peccatū mortale ex voluntate ponētis finem in creatura. 4° pbo hoc idē Eccī. xix. Qui minima spernit paulatim decidet. Hec. b. Tho. pma scde. q. lxxxviij. arti. iij. in cor. q. per totū. Ubi nota quod verbū Eccī. xix. Qui minima spernit &c. exponitur duobus modis. Primo sic: Qui minima spernit. i. comessatiōes: potationes: risus: verba ociosa: que in huiusmōi solent esse paulatim decidet. i. in peccandi libidinē cadet. Aug°. Uitasti grandia: caue ne obruaris arena. Et iterū Aug° sup Johis pma: Si dixerimus quā peccatū nō habemus. ait: Multa leuia vel minima faciūt vnū grande vel graue: multe gutte iplent flumen: multa grana faciunt vnā massam. Et Greg°: Si parua curare negligimus: insensibiliter seducti: etiā maiora audēter perpetramus. vñ Aug° in libro de decem chordis sic ait: Noli contēnere venialia: quia minima sūt. sed time: quia plura. Plerūque enī multe bestie minute: magnam vexant et necant. Nūquid minutissima sūt grana arene. sed si arena amplius mittatur in nauim: mergit illā vt pereat: quā minute sūt gutte pluuie: nōne flumina iplent: et domos eiciūt? Timēda sūt ergo minima multitudinis etsi non magnitudinis. Scdo modo exponitur sic: Qui minima spernit. i. qui negligit minima obseruare regularū: vt silentiū: inclinatiōes: et huiusmodi. paulatim decidet. s. in contēptū maiorū et i mortale peccatū. Uita enī claustralis est sicut nauis: in qua si deficiāt minima: vt pix et clauus et huiusmodi: paulatim subintrat aqua et mergitur in pfundū. ¶ Quomodo veniale differt a mortali in remissione.

Quarto peccatū mortale differt a veniali in remissione. **CA. XXIII.**

Ad cuius euidentiā notā: quod aliter se habent mortalia adinuicē: aliter venialia adinuicē: aliter mortalia ad venialia: aliter venialia ad mortalia. Primo enī mortalia adinuicē comparando: dico quod vnū mortale nō pōt remitti sine alio. Ratio huius est duplex. Prima est: quia licet peccata mortalia nō habeant cōnexionē ex parte conuersionis: habēt tñ cōnexionem ex parte auersiōis: quia oīa ab vno incōmutabili bono auertūt. vñ si vnū sine alio remitteretur: sequerentur opposita seu cōtradictoria simul. s. idē simul esset conuersus ad deū et auersus a deo. sed hoc est impossibile: ergo et pmū. Secūda rō quare vnū peccatum sine alio remitti nō potest: ē incōtrarietas seu incōpassibilitas gratie gratū facientis et peccati mortalis: quia enī gratia gratū faciens nō cōpatitur secū aliquod mortale peccatū: sicut vita et mors nō compatiuntur se in aliquo eodem. ppter hoc infusa tali gratia: necessario oīa peccata mortalia expelluntur. Scdo comparando peccata venialia adinuicē: dico quod vnū peccatū veniale sine alio pōt remitti. Hoc pbo triplici rōne. Prima rō est talis: Illa peccata que adinuicē nullā cōnexionem hñt: ita se habent: quod vnū sine alio pōt remitti. sed venialia sūt huiusmodi. patet: quia nec habent annexionē ex parte cōuersionis: quia habēt esse circa diuersa. nec ex parte auersionis: quia in illis nulla est auersio ab vltimo fine: vt patet. s. ca° precedenti imediate. ergo &c. Secūda rō est talis: Maioris gratie est remissio peccati mortalis quā venialis. sed vnū peccatū veniale manens fixū in corde nō impedit remissionem peccati mortalis: ergo multo minus impedit remissionē alterius venialis. Tertia rō est: Licet enī oē peccatū displiceat deo: tñ sm plus et minus. quod patet: nam peccatū mortale plus displicet deo quā veniale: eo quod peccatū mortale etiā facit habentē ipsum displicentē deo: quia peccatū mortale aufert pulchritudinē gratie quā deus amat. peccatū aūt veniale quāuis displiceat deo: eo quod est inordinatū: nō tñ facit hominē displicentē deo: quia nō priuatur gratia. et io vnū peccatū veniale nō impedit dimissionē alterius. Hec. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xvj. arti. j. q. ij. i cor. q. argu. cōtra: et in so. iij. argu. Tertio cōparando peccatum mortale ad veniale dico: quod mortale pōt remitti sine veniali: quod pbo duplici rōne. Prima est talis: Peccatū mortale sic habet ad veniale vt habitus ad dispositionem. sed sublato habitu pōt manere dispositio: ergo remoto vel remisso peccato mortali: veniale pōt manere. Secunda rō est talis: Charitas pōt restitui et esse in remissione sic prius pōt esse sine posteriori: nō aūt ecōuerso. sed in remissione peccati mortalis restituitur charitas: in remissione vo peccati venialis restituitur feruor charitatis. vbi. s. q. iij. in cor. q. Ubi nota quod feruor charitatis dicitur per similitudinē. s. sm quod ad exteriora quodāmodo ebulliēdo refunditur: vbi. s. q. j. in so. ij. argu. Quarto cōparando peccatū veniale ad mortale: dico quod veniale peccatū non pōt remitti sine mortali. Cuius rō est duplex. Prima est talis: Posterius nō pōt restitui nisi restituto priori. verbi gratia: Feruor charitatis cui opponitur veniale est posterior ipsa charitate. vñ quādiu charitas non restituitur in remissione peccati mortalis: tūc nec feruor charitatis reparari pōt vel restitui in remissione peccati venialis. Secūda rō est talis: Peccato mortali manēte in aia nō dimittitur veniale. Cuius rō est: quia veniale peccatū est quedā obscuritas aie: ita dicit btus Greg° in moralib°: Peccatum veniale obscurat mentē quā mortale obtenebrat. sed obscuritas non remouetur nisi per spūalem lucē. s. per gratiā que etiā mortale delet et aiam illuminat et decorat: ergo peccatū veniale nō pōt dimitti sine mortali: vbi. s. q. iij. argu. cōtra. Ubi nota ad euidentiam auctoritatis Grego. s. quod mortale obtenebrat: veniale vo obscurat: quēadmodum fumus pulchritudinē faciei non delet: etsi etiā obscurat: sic peccatum veniale nō tollit ab aia quod sit ad imaginē dei disposita: sed solū eam obscurat. ¶ Quomodo peccatum mortale differt a veniali in punitiōe. **CA. XXIIII.**

Quinto et vltimo peccatū mortale differt a veniali in punitiōe. Nā peccato mortali debetur pena eterna. ita dicitur Matth. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū: pma scde. q. lxxxvij. arti. iij. per totum. Re. rōnes infra Pena peccati mortalis. Peccato autē veniali non debetur pena eterna. Hoc aūt dupliciter pbo. s. auctoritate: et rōne. p° auctoritate Grego. iiij. dialogorum dicētis: quod quedam leuiores culpe. s. peccata venialia post hanc vitā remittuntur: ergo venialia eterna pena nō puniuntur. 2° hoc idem pbo rōne sic: Illa enī peccata que nō faciūt auersionem ab vltimo fine: sed inordinationē circa ea que sūt ad vltimū finē: ordine debito ad finē seruato: nō debēt puniri priuatiōe vltimi finis. s. dei. sed talia sūt peccata venialia: vt patet. s. ergo &c. vbi. s. arti. v. in cor. q. et in so. j. argu. Sed forte argues et dices: quod etiā peccato veniali debetur pena eterna sic: Ponamus quod in dānato inueniatur aliquod peccatū veniale: certū est quod cū peccatū veniale nō remittatur: eo quod in inferno nulla est redēptio: peccatū veniale simpliciter punietur pena eterna. Rñdeo duobus modis. p° quod peccato

veniali ⁊ originali non debet pena eterna rōne sue gra-
uitatis sed rōne conditiōis subiecti.s.hois qui sine gratia
inuenit᷑:ꝑ quā solā fit remissio peccatoꝝ. Eternitas eniꝫ
pene non respōdet quātitati culpe sed irremissibilitati:
vbi.s̄.imediate:in solu.ij.⁊.iij.argu.ꝑ totū. 2° respōdeo
⁊ dico: ꝙ peccata venialia eoꝝ qui in infidelitate dece-
dunt vel in quocūqꝫ peccato mortali: puniunt᷑ eternalit᷑
non ꝓpter se:q꞉ non priuāt grā: sed ꝓpter pctm̄ mortale
adiunctū per quod grā est priuata. Hec be. Tho. in qōni
bus disputatis de malo.q.ꝑma de peccato:vtrū cōuenien
ter diuidat᷑ in mortale ⁊ veniale:in solu.xxiij.argumē.ꝑ
totum. ℂ De peccato mortali ⁊ veniali quinqꝫ
documenta. CA.XXV.

D maiorē tñ euidentiā predictoꝝ cōsideranda
sunt quinqꝫ. Primū est: ꝙ pctm̄ veniale dicit᷑
tribus modis.s. a sequela vel penitētia: a causa:
⁊ a materia. ꝑmo mō dicit᷑ veniale a penitētia vel seq̄la
quia iam cōsecutū est veniā sicut dicit Ambro.ꝙ peccatū
mortale ꝓfessionē factū dicit᷑ veniale. ⁊ hoc modo ve-
niale non diuidit᷑ cōtra mortale. 2° mō dr̄ veniale a cā:
q꞉ in se habet aliquā cām venie: non ꝙ non puniat᷑: sed
ꝙ minus puniat᷑. ⁊ hoc modo dicit᷑ pctm̄ ex infirmitate
vel ignorātia:quia infirmitas vel ignorātia excusat ī to-
to vel in parte: nec hoc diuidit᷑ cōtra mortale:q꞉ cōtingit
aliquē ex infirmitate vel ignorantia peccare mortaliter.
3° modo dr̄ veniale ex sua materia: ⁊ hoc diuidit᷑ contra
mortale:q꞉ mortale q̄ntum est de se meret᷑ penā eternā. ⁊
sic veniā excludit:pctm̄ vō veniale non. Hec bea. Tho. in
qōnibus disputatis de malo.q.j.iuxta ꝑncipiū. Scdꝫ
est ꝙ pctm̄ mortale ex genere: potest esse veniale ꝓpter
impꝑfectionē actus: q꞉ non ꝑfecte ꝑtingit ad rōnem act⁹
moralis: cū non sit deliberatus sed subitus. ⁊ hoc fit per
surreptionē quandā.s.indeliberate rōnis:ꝑma scđe.q.lx
xviij.arti.vj.in cor.q.in fine. Tertiū ē:ꝙ illud est actu
aliter deordinari in deū quod cōuenit peccato veniali: ⁊
aliud est habitualit᷑ excludere ordinē ad deū quod cōue
nit peccato mortali:in qōnib⁹ disputatis de malo:vbi.s̄.
in solu.ij.argu. Quartū est:ꝙ peccatū veniale nunqꝫ ꝑ
se potest fieri mortale: ita ꝙ primo est pctm̄ veniale sm̄
se: postea fit mortale: sicut nec albedo potest fieri nigre-
do. Verūtamē actus qui ex se est de genere venialis:pōt
fieri mortalis quatuor modis.s. ex cōscientia.cōplacētia
ruina:sequela.ꝑmo ex cōsciētia. nam quicq̄d fit cōtra con
scientiā edificat ad gehennā. Cuius rō est:q꞉ cuꝫ in pec-
cato sīt duo.s.auersio ab incōmutabili bono: ⁊ cōuersio
ad cōmutabile bonū:penes auersionē iudicat᷑ pctm̄ mor-
tale. ⁊ ideo q̄uis leuare paleā de terra leue videat᷑ seu in
differens:tñ qñ fit contra cōscientiā est pctm̄ mortale:q꞉
fit auersio a creatore. 2° modo veniale fit mortale ex cō-
placētia.vñ Aug⁹ Nulluꝫ pctm̄ est adeo veniale qd̄ non
fiat mortale dū placet:non quocūqꝫ modo sed sicut finis
3° modo ex ruina:quia frequēter ꝑ lapsuꝫ in pctm̄ venia
le:homo disponit᷑ ad mortale.naꝫ sepe de pctis minimis
venit᷑ ad magna: sicut de modica fauilla qñqꝫ surgit ma
gnus ignis:Eccl.xix. Qui minima spernit. Re.s̄.ca.xxij.
4° ex sequela: q꞉ qñ surgit pctm̄ veniale:si non ꝓhibet᷑:
posset progredi vsqꝫ ad mortale: non q꞉ ipsuꝫ veniale in
substātia fieret mortale:sed q꞉ ex ipso occasionaliter fie-
ret mortale:non effectiue sed dispositiue. Quintū est:
ꝙ pctm̄ veniale operat᷑ sex mala. Nam veniale obligat:
obscurat:debilitat:retardat:ꝓuocat:⁊ tepidat. ꝑmo pec
catū veniale obligat ad penā: nō quidē ꝑcise obligat ad
penā eternā vel ad penā purgatorij vel ꝑsentis satisfacti
onis: sed ad aliquā illarū penarū ꝑ quā sm̄ foꝝ ꝑsētis ec-
clesie homo leuiter satisfacit:sed sm̄ foꝝ purgatorij puni
et᷑ grauius: sed sm̄ foꝝ inferni grauissime punief᷑: quia
eternaliter: si in mortali ⁊ veniali decesserit: vt pꝫ exem-
plū.nam mēsura vini que valet in vno loco sex denarios
si ducat᷑ ad locū aliū valet duos solidos. 2° pctm̄ venia
le aīam obscurat: ⁊ ponit᷑ tale exemplū. aliqñ eniꝫ deni-
grat᷑ imago depicta intantū vt videri nō possit:aliqñ vō
sic obscurat᷑ vt videri quidē possit: sed non plene discer-
ni.vñ ꝓpter talem differentiā dicit Grego.ꝙ veniale ob
scurat: mortale vō obtenebrat. 3° pctm̄ veniale tepidat
sicut enī aqua in ignē ꝓiecta: lꝫ ignē non extinguat: fer-
uorē tñ ignis tempat vel tepidat:sic peccatū veniale cha-
ritatis feruorē minuit. 4° pctm̄ veniale debilitat: sicut
eniꝫ onus sup equū positū equū debilitat: ne sit ita ꝓm-
ptus ad ambulandū:sic pctm̄ veniale aīaꝫ ⁊ potētias aīe
debilitat in opib⁹ bonis. 5° pctm̄ veniale retardat a glo
ria: q꞉ homo qui decedit ⁊ posset statim ad gloriā euo-
lare post mortē: ꝓpter veniale coget᷑ ad temp⁹ in purga-
torio expectare: oportet enī quēlibꝫ ita mundū esse ante
introitū paradisi sicut fuit in susceptōe baptismi. 6° pec
catū veniale disponit ⁊ ꝓuocat ad mortale:vt pꝫ.
ℂ Qꝫ peccatū mortale tria mala facit: ⁊ primo bonita-
tem excludit. CA.XXVI.

P Ost hoc de pctō mortali in spēali consideranda
sunt tria.s.quot sunt eius mala: ⁊ que sit eius pe
na. Primo cōsideranda sunt peccati mortalis
mala. Ubi nota ꝙ pctm̄ mortale inter alia facit spēaliter
tria mala.ꝑmo eniꝫ bonitatē excludit ⁊ debilitat.2° mē-
tē affligit ⁊ vulnerat. 3° mortē inducit ⁊ causat. Pˢo
pctm̄ mortale bonitatē excludit ⁊ debilitat. Ubi nota ꝙ
triplex est bonū.s.bonū subiectū:obiectū:insertū.ꝑmo di
co:ꝙ est bonū subiectū mali. Cum eniꝫ malū non sit na-
tura aliqua sed defectus oportet ꝙ sit in bono vt in sub-
iecto: ⁊ istud bonū quod est subiectū mali:nec tollit᷑ nec
diminuit᷑ ꝑ malū:sicut pꝫ ꝑ exemplū:ꝙ substātia aeris q̄
est subiectū tenebraꝝ nō tollit᷑ nec diminuit᷑ ꝑ tenebras.
2° dico ꝙ est bonū obiectū vel oppositū malo. ⁊ hoc per
malū totaliter tollit᷑ vel excludit᷑:sicut pꝫ per exemplū ꝙ
lumē ꝑ tenebras tollit᷑: ⁊ visus per cecitatē. 3° dico ꝙ est
bonū insertū.sicut enī deus naturā cōdidit:ita eam habi-
litauit ad actū vel motū:vt in leuibus ⁊ grauib⁹ pꝫ. ⁊ hec
habilitas nature vel subiecti ad actū ꝑ malū non totalit᷑
tollit᷑ sed diminuit᷑:sicut pꝫ per exemplū. Uidemus eniꝫ
ꝙ q̄to corpa opaca multiplicant᷑ inter solē ⁊ aerē: tāto
magis diminuit᷑ habilitatio aeris ad solē:non tñ totalit᷑
tollit᷑ vel remouet᷑;sed semꝑ talis habilitas vł inclinatio
manet in substātia aeris. Modo igit᷑ spūaliter loquē-
do:primū bonū.s. bonū quod ē subiectū peccati: puta rō
vel intellectus ⁊ volūtas ꝑ pctm̄ nec tollit᷑ nec diminuit᷑
vñ Diony.dicit in.iiij.li. de diui.no. ꝙ etiā angelica do-
na.s. naturaliter data demonib⁹ non sunt diminuta: sed
integra ⁊ splēdidissima remanserūt. Scđm bonū.s.bonū
grē ⁊ virtutis infuse oppositū culpe ꝑ pctm̄ totaliter tol-
lit᷑ vel excludit᷑ vt lumē per tenebras. Tertiū bonū.s.bo-
nū insertū: puta bonū inclinatōis seu habilitatis ⁊ volū-
tatis ⁊ rōnis ad actū virtutis ꝑ pctm̄ diminuit᷑:nunqꝫ tñ
tollit᷑ per pctm̄.vñ sicut manēte aere tenebroso:nunqꝫ to
talit᷑ tollit᷑ inclinatio eius ad lumē: ita q̄uis in infinitū
possꝫ fieri additio in pctīs: nūqꝫ tñ inclinatio aīe ad gra
tiā totaliter excludit᷑:tollit᷑:vel remouet᷑. Scđo dico ꝙ
inclinatio aīe ad grām ꝑ pctm̄ diminuit᷑. Cuius rō est:
q꞉ per actus humanos homo inclinat᷑ ad similes actus.
quāto autē magis hō inclinat᷑ ad vnū cōtrarioꝝ: tāto ma
gis diminuit᷑ inclinatio eius ad aliud. Cū g̊ pctm̄ sit vir-
tuti cōtrariū:ex hoc ipso diminuit᷑ eius inclinatio ad vir-
tutē. Hec bea. Tho.ꝑma pte sum.q.xlviij.arti.iiij. in cor.
q.per totū. Est autē sciendū ꝙ pctm̄ cōtra virtutē agit
tribus modis.s.subtrahendo:impediendo: debilitando.

primo mõ peccatũ agit ɔtra grãm excludẽdo. sicut enĩ vnũ ɔtrarioꝶ corrũpit vel excludit aliud: ita pctm̃ excludit grãm. 2° agit impediẽdo. sicut enĩ ille p accidẽs illuminat domũ qui aperit fenestrã p quã lumẽ domũ possit intrare: ita p accidens ille tollit lumẽ qui claudit fenestrã ne lumẽ possit intrare domũ. Similr̃ pctm̃ est q̃daʒ deformitas per quã in aĩa ponit̃ obstaculũ diuine influentie que p se erat causa grẽ. 3° pctm̃ agit debilitãdo. nã per pctm̃ diminuit̃ habilitas vel inclinatio mẽt ad grãʒ quod pʒ: q2 q̃to magis peccator peccat: tãto min⁹ potest in bonũ. Propter qđ dr̃ Luce. x. q̃ hõ descẽdẽs a hierusalẽ in hiericho. i. in defectũ peccati: expoliat̃ gratuitis: ꝛ vulnerat̃ naturalib⁹: vt Beda exponit. ꝛ bea. Tho. allegat pͥma scđe. q. lxxxv. ꝛ arti. j. argu. contrario.

¶ Qꝫ peccatum mortale mentem affligit ꝛ vulnerat: ꝛ quomodo. CA. XXVII.

Secundo pͥncipaliter peccatũ mortale mentẽ affligit ꝛ vulnerat: nam ante pctm̃ oẽs potẽtie aĩe erãt recto ordine regulate ꝛ adornate: ꝓpter qđ d̶ dr̃ Eccs. vij. Deus fecit homieʒ rectũ. Erat aũt in homie triplex rectitudo. Prima ergo rectitudo a qua oẽs alie causabant̃ erat: q̃ rõ erat subiecta deo. Scđa rectitudo erat qua vires inferiores aĩe. s. volũtas irascibilis ꝛ ɔcupiscibilis rõni erãt subiecte. Tertia rectitudo erat q̃ corpus aĩe subdebat̃. sed per pctm̃ omnes potẽtie aĩe ꝓprio ordine remanẽt destitute. Sunt autẽ quatuor potẽtie aĩe que possunt esse subiecta virtutũ. prima potentia est intellect⁹ seu rõ in qua est prudẽtia. scđa est voluntas in qua est iusticia. tertia est irascibilis: in qua est fortitudo quarta est ɔcupiscibilis in qua est tpantia. Modo igit̃ per pctm̃ pͥmo rõ respectu veri est vulnerata ignorantia. 2° volũtas respectu boni est vulnerata malicia. 3° irascibilis respectu ardui vel difficilis est vulnerata infirmitate vel impotentia. 4° ɔcupiscibilis respectu delectabil' est vulnerata ɔcupiscẽtia. Hec bea. Tho. pͥma scđe. q. lxxxv. arti. iii. an cor. q. p totũ. Ubi est sciendũ ad pͥdictoꝶ notitiã ampliorẽ q̃ pͥmus hõ ante pctm̃ in statu innocẽtie quatuor bona habuit excellẽter. pͥmo habuit cognitionis splẽdorẽ: ita q̃ ipse tria clarius nobis cognoscebat. s. pͥmo deũ: 2° angelos: 3° cũctas creaturas quibus ipse noĩa imposuit s̄m naturã suã. 2° habuit virtutis valorẽ inq̃tum ipse fuit in innocẽtia ꝛ grã creatus. qđ tali rõe ostendo: Homo enĩ ꝛ angelus eq̃liter ad beatitudinẽ ordinant̃: sed angeli in grã sunt creati. ita dicit Aug⁹ xij. de ciui. dei: q̃ deus simul erat in eis ɔdẽs naturã ꝛ largiẽs grãm: g̊ ꝛc. 3° habuit rectitudinis ordinẽ vt. s. patuit. 4° habuit boni opis celsitudinẽ. Nam opa pͥmi homis ante pctm̃ magis meritoria erãt q̃ʒ post pctm̃: eo q̃ grã i qua cõditus erat: copiosior fuit nullo obstaculo in natura humana inuẽto: ex quo grã maiorẽ facilitatẽ habebat ad bonũ operandũ ꝛ ad malũ vitandũ q̃ʒ modo. Per peccatũ vo q̃tuor vulnera ꝛ mala sunt secuta. Primũ uuln⁹ a est ignorãtia in intellectu. vñ Sophonie. i. Ambulabunt vt ceci: q2 dño peccauerũt. Glo. Qui ꝑdiderunt lumẽ virtutũ: ꝛ peccatis vixerũt: ambulabũt vt ceci. s. non inuenientes locũ penitẽtie. Et subdit cãm dicẽs: Quia dño peccauerũt. q. d. Derelinquẽtes iusticias ꝛ virtutes alias q̃ sunt dei: ꝛ sua peccata sequẽtes velut ceci locũ penitẽtie ꝛ misericordie nõ inuenient. Scđm vulnus est malicia in affectu ex qua deus hominẽ conditũ delere voluit: Geñ. vj. Uidens igit̃ deus q̃ multa malicia hoĩuʒ esset in terra: ꝛ cũcta cogitatio cordis esset intẽta ad malũ oĩ tpe: delebo inquit hoiem ꝛc. Tertiũ vulnus est cõcupiscẽtia et pugna in cõnictu. s. in intellectu ꝛ appetitu sensitiuo. vñ apls ad Gala. v. Caro ɔcupiscit aduersus spm̃ ꝛ spũs ꝛc. Quartũ vulnus est infirmitas vel impotẽtia in actu vel in ꝑfectu. nam ad peccandũ sumus prõni ꝛ fortes: sed ad i bene operandũ infirmi ꝛ debiles. vñ Michee. j. Infirmata est in bonis que habitat in maroth. Gl. Infirmata est in virtutibus que habitat in amaritudinib⁹ pctoꝝ.

¶ Qꝫ pctm̃ mortale mortẽ inducit ꝛ cãt. CA. XXVIII.

Tertio pͥncipaliter pctm̃ mortale mortẽ inducit ꝛ t causat. Ad cuius euidentiã est sciendũ: q̃ beat⁹ Aug⁹ sup Geñ. ad lr̃am distinguit tres status vl' triplicẽ statũ. Primus status fuit innocẽtie: in quo poterat pͥmus hõ peccare ꝛ non peccare: ꝛ similr̃ poterat mori ꝛ non mori. Tertius status erit glorie in quo non poterit peccare: ꝛ similr̃ poterit non mori ꝛ nõ poterit mori. Secũdus status medius inter istos fuit culpe: in quo poterat peccare ꝛ non poterit non peccare: ꝛ similr̃ poterat mori ꝛ non poterat non mori: vt ait Hugo de sancto victore sup scđo sen. sic dicẽs: In pͥmo statu. s. innocentie fuit possibilitas non peccãdi: ꝛ possibilitas non moriendi: non quidẽ ex natura: sed ex gratia gratis data. In tertio statu. s. glorie. erit impossibilitas peccãdi ꝛ moriendi non ex natura sed ex grã ꝑfecta nature supaddita. In 2° statu. s. culpe: erit peccãdi ꝛ moriẽdi necessitas q̃diu adest vita: peccãdi necessitas q̃diu abest grã. Ex quibus autoritatib⁹ apte ɔcludit̃ q̃ pctm̃ est cã mortis. Hoc aũt probat bea. Tho. rõne: similitudine: ꝛ autoritate. Primo enĩ q̃ pctm̃ sit cã mortis ꝛ alioꝝ defectuũ corpaliũ ꝓbat rõne. pͥmo g̊ illa est cã p se alicui⁹ effectus que virtuteʒ sue nature vel forme effectũ quẽ intẽdit: ꝓducit. hoc mõ pctm̃ non est cã mortis: eo q̃ mors ꝛ huiusmõi corpales defectus sunt pͥter intentionẽ peccãtis. 2° mõ pctm̃ est causa mortis p accidẽs: vt ꝓhibens remouẽs: sicut dicimus q̃ remouẽs colũnaʒ: dr̃ remouere lapidẽ suprapositũ: ꝛ hoc modo pctm̃ pͥmi parẽtis fuit cã mortis ꝛ alioꝝ defectuũ corporaliũ: eo q̃ pctm̃ eius exclusit vl' remouit originalẽ iusticiã: p quã vires inferiores ɔtinebant̃ sub rõne absq͛ omni deordinatiõe: ꝛ corpus ɔtinebat̃ sub aĩa absq͛ omni defectu. Scđo hoc idẽ ꝓbat similitudine dicens: q̃ sicut se habet natura humana q̃tum ad aĩam: ita etiã q̃tum ad corpus. sed humana natura est vulnerata q̃tum ad aĩaʒ: qđ pʒ. Cum enĩ tres sunt vires aĩe. s. rõnalis: ɔcupiscibilis: irascibilis: rõnalis est vulnerata p ignorantiã veri. ɔcupiscibilis p maliciã vel ɔcupiscentiã mali: irascibilis p impotentiã boni: ꝛ remãsit aĩe nosse obtenebratũ: velle maculatũ: posse debilitatũ: g̊ sicut est vulnerata q̃tuʒ ad aĩam: vt pʒ etiã ca. ꝓcedẽti: similr̃ est vulnerata q̃tum ad corpus. Tertio hoc idẽ ꝓbo autoritate apli ad Ro. v. dicẽtis: Propter vnũ hoĩeʒ pctm̃ intrauit in mundũ: ꝛ per pctm̃ mors. pͥma scđe. q. lxxxv. arti. v. in cor. q. p totũ. ꝛ argu. ɔtra. Et ꝓpter hec tria supius dicta que facit pctm̃: possumus exponere quod dicit̃ Luce. x. b in figura: Homo quidã descẽdebat ab hierusalẽ in hiericho: ꝛ incidit in latrones: qui etiã despoliauerũt eũ: et plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. In quo vbo tãgunt̃ vel describunt̃ sex mala que facit pctm̃ mortale. Primo. n. pctm̃ mortale exheredidat a regno celesti: ibi Homo quidã. s. Adam vel genus humanũ descẽdebat. s. p culpã: vl' q2 ascẽderat p supbiã ideo descẽdebat p penã ꝛ miseriã A hierusalẽ: que s̄m Augu. ɔtra pelagiũ interpͥtat̃ visio pacis. nam anteq̃ʒ peccaret erat in visione pacis: hoc est in paradiso: vbi quicq̃d videat erat pax ꝛ leticia. Descẽdebat g̊ a visione triplicis pacis. s. a deo p obedientiã: a seipso p innocentiã: a toto mũdo p pͥdñationẽ: Scđo pctm̃ mortale captiuat sub defectu pͥstĩ: ibi in hiericho. Nam hiericho s̄m Augu. interpͥtat̃ luna: ꝛ significat nostrã mortalitatẽ: p hoc q̃ sicut luna nascit̃: crescit: senescit: occidit: sic vita nostra. descẽdit g̊ in hiericho inq̃tum incurrit defectũ pacis. nam factus est inobediens

deo: ⁊ corpꝰ eius spirituisancto: ⁊ creature inferiores ipi toti generi humano vnde in miserias ⁊ defectus vite incurrit. Req. infra quot sunt tribulatões. Tertio peccm̄ mortale subiugat diabolice potestati: ibi Et incidit in latrones. Ambro. ibidē Qui sunt isti latrones: nisi angeli noctis ⁊ tenebrarꝫ: in quos non incidissꝫ nisi eis mādati celestis deuiꝰ se fecisset obnoxiū. ꝙ incidit in latrones. i. in demonū potestates qui clam bonis alienis insidiant ⁊ dicit ꝙ incidit in latrones: non ꝙ latrones irruerūt in eū. nam hō spōte seipsuꝫ eorꝫ tradidit potestati. Quarto peccm̄ mortale spoliat gratuitis: ibi Qui etiā despoliauerūt eū. vbi Augꝰ de qōnibus noui ⁊ veteris testamēti sic ait: vel sm̄ Ambro. Qui. s. demones expoliauerūt eum indumēta grē ⁊ innocētie auferēdo. Job. xix. Spoliauerūt me gloria mea. Et Geñ. iij. Post peccm̄ cognouerūt se esse nudos. Quīto peccm̄ vulnerat in naturalibꝰ: ibi Et plagis impositis. i. naturalibꝰ vulneratis ꝑ peccm̄. in psal. Non est sanitas in carne mea. Et subdit: Plagis īpositis sm̄ Augu. i. pctā suadēdo. Beda: Peccata dicunt plage qꝛ his nature hūane integritas violat. Sexto peccatū mortificat in opibus meritorijs: ibi Semiuiuo relicto. Augꝰ in qōnibus euāgelij sic dicit: Semiuiuo relicto. qꝛ ex pte qua potest intelligere ⁊ deū cognoscere: viuus est homo. ex pte vō qua peccatis ꝯtabescit ⁊ ꝓmit: mortuꝰ est ⁊c. Theophilus sup hoc vbo Semiuiuo ⁊c. sic dicit: Post peccm̄ homo dicit semiuiuus: qꝛ aīa īmortalis est: corpus vō mortale: ita vt medietas hoīs morti succūbat. Et postea subdit: Abierūt. Beda: non ab insidijs cessando: sed insidiarꝫ fraudes in eis occultādo.

¶ Qꝫ peccm̄ mortale facit tria mala ⁊ que. CA: XXIX.

Post predicta mala que sunt effectus peccati mortalis: nota etiā ꝙ peccm̄ mortale causat in aīa tria mala. ꝑmo enī decorē maculat: 2° horrorē ꝓuocat: 3° dolorē applicat. Primo peccm̄ mortale decorēꝫ vel nitorē maculat: Sicut enī res corꝑalis pulchritudinē habet duplici rōne. s. rōne debite ꝓportōis: ⁊ rōne refulgentie lucis vel influētie solaris: sic aīa duplicē nitorē seu decorē habet: vnū quo in actibus suis dirigit. qui quidē decor ex refulgētia lumīs naturalis. s. rōnis ꝓcedit. scdm decorē quo aīa in actibus interioribꝰ ꝑficit hꝫ ex refulgentia ⁊ eminētia diuini muneris. s. gratie ⁊ virtutis. vn̄ sicut macula in corꝑalibꝰ ꝓprie dicit: qn̄ corpꝰ nitidū ⁊ decorꝫ ex ꝯtactu alicuiꝰ corꝑis vel rei suū nitorē ꝑdit: sic methaphorice aīa maculat ex ꝯtactu alicuiꝰ rei inferioris. vn̄ Ecc̄i. xlvij. Dedisti maculam in gloria tua. Hec he. Tho. ꝑma scdē. q. lxxxvj. arti. j. in cor. q. per totū.

Ad cuius euidentiā nota sex. Primū est: ꝙ res viles ⁊ inferiores virtute earꝫ non maculāt aīam que in natura est supior ⁊ nobilior eis: sicut radius solaris nō maculat ꝑ ꝯtactū corꝑorꝫ fetidorꝫ: sed aīa inquinat seipsaꝫ ⁊ maculat ꝑ inordinatū amorē. nam amor ꝯglutinat ⁊ ꝯiungit aīam rei amate. vn̄ ex hoc aīa maculat eo ꝙ inheret rebus inferioribꝰ eas ꝯtra ordinē rōis ⁊ diuine legis amādo. vn̄ Ozee. ix. Facti sunt abomīabiles sicut ea que dilexerūt: ibidē in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu. Scdm est: ꝙ rō vel intellectꝰ non maculat ex ꝯsideratōe quarūcūqꝫ rerꝫ vt hūi: sed magis ꝑficit. Cuiꝰ rō est: qꝛ actio intellectus ꝑficit sm̄ ꝙ res intelligibiles sunt in intellectu ꝑ modūꝫ ipsius intellectꝰ. sed tn̄ aīa maculat inordinate ipsas res diligēdo: vt pꝫ. s. ꝑ Ozeā. Cuius rō est: qꝛ actio volūtatis ꝯsistit in motu volūtaris ad ipsas res: ita ꝙ sicut amor ordinatus rei nobilis ꝑficit ⁊ nobilitat aīaꝫ: ita amor inordinatus rei vilis ⁊ infime vilificat ⁊ maculat animaꝫ. Augꝰ Si terrena diligis: terra es. Tertiū est: ꝙ trāseunte obstaculo corꝑis non remanet vmbra: eo ꝙ corpꝰ diaphanū manet in eadē ꝓpinquitate ⁊ dispositōne ad corpus illuminās: sed remoto actu peccati adhuc remanet in aīa macula post peccm̄. Cuiꝰ rō est: qꝛ remoto actu peccati: adhuc remanet in aīa macula in eadē habitudine ⁊ dispōne ad deū. vn̄ non est similis rō de vmbra ⁊ de culpa. ⁊ ideo dr̄ Josue. xxij. Usqꝫ in ꝑsentē diē macula huiꝰ sceleris in nobis ꝑmanet: vbi. s. arti. ij. in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu. ⁊ argu. ꝯtra. Quartū est ꝙ affectus peccati facit distantiā a deo: quā quidē distantiā sequit defectus nitoris hoc modo sicut motus localis facit distantiā localē. vn̄ sicut cessante motu non tollit localis distātia: ita nec cessante actu peccati tollit macula: ibidē in solu. iij. argu. Quintū est: ꝙ postqꝫ homo peccauerit discedendo ab ordine rōnis vel diuine legis: non statim ad illum statū in quo fuerat aīa antequꝫ peccaret: redit. sed reqrit aliquis motus volūtatis ꝯtrarius ꝑmo motui. sicut si aliquis distās alicui ꝑ aliquē motū: non statiꝫ cessante motu fit ꝓpinquius: sed oportet ꝙ ꝓpinquet ꝑ ꝯtrariū motū: ibidē arti. ij. in cor. q. Sextū est: ꝙ sicut vnū peccm̄ inducit vel causat in aīa maculā: ita diuersa pctā inducunt in aīa diuersas maculas. quod ꝑ exemplū pꝫ. nam vmbra est priuatio lumīs ex obiecto alicuius corꝑis: ⁊ ideo sm̄ diuersitatē corꝑorꝫ obiectorꝫ diuersificant vmbre: vbi. s. arti. j. in solu. iij. argu. Causat autē macula ex ꝯtactu qdruplicis rei. s. rubiginis. bituminis: sanguinis: picis. ꝑ° causat macula ex pte rubiginis: vt in metallo: ꝑ quā rubiginē auaricia designat: ꝓuer. xxv. Aufer rubiginē de argento. i. de mūdano lucro ⁊ egrediet vas purissimū. i. cor mundū: imo beatū: Ecc̄i. xxxj. Beatus vir qui inuentus est sine macula. 2° causat macula ex ꝯtactu bitumīs vt in luto. per quā maculā luxuria designat: Ecc̄i. lxvij. Posuisti maculā in gloria tua. Re. s. Luxuria. 3° causat macula ex ꝯtactu sanguīs: vt in panno. ꝑ quā designatur macula odij: Nūe. xxxv. Non polluatis terrā habitatōis vestre que insontiū cruore maculat. 4° causat macula ex ꝯtactu picis: ꝑ quā societatis praue macula designat: Ecc̄i. xiij. Qui tetigerit picē coinquinabit ab ea: ⁊ qui cōmunicauerit supbo induet supbiaꝫ. Est autē sciendūꝫ ꝙ in lege veteri sub figura qdruplex macula ꝓhibebat. s. in domo: in veste: in oblatōe: in offerēte: ꝑmo ꝓhibet macula in domo: Leui. xiiij. ꝑ quā maculā peccm̄ vel macula in familia designat. j. Regi. iiij. dicit: ꝙ propter hoc peccm̄ Heli qui peccm̄ hoc tolerauit fractis ceruicibus est punitus ⁊ mortuꝰ. 2° ꝑ maculā in veste: macula ꝯuersatōis vel infamie designat. de qua Jude. j. dicit: O diētes illā que carnalis est maculatā tunicā. 3° ꝑ maculā in oblatōe: macula in ope designat: Job. xxxj. Si manibꝰ meis adhesit macula. q. d. sm̄ glo. ꝙ si aliqn̄ illicita cogitaui: ꝑuenire illa vsqꝫ ad opera non ꝑmisi. 4° ꝑ maculā in offerente: intentiōis macula designat: ꝯtra quā dicit Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊c.

¶ Qꝫ vnū peccatū mortale est causa alteriꝰ peccati mortalis quattuor modis. CA. XXX.

Secūdo ꝑncipaliter peccm̄ mortale horrorē ꝓuocat. nam vnū peccm̄ mortale est cā sequentis pctī quattuor modis. ꝑmo vt remouēs: ꝓhibēs: 2° vt disponēs: 3° vt materiā ꝑbens: 4° vt finē respiciens. Primo enī vnū peccm̄ mortale est cā alteriꝰ: imo omnis peccati: vt remouēs ꝓhibens. Cuiꝰ rō est: qꝛ per peccatū mortale homo amittit grām: charitateꝫ: ⁊ verecundiā: ⁊ oia alia retrahentia a pctō: quibus amissis homo faciliter in omnia peccata ruit. ⁊ labit: Trenorꝫ. j. Peccatū peccauit hierusalē: ꝓpterea instabilis facta est. Ubi dicit glo. ꝙ sicut edificiū quod non habet solidū fundamentū oꝫ ꝙ statum ruat: sic qui in xp̄o ⁊ in eius virtutibus non est fundatus oportet ꝙ cito de pctō in peccatū cadat. Secūdo peccm̄ mortale est causa sequētis pctī vt disponens.

Sed forte argues in oppositum q volũtas nõ sit causa peccati tripliciter .s. auctoritate: rõne: similitudine. Primo auctoritate Dionysij in. iiij. ca. de diui. no. dicentis: q malum est pter intentionẽ: eo q nullus ad malũ intendens opaf. sz peccatũ habet rõnem mali. g nõ est volũtariũ. Rñdeo duobus modis. pmo q malum dicit esse pter voluntatẽ p se: qz nullus intendẽs ad malũ p se aliqd opaf: vt Dionysius dicit. sz p accidens malũ põt esse voluntariũ: dñ .s. aliquis existimat bonũ qd ẽ malũ: vel apparet alicui bonũ sm quid aliqd cui est adiũcta rõ mali simplicit. 2o mõ rñdeo ⁊ dico: q malũ dicit esse pter voluntatẽ: qz volũtas nõ tendit ad malũ sub rõne mali. sz qz aliquid est malũ apparens bonum: ideo voluntas aliqñ appetit aliquid. Et sm hoc peccatum est ex voluntate. Hec b. Tho. scđo scripto sen. dis. xlj. arti. iij. vtrũ omne peccatũ sit in voluntate: in solu. j. argu. Secũdo argues ad idem rõne sic: Volũtas tendit in bonũz sicut in suũ obiectũ. vnde semp est vel veri boni ⁊ tũc nõ est in volũtate peccatum: vel boni apparentis nõ autem existentis: ⁊ tũc est ex vitio intellectus vel alicuius apprehensiue virtutis: ⁊ nõ voluntatis: ergo peccatũ pncipalit nõ consistit in volũtate. Rñdeo tribus modis. Primo q ignorantia intellectus vel est inuincibilis ⁊ inuoluntaria. vel vincibilis ⁊ voluntaria. pmo eni si est ignorantia inuincibilis quã vitare oĩno nõ potest: talis ignorantia peccatũ excusat: vt iam peccatũ nõ sit. Si vo ignorantia est quodãmodo volũtaria: qz ignorat ea que scire tenet ⁊ põt: tunc ignorantia talis voluntariũ nõ tollit ⁊ sic peccatũ causat. Si aũt scire nõ posset tũc voluntarie quidez actuz faceret: sed volũtarie nõ peccaret. hoc modo rñdet beatus Tho. ad argu. factum. ij. scripto sen. vbi. s. in solu. tertij argu. Secũdo modo rñdeo ⁊ dico: q defectus intellectus vel apprehensiue virtutis: aut non subiacet voluntati: aut subiacet. Primo enim si nõ subiacet voluntati: sicut patet in his qui habent ignorantiã inuincibilem: tũc nõ est peccatuz nec in volũtate nec in apprehensiua virtute. Si vo defectus apprehensiue virtutis subiacet voluntati tũc deputat homini in peccatũ. Et hoc mõ rñdet beatus Tho. pma scđe. q. lxxiiij. arti. pmo: vtrũ volũtas põt esse subiectum peccati: in solu. ij. argu. Tertio modo rñdeo ⁊ dico: q id qd nõ est vere bonum apparet bonũ puenit ex duobus effectibus: qñq quidẽ ex vitio intellectus .s. cum aliquis habet falsam opinionẽ de aliquo cognoscendo: vt pz in eo qui putat fornicationẽ nõ esse peccatum vel etiam in eo qui vsum rõnis nõ habet. Et talis defectus puenιens ex vitio intellectus: vel totaliter a peccato excusat. vel peccati diminuit vel alleuiat. Qñq vo defectus prouenit ex parte voluntatis vel affectus: eo q qualis est vnusquisq talis finis videtur ei. in iij. physicoꝝ. Experimẽto eni cognoscimus q aliter videt nobis bonũ aliquod vel malũ circa ea que diligimus: ⁊ ea que odimus. ⁊ iõ cum aliquis inordinate est affectus ad aliquid: impedit eius iudicium interius in pticulari eligibili ex inordinata affectione ad illud. Et sic pncipaliter vitiũ nõ est in cognitione. sz in affectione. Et iõ qui sic peccat nõ dicit peccare ex ignorantia: sz ignorans. vt dicit in. iij. ethi. Et hoc mõ rñdet. b. Tho. ad rõnẽ pdictã in qõnibus dispu. de malo. q. ij. arti. vj. vtrũ peccatũ consistat in actu volũtatis tñ: in solu. ix. ⁊ vltimi argu. Tertio cõtra hoc pncipaliter argues similitudine arboris ⁊ fructus quã ponit dñs Matth. vij. dicens: Nõ põt arbor bona fructus malos facere ⁊c. Ex qua similitudine formo talem rõnẽ: Res bona nõ est causa mali. sz volũtas ẽ bona g causa mali .s. peccati esse non põt. Rñdeo ⁊ dico: q duplex est cã .s. pma ⁊ remota. ⁊ proxima ⁊ imediata. Causa aũt pma ⁊ remota i genere illo respectu arboris ⁊ fructus est sol vel terra: ⁊ hec causa est cõis bonis ⁊ malis fructibus. sz cã proxima ⁊ imediata fructus ẽ arbor: ⁊ iõ arbor mala ẽ fructus mali cã. Sic a simili ipsa nã volũtas vna ẽ ⁊ eadẽ cã pma vel pncipiũ bonoꝝ vel maloꝝ volũtariũ: bonoꝝ vel maloꝝ actuũ vel operũ exterioꝝ. sz volũtas mala q cõpat

arbor: est causa prima alicui⁹ mali exterioris que cõparaτ fructui. Et hoc mõ rñdet. b. Tho. ad auctoritatẽ pdictam exponẽdo eã. ij. scrip. sen. dis. xxxiiij. in explanatiõe lrẽ: ibi Manifestũ est ex volũtate mala tanq̃ ex arbore mala fieri oia opa mala tanq̃ fructus malos sm ipsã voluntatẽ τc. in principio distinctionis.

¶ Ad cognitionẽ aũt q̃litatis volũtatis hñdã τ opis exterioris inducit exemplũ arboris facientis fructum.

CA. XLV.

a Dcognitionẽ aũt qualitatis volũtatis τ opis exterioris habendã inducit exemplum arboris faciẽtis fructũ. Matth. vij. vbi sic dicit: Oĩs arbor bona fructus bonos facit: mala aũt fructus malos facit. nõ põt arbor bona fruct⁹ malos facere neq̃ arbor mala fruct⁹ bonos facere. In quib⁹ verbis tãguntur tria: pmo cõueniẽtia assimilatiõis: ibi Arbor. secũdo differẽtia opatiõis: ibi Arbor bona bonos fruct⁹ facit. tertio impotentia transmutatiõis: ibi Nõ põt arbor bona fructus malos facere τ ecõuerso. Primo tangit cõueniẽtia assimilatiõis: ibi Arbor. nã homo assimilat arbori. vñ in greco hõ dicit antropos. i. planta vel arbor reuersa. Homo igit assimilat arbori spũali cui⁹ radices sũt affectiões τ cogitatiões: quib⁹ figit siue in celo sursũ siue in inferno deorsum. humor deuotio: stipes intẽtio: cortex conuersatio: rami virtutes τ potentie: folia flores opinio: fructus opa: terra in qua dicit esse plantata ẽ celum: pp̃ter hoc habet radicẽ. i. caput supius. In psal. xci. Plantatus est in domo dñi. i. militãtis ecclesie τ numero τ merito. In psal. Introibo in domũ tuã in atrijs domus dei nostri. i. triũphãtis ecclie florebit. in psal. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis hierusalẽ. Aque iuxta quas dicit viuere sũt fluenta gratie τ sacre scripture.

e vñ in psal. pmo. Et erit tanq̃ lignũ qd̃ plantatũ est secus decursus aquaꝝ: qd̃ fructũ suũ dabit in tpe suo. Qd̃ verbũ dupliciter exponit. s. de xp̃o τ de viro iusto. Primo de xp̃o. vñ Aug⁹ τ Cassio. i glo. sic dicũt: Loquit Dauid de xp̃o ad similitudinẽ ligni vite dicens: Erit tanq̃ lignũ. s. vite qd̃ erit in medio paradisi: sic xp̃s fuit lignũ vite his qui apprehendũt eũ. qd̃ quidẽ lignũ fuit mirabili⁹: delectabilius: vtili⁹. p⁹ fuit mirabili⁹: q2 plantatũ. vñ Aug⁹ i glo. i. incarnatũ τ humane nature insertũ: p qd̃ ad deum possum⁹ accedere: Jacobi. j. In mansuetudine suscipite insitũ verbũ. 2⁹ fuit delectabili⁹ τ viridius: q2 secus decursus aquaꝝ. Aque signãt spiritum sanctuz iuxta illud: Qui credit in me flumina de ventre ei⁹ fluẽt τc. Joh. iiij. Vel secus decursus aquaꝝ. i. gratiarũ: Eccl. xxiiij. In me oĩs grã dicit xp̃s. τ Joh. j. Plenũ gratie τ veritatis. 3⁹ q2 fuit vtili⁹: q2 dabit fructũ suũ in tpe suo. Qd̃ exponit tribus modis. p⁹ dabit fructũ suũ. i. carnẽ suã in cena dabit esibilẽ. Isaie. ij. Erit fruct⁹ terre sublimis. 2⁹ dabit fructũ suũ. i. mittet spiritũ sanctũ i tpe suo. i. post resurrectionez τ ascensionẽ. vñ in euangelio: Nõdum erat spũs datus. 3⁹ sic: Dabit fructũ suũ. i. vitã eternaz. In tpe suo. i. in plenitudine grẽ. Hec Aug⁹ in glo. ibidẽ: Scdo mõ verbũ pdictũ exponit spũalit de viro iusto. Ubi nota tria. s. significatũ. statũ vel sitũ: pfectũ. p⁹ significatũ: ibi Erit tanq̃ lignũ. Videat vnusquisq̃ vtrũ sit lignũ vite vel mortis τ quõ pñt scire: a statu vel a situ. s. vtruz sit in loco arido vel humido. iõ. 2⁹ nota situ: ibi Qd̃ plantatũ est secus decursus aquaꝝ. Debet eni transplantari de statu culpe in

e statum gratie. Hieremie. j. Ecce cõstitui te sup gentes vt euellas τ destruas: τ dispdas τ dissipes: τ edifices τ plantes. In quo notant tria: p⁹ auctoritas: ibi Ecce constitui te. q. d. Ego cõstitui: nõ tu te: q2 nemo sibi sumit honorẽ τc. 2⁹ notat generalitas: q2 sup gentes τ regna. Sũt eni quidã qui corrigũt minores: q̃ p gentes designant: τ timent corrigere maiores q̃ designant p reges. ideo dicit Sup gentes τ regna. 3⁹ notat vtilitas: ibi Ut euellas. s. delectationez quã diabolus mittit τ plantat in pfundo cordis: Matth. xv. Oĩs plantatio quã nõ plantauit pater meus τc. Sed hoc est valde difficile: q2 delectatiões sũt nobis cõnaturales. Et destruas cõsensum q̃ a delectatione causat. τ disperdes opus quo cõsensus vestit τ dissipes cõsuetudinẽ qua quasi incarceratus miser tenet τ edifices cõuertẽdo. τ plantas in bono cõsentiẽdo. Tertio nota pfectũ: ibi Qd̃ fructũ suũ dabit in tpe suo. Sũt eni quedã arbores que nõ faciũt fructuz vt vlmus τ alie arbores siluestres: τ signãt ociosos q̃ nil boni faciũt. De tali arbore infructuosa dicit Luce. xiij. Ut q̃d etiã terrã occupat succide eã. Quedã vero faciũt fructũ: sz nõ aptum vsui humano: sz porcino vt quercus. tales sũt filij huius seculi agentes in comessationib⁹ τ ebrietatib⁹: in cubilibus τ impudicitijs. Quedã vero faciũt fructũ: sz nõ suũ vt hypocrite. Ex eo eni q̃ dicit in tpe suo: arguunt quidam ante tempus fructificare volẽtes. Hi sũt q̃ in initio cõuersionis sue alijs cõtinue velle fructificare psumũt: contra legis decreta arare in pmogenito bouis τ azini: τ ouis tondere pmogenito festinantes. Hec expositio est magistralis τ moralis.

¶ Quomodo p arborẽ intelligit volũtas: p fructum opus exterius.

CA. XLVI.

a f Scũdo pncipalit tangit differẽtia opationis cũ subdit: Arbor bona fructus bonos facit τc. Qd̃ verbũ exponẽs Aug⁹ ibidẽ in glo. dicit: q̃ p arborẽ intelligit volũtas: p fructũ intelligit opus exteri⁹. Sic igit intelligendũ est: q̃ arbor bona. i. volũtas bona vt sic nõ põt malos fruct⁹ facere: q2 ex volũtate bona nõ pcedit opus malũ: neq̃ arbor mala põt bonos fruct⁹ facere: q2 ex mala volũtate nõ pcedit opus bonũ: sz nisi ipsa voluntas mala causat ex aliquo bono: sicut etiã ipsa arbor mala causat ex terra bona: sic volũtas i aĩa. vñ Aug⁹ contra Julianũ sic ait: Ipsam dico voluntatẽ malã quã nullũ malũ pcessit: nõ opa mala nisi que sũt ex volũtate mala. Nec iõ tanq̃ ex bono potuit oriri voluntas mala q2 bonũ factũ est a deo: sz q2 de nihilo factũ est: nõ a deo Hec Aug⁹ ibidẽ. Ubi nota q̃ ad hoc vt arbor. i. voluntas sit bona reqrunt duo. primũ est intentio finis boni. secundũ ẽ electio ei⁹ qd̃ est ad finẽ cui⁹ est electio: vt verbi grã Ad hoc q̃ volũtas sit bona oportet q̃ sit bona sub rõe boni. i. q̃ volũtas velit bonũ: τ pp̃ter bonũ. τsi vtraq̃ bonitas fuerit in volũtate. s. bonitas intentionis: que est respectu finis: τ bonitas electiõis q̃ est ei⁹ qd̃ est ad finẽ tũc semp erit volũtas bona τ actus exterior semp erit bonus. Si aũt alterũ desit erit volũtas mala τ act⁹ exterior malus: τ pcipue si desit bonitas intentiõis: siue aliq̃s velit malũ pp̃ter bonũ: vt cũ quis vult furari vt det elemosynam. siue velit bonũ pp̃ter malũ: vt cũ q̃s vult obedire deo causa cupiditatis. s. pp̃ter tpalia cõseq̃ẽda: vel aliquod bonũ facere cã inanis glorie: vt cũ quis vult dare elemosynã pp̃ter inanẽ gloriã cõsequendã: his semp voluntas erit mala. Et iõ volũtas bona que p arborẽ signatur ẽ acciptẽda duob⁹ modis. s. ex volito: τ ex fine intento. pmo ex volito. s. vt bonũ velit: secũdo ex fine intẽto. s. vt bonũ bono fine vel intentiõe boni finis velit: Ita q̃ ad bonitatẽ volũtatis reqrit duplex bonitas. p⁹ bonitas finis quẽ respicit volũtas intendẽs. 2⁹ bonitas ei⁹ qd̃ est ad finẽ quẽ respicit volũtas eligẽs: nec bonitas volũtatis intendẽs finẽ sufficit ad bonitatẽ actus exterioris sine bonitate volũtatis eligente: q2 põt esse intentio volũtatis bona τ electio mala τ sic volũtas mala. Hec. b. T. ij. scrip. sen. di. xlviij. arti. ij. vtrũ ex bonitate vel malicia volũtatis actio exterior sit iudicãda bona vel mala: in cor. solu. τ in solu. primi τ secundi argu. τ prima scõe. q. xix. arti. vij. vtrũ bonitas volũtatis dependeat ex intentione

finis:in cor.solu.z in solu.ij.z.iij.argu.z ibidē.q.xx.arti. ij.vtrū tota bonitas vel malicia actus exterioris depen-dẽat ex volūtate:in cor.solu.z in solu.ij.argu.

¶ Quō mala volūtas nō pōt bona opa facē. CA.XLVII

Ertio tangit̃ impotentia transmutationis.cum subiungit̃ Matth.vij Nō pōt arbor bona fructus malos facere:neq3 mala arbor fructus bonos facere. In quo verbo excludit̃ falsitas:inclusio veritatis vacat: ostendit̃ causalitas vel q̃litas. Primo enī excludit̃ vel cōmittit̃ falsitas:vñ Aug⁹ in sermone dñi i monte sic ait: Ex hoc verbo errāt monachi qui putant z dicūt aīaȝ bonā nō posse fieri malā:neq3 ecōuerso.intelligentes p arborē bonā z malā aīas bonas quarū dicūt esse actorē deū:z aīas malas quarū dicūt esse actorē diabolū. Unñ dicebant aīam bonā nō posse fieri malā: neq3 aīam malā posse fieri bonā. Hunc errorē Aug⁹ reprobat ostendēs ex modo loquēdi saluatoris falsitatē cōtinere. neq3 enī ait ꝙ mala arbor nō possit fieri bona: z ꝙ bona arbor nō possit fieri mala: ȝ dicit ꝙ bona arbor nō pōt facere malos fructus z ecōuerso.i. bona voluntas mala opa: z ecōuerso mala volūtas bona opa. Nō infallibilit̃ verū est cōditionalit̃.s. q̃diu arbor.i. volūtas est bona nō pōt facere mala opa z ecōuerso. Igit̃ si homo mal⁹ vult bona opa facere oportet ꝙ prius fiat bon⁹. Quod Aug⁹ pbat p exemplū de niue dicens: Q̃diu enī nix est verissime dicit̃ ꝙ nō pōt calefacere vel esse calida: qꝛ cū iam aqua esse ceperit:nō niuem ȝ aquā vocamus. Q̃diu.n. nix est non pōt esse calida:ȝ pōt fieri ꝙ nix nō sit nix sed aqua z tūc pōt esse calida. Sic a simili:q̃diu homo malus est:nō pōt bona facere: ȝ pōt mutari de bono in malum z ecōuerso. vñ Hieronym⁹ ibidē sic ait: Queramus aūt ab hereticis qui duas in se negant esse cōtrarias naturas:si iuxta intelligentiā eorū arbor bona fructus malos facere nō pōt vel nunq̃ pōt:quō Moyses arbor bona peccauit ad aquas cōtradictionis: Petrus quoq3 in passione dñi negauit eū dicens: Nescio eū. Aut qua cōscientia socer moysi arbor mala q̃ in deū israel nō credebat:dederit consiliū bonū. Patet igit̃ ex p̃missis ꝙ voluntas bona pōt fieri mala z ecōuerso. z homo bon⁹ pōt fieri malus z econuerso. Scđo exprimit̃ vel ostendit̃ huiusmōi causalitas. Ratio aūt quare volūtas pōt mutari de bono in malū in hac vita sm̃ Augu. est duplex.s. ex pte libertatis z charitatis. p⁹ ex pte libertatis: Q̃diu enī in hac vita mortali sumus liberū arbitriū nostrū cōfirmatū nō est in bono:nec est obstinatū in malo: qꝛ tūc essemus in termino. vñ qꝛ homo liberi arbitrij libertatem habet:ideo pōt flecti in bonū z in malū. Secūda rō est ex pte charitatis vie que nō replet totā capacitatē volūtatis vel mentis:vt actualiter nihil aliud possit attendē nisi deū:sicut facit charitas patrie. Hec.h. Tho.in euangelio cōtinuo Matth.vij.ad expositionē p̃dicte auctoritatis.

¶ Utrū p bona opa bonus homo discerni z cognosci possit a malo. CA.XLVIII.

Uarto p̃ncipaliter tangit̃ noticia conditiōis q̃ ex premissis sequitur cum concludit̃: Igitur ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Glo. ex fructib⁹.i. ex opibus.nō ex verbis cognoscetis eos. Cui⁹ ratio ē:qꝛ ȝ ali qui dicant: Dñe dñe.nō cōtinuo sūt credendi boni: qꝛ tales verbis confitent̃ se nosse deū:factis aūt negant. vt dicit Aplūs ad Titū p̃mo. vbi glo.dicit:ꝙ dicere sine facere est negare. Sed forte queres. vtrū p bonos fructus.i. p bona opera:arbor.i.bonus hō possit cognosci a malo. Et videt̃ ꝙ sic:qꝛ saluator dicit. Ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos zc. Rñdeo quattuor modis. Primo ꝙ heretici habēt duo genera operū.s.occulta:z manifesta. Manifesta nō dicunt̃ fructus eoꝝ.ȝ dicunt̃ vestimenta ouiū. Occulta aūt sūt fructus:qꝛ huiusmōi intendunt generare in aliis. Ex p̃mis nō cognoscunt̃:ȝ ex secundis qñ ea manifestāt. Sȝ diceres: q̃ sūt fruct⁹ vel opa hypocritarū. z quō ab eis cognoscunt̃: Certe qꝛ ipsi hypocrite simplices opprimūt:maiorib⁹ detrahunt: minima redarguūt.correptionē impugnāt:in bonis inceptis fastidiūt in aduersitatib⁹ murmurāt: in dignitatib⁹ se iactāt: dicūt z nō faciunt. Scđo modo rñdet.b.Aug⁹ in libro sermonū dñi in monte dicēs: Q̃ p fruct⁹ quib⁹ bon⁹ hō a malo cognoscit̃ nō pñt intelligi ieiunium:elemosyna: oratio. Cui⁹ rō est:qꝛ dato ꝙ ista opa fiant: pñt tñ malo aīo fieri. z tūc sūt vestimenta ouiū nō opa:s̃ intelligunt̃ opa que nullo bono animo pñt bene fieri:vt fornicatio: homicidiū:z alia opa carnis. Tertio mō rñdeo z dico: ꝙ saluator hic loquit̃ de bonitate q̃ quis est dign⁹ vita eterna. z talis est sola charitas p quā homo bon⁹ cognoscit̃ z distinguit̃ a malo sm̃ Augu.xv. de trini. vbi dicit ꝙ nullū donū est dono charitatis excellenti⁹:qꝛ hec sola diuidit inter filios regni eterni: z filios pditiōis eterne.

Quarto mō rñdeo z dico:ꝙ p certitudinem nō pōt cognosci bonus hō a malo: loquēdo de bonitate gratuita vel gratū faciēte. Cui⁹ rō est. qꝛ nō pōt cognosci p certo hoiem esse in charitate.ȝ cōiecturalit̃ p signa aliqua pōt cognosci bon⁹ homo a malo: que signa sūt septē. p̃mū est si p eū veritas fidei nō puertat̃. secundū si p eū mandata ecclesie nō cōtemnant̃. tertiū si p eū nouus ritus viuēdi nō introducat̃. quartū si p eū charitas primi nō spernat̃. quintū si p eū verbū dei delectabilit̃ audiat̃. sextū si peccatū p eum toto conatu fugiat̃. septimū si p eū de opib⁹ bonis mūdi gloria nō querat̃. Hec.h. Tho. vt pȝ.ē. Gra. ca.ix.z.xv.p totū.

¶ Quomodo voluntas sit causa peccati cum voluntas sit de se bona. CA.XLIX.

J am queris quō voluntas est causa peccati: cū volūtas sit de se bona: z bonum nō causet̃ nisi a bono: Rñdeo z dico:ꝙ volūtas est causa peccati tripliciter.s. p accidens: vt deficiens: vt cōsentiēs vel libē agens. Primo volūtas est causa pcti p accidēs:inq̃tū .s. volūtas fert̃ in bonū aliqō sm̃ q̃d: cui cōiūctū est malū simplicit̃. Ubi nota ꝙ bono in qō volūtas fert̃ z tēdit adiungit̃ aliqō malū dupliciter.s. vel vt in paucioribus: vel vt semp. p⁹ vt in paucioribus: sicut si aliqs incidēs lignū in silua p quā trāsit raro hō inficit hoiem: z tūc volūtas pōt excusari a pctō. 2⁹ cōiungit̃ malū bono: in qō voluntas tendit vt semp. verbi gr̃a: Sicut delectatiōi q̃ est in adulterio semp cōiūgit̃ malū.s. puatio ordinis iusticie. vñ tūc nō excusat̃ a pctō. Cui⁹ rō ē:qꝛ tñ volūtas nō velit malū sm̃ se.tñ ex ipso ꝙ eligit bonū cui semp cōiūgit̃ malū:magis vult incidere in hoc malū q̃ carere tali bono:iō zc. Scđo volūtas est pcti cā inq̃tū deficiēs: puta inq̃tū nō intēdit ad regulā rōnis z diuine legis. qō duplicit pbo.s.rōne: z exemplo. Primo rōe sic: Qñ sūt duo quoꝝ vnū dȝ esse alteri⁹ regula vel mēsura: bonū in regulato vel mensurato ē ex hoc: ꝙ sue regule conformat̃ vel adequat̃. verbi gr̃a: Si sit aliqs artifex q̃ debeat aliqō lignū incidere recte sm̃ aliquā regulā: tūc si nō recte incidit: qō ē male incidere. hec mala incisio causabit̃ ex hoc defectu: ꝙ artifex mensurā vel regulā nō attēdit vel unitat̃. Sic sit delectatio vel qōlibet aliud in reb⁹ humanis ē mensurandū z regulādū sm̃ regulā rōnis z diuine legis. z iō non vti regula rōnis z diuine legis: z eligere aliq̃d est pctm̃. Ubi nota ꝙ non attendere semp actu ad talē regulā nō est pctm̃: qꝛ hō nō pōt semp attendere actu. ȝ nō attēdere talē regulā tūc est pctm̃: qñ hō aliquid eligit vl̃ opat̃ sine actuali cōsideratiōe regule: vt verbi gratia Artifex nō semp peccat i eo ꝙ nō tenet semp mensurā: ȝ ex hoc ꝙ nō tenēs mensurā aliq̃d facit. Et similit̃ culpa vo-

lūtati nō est in hoc ꝙ nō semꝑ actu attingit ad regulā rōnis vel diuine legis: sȝ in hoc ꝙ aliq̄d eligit vel facit: ꝯ̄ hūs regulā vel mensurā. Tertio volūtas est cā peccati inq̄ntū cōsentiens vel libere agens. vñ cuius qd̄ est libere agere τ non agere: libere attendere vel nō attendere: vti regula vel nō vti: nō oportet aliā causā querere. Et q̄re? qꝛ ad hoc sufficit ipsa libertas volūtatis. ꝑ quā pōt agere τ nō agere: attendere vel non attendere: vti regula vel nō vti: vt verbi grā Si scriptor habeat exemplar ad qd̄ debeat respicere vel scribere: ex hoc ipso peccat ꝙ nō fm̄ exemplar ad qd̄ debet respicere scribit. nulla enī huiꝰ est alia rō nisi sua volūtas libera. Qd̄ beatꝰ Augustinꝰ in libro. xij. de ciuitate dei ꝑ exemplū valde pulchrū τ bonū ꝓbat dicens: Sint duo iuuenes vel hoīes equalit̄ affecti aīo τ corꝑe τ pares in oībus: τ videant vnā rem pulchram vt mulierē vel equū vel aliq̄d huiusmodi: qua re visa vnus fruit̄ τ alter nō. Que ḡ fuit causa illiꝰ fruitiōis illicite nō caro cū similit̄ se habeāt q̄ntū ad dispositionē carnis: nec animꝰ cū similes habeant̄ quo ad animū: nō suggestio maligni spūs: cū spiritus malignus eque teneret. nihil ḡ videt̄ esse causa huiꝰ pctī vel mali nisi ꝓpria volūtas. Sed illā quis fecit cū non esset nisi natura bona? nature aūt bone deus est cā: illiꝰ aūt mali nullatenus est causa. Que igit̄ est causa? nō est nisi qꝛ placet. placiti aūt nulla est alia rō querēda. Sicut enī in bonis cū ꝯuentꝰ est ad voluntatē dei nulla ē ratio: ita in malis cū ꝯuentū est ad volūtatē ꝯuertibilē sibi derelictā nulla est alia q̄rēda rō: nisi qꝛ vult vel placet. Ubi nota ꝙ volūtas potest cōsiderari dupliciт̄. pꝰ vt volūtas est quedā natura: τ tūc nō determinat̄ nisi ad vnū. 2° vt est volūtas vel liberū arbitriū: τ tūc est oppositorū vniꝰ ꝑ se vel de se mali: alteriꝰ vo. s. boni nō ꝑma cā nec tota. Pȝ igit̄ ex ꝑmissis ꝙ volūtas inq̄ntū est libera in eligendo vel nō eligendo: in agendo vel nō agēdo est causa pctī. Sed cōtra Joh. viij. dicit̄: Qui facit pctm̄ seruus est pctī. Sȝ seruitus voluntati non cōpetit: qꝛ est liberrima τ fons libertatis: vt pȝ. s̄. Liberū arbitriū ca. xj. ḡ in volūtate pctm̄ esse nō potest. Rñdeo τ dico: ꝙ aliud est cogi ab alio τ aliud est se ipsum subijcere. Quia ḡ volūtas liberrima est: idō hoc cōsequit̄ eā. vt ad seruitutē cogi nō possit. nō tñ a volūtate excludit̄ quin seipsā seruituti possit subijcere qd̄ fit qñ volūtas libere in vnū peccatū consentit vel in actū peccati cōsentit̄. ꝑ oppositū aūt si esset aliqd̄ bonū qd̄ tria i se haberet. ꝑmū est ꝙ ei nō esset ꝑ accidens malū iniunctū. secundū est ꝙ nō esset defectiuū. tertiū ꝙ nō esset alicui regule vel mensure subiectū: sȝ ipsum esset sua regula vel mensura: sicut bonū increatū: tale peccare nō posset sicut artifex nō posset deficere si sua manꝰ esset regula incisionis. Et ꝓpter hoc deus peccare nō pōt: tū qꝛ obiecto sue volūtatis non est cōiunctū malū: qꝛ eius obiectū est sua essentia: tū qꝛ eius liberū arbitriū in bonū est semꝑ confirmatū: in quo habet eternā ꝑmanentiā: tū qꝛ nō est alteri regule vel mensure subiectus. sȝ ipse est sua regula ꝑ essentiā. Dec. b. Tho. in qōnibꝰ disputa. de malo. q. j. ar. iij. vtrū sit causa mali: in cor. so. vbi ponit exemplū beati Augustini supradictū: τ in solu. j. τ. ij. argu.

¶ Utrū peccatū consistat tm̄ in interiori volūtatis actu τ quomodo cōsistit in voluntate. CA. L.

Sed forte queres gratia ꝑdictoꝝ: vtrū peccatum tm̄ in actu interiori volūtatis cōsistat. Rñdeo τ dico: ꝙ peccatū ꝯsistit in actibꝰ duobꝰ. s. in actu interiori volūtatis: τ in actu exteriori corꝑis. Primo dico: ꝙ peccatū cōsistit in actu interiori volūtatis. quod dupliciт̄ ꝓbo. s. auctoritate: τ rōne. pꝰ auctoritate Augustini in libro de retractationibꝰ sic dicentis: Uolūtas est qua peccat̄ τ recte viuit̄. 2° hoc idem ꝓbo rōe sic: Sicut se habet falsa opinio ad intellectum: ita praua actio ad voluntatē vel ad effectū. sȝ falsa opinio nō est nisi in intellectu: ḡ praua actio nō est nisi in volūtate. Dec. b. Tho. i. scrip. sen. di. xli. arti. iiij. vtrū oē peccatū cōsistat in voluntate: in duobꝰ argu. contra. Sed dices: ꝑ quē modum vel quō voluntas est causa peccati. Rñdeo τ dico: ꝙ tribus modis. s. ꝑ accidens vt deficiens τ cōsentiēs. sicut pȝ ca. ꝑcedenti imediate. Ubi nota ꝙ sola volūtate peccatur tripliciт̄. s. vt ex radice: vt ex imperante: τ ex ꝑficiente. Primo dico ꝙ peccatū ꝑncipaliter cōsistit in volūtate sicut in radice: vt dicit. b. Tho. in qōnibꝰ dispu. de malo arti. vij. vtrū peccatū consistat in actu volūtatis tm̄: in so. ꝑmi argu. Ratio huiꝰ est: qꝛ sicut radix est causa ꝑncipalis arborū: ita volūtas est causa peccati. Secūdo peccatum habet esse in volūtate sicut in primo mouente τ imperante: eo ꝙ volūtas imperat oībus potentijs aīe τ mēbris corꝑis ad peccandū. vñ pctm̄ habet esse in volūtate vt in ꝑmo mouente τ imꝑante: in alijs aūt. s. mēbris exterioribꝰ τ potentijs interioribꝰ sicut in motis τ imperatis a volūtate: ita ꝙ alio modo peccat̄ voluntate: τ alio modo potentijs exterioribꝰ sicut pȝ. Dec. b. Tho. prima scđe. q. lxxiiij. arti. ij. vtrū volūtas sit subiectū peccati in solu. ij. argu. Tertio peccatū habet esse in volūtate complente τ ꝑficiente peccatū. Nam causa sufficienter complens vel ꝑficiens peccatū est sola volūtas. Et hoc modo in alijs potentijs τ exterioribꝰ mēbris nō cōsistit peccatū: qꝛ nihil aliud a volūtate ad peccandū sufficienter inducit. Qd̄ tripliciter ꝓbo. s. inductione: ex imꝑfectiōe: ratione. pꝰ hoc ꝓbo inductiōe: Sicut aliq̄d exterius tripliciter pōt esse causa peccati: vel qꝛ mouet imediate voluntatē: nō. Cuiꝰ rō est: qꝛ mouere interius volūtatē nō pōt nisi deus: qui nō pōt esse causa peccati. vt pȝ in hoc volumine. s̄. peccatū ca. iij. 2° qꝛ mouet rōnem vt demon: nō. Cuiꝰ ratio est: qꝛ demon est peccatū exterius ꝑsuadens nō efficiens. 3° qꝛ mouet appetitū sensitiuū vt exteriora sensibilia: nō. qꝛ talia ad peccandū alliciūt: nō tñ ex necessitate inducūt. 2° hoc idem ꝓbo ex imꝑfectiōe sic: Qñ. n. sūt due cause alicuiꝰ rei: illa causa que nō pōt eē sine alia sȝ ecōuerso est insufficiēs. sȝ oē id qd̄ est exterius: nō est cā pctī nisi mediante cā interiori. s. volūtate: ḡ τc̄. 3° hoc idē ꝓbo rōne sic: Qꝛ oīa exteriora insufficienter ad peccandū inducāt pȝ in hoc: qꝛ semꝑ in nobis remanēt peccare τ nō peccare. Rō aūt pctī vel culpe in hoc cōsistit: ꝙ aliq̄d sit in nobis volūtariū est τ nō ē volūtariū: τ extra nos. Dec. b. Tho. ꝑma scđe. q. xxv. arti. iij. vtrū peccatū habeat cām exteriorē: in cor. solu. τ in so. ij. τ. iij. argu.

¶ Qꝛ pctm̄ etiā cōsistit i actu exteriori mēbroꝝ corꝑis. CA. LI.

Secūdo dico ꝙ pctm̄ hȝ esse in actu exteriori mēbrorū corꝑis qd̄ dupliciter ꝓbo. s. auctoritate: τ rōne. Primo auctoritate: qꝛ oē qd̄ ꝓhibet̄ in lege dei est pctm̄. hoc pȝ in diffinitiōe peccati fm̄ Augu. qui dicit: Qꝛ pctm̄ est dictū: vel factū: vel cōcupitū cōtra legē dei: vt pȝ. s̄. Pctm̄. j. ca. Sȝ actꝰ exterior in lege dei ꝓhibet̄: Exo. xx. Nō occides: nō mechaberis: nō furtū facies: τ seorsū ꝓhibet̄ actus interior cū dicit̄: Nō concupisces. ḡ nō solum actus volūtatis interior: sȝ etiā exterior corꝑis a volūtate imꝑatus est peccatū. Scđo hoc ꝓbo rōne sic: Actus hoī imputat̄ ad culpam. ꝑ hoc ꝙ a volūtate ꝓcedit. Sȝ a volūtate ꝓcedit vel ꝓducit̄: nō solum actus volūtatis interior quem voluntas elicit: sed etiā actus exterior corporis qoē voluntas ꝑgat: τ ita hoc ipsum quod actu exteriori mēbroꝝ corporis peccat̄: volūtate peccat̄. vñ ex hoc exteriori corpis ē deformis: τ iputat̄ hoi ad pctm̄ vel culpā: τ sic ē reprehensibilis vel vituꝑabil̄: qꝛ a volūtate causat̄ vel ꝓcedit.

Sed contra illud qd̄ remuneratur vel cōdemnat̄: vel

punit a deo est pctm. Sz Chryso. dicit super Matth. q sola volūtas remuneratur et cōdemnatur a deo. g pctm i sola volūtate cōsistit. Rndeo et dico: q sola voluntas dicit remunerari vel cōdemnari a deo. fm Chryso. Nō q peccatū exterioꝝ membroꝝ nō punit. Sz qꝛ nihil remuneratur vel cōdēnatur a deo: nisi p hoc q est a volūtate. Patet igit ex pmissis: q peccatū alit habet esse in voluntate: et alit in mēbris exteriorib9 corpis. Quia in volūtate hz eē pctm sicut in cā pcti: in mēbris aūt corpis sicut in subiecto. Ita q alia est cā effectiua et cōpletiua pcti vt volūtas. Et alia est causa vel materia susceptiua peccati: vt membra exteriora: in quib9 recipit actus deformis et inordinatus pcti. et hoc put a volūtate pcedit: vt supius est pbatū. Hec. b. Tho. in qōnib9 dispu. de malo. q. j. arti. vij. vtrū pctm cōsistat in actu volūtatis tm. in argu. cōtra: et i cor. solu. et in so. iij. arg. et ij. scrip. sen. di. xxiij. arti. ij. vtrū in actib9 intellectus et aliaꝝ potentiaꝝ possit esse pctm: i cor. solu. Et iterū pma scōe. q. lxxv. arti. iij. vtrū pctm habeat cām exteriorē. in cor. so.

¶ Utrū pctm vel meritū pncipali9 cōsistat i interiori actu vel exteriori. CA. LII.

[S]Upposito aūt q peccatū hz esse et in volūtate sicut in causa: et in mēbris exteriorib9 corpis sicut in subiecto. Querit vtrū peccatū vel meritū bonū vel malū pncipali9 cōsistat in actu interiori volūtatis q in actu exteriori membroꝝ corpis. Rndeo et dico: q quedā opa sunt in quib9 exteriores act9 nō sūt fm se mali. sz boni. sz tm fm q a corrupta intentiōe vel voluntate pcedūt: puta cū quis dat elemosynā pp inanē gloriā et i istis pctis manifestū est q peccatū pncipalit cōsistit i volūtate. Quedā vo sūt peccata i quib9 actus exteriores sūt fm se mali. sicut pz in furto: i adulterio: et homicidiis: et huiusmodi. Et in istis rndeo vtēdo duplici distinctione. Prima est: qꝛ actus exterior pōt cōsiderari dupliciter vel put est in apphensiōe: vel put est in opis executione. Pº eni actus exterior pōt cōsiderari put est in apprehensione fm rōnē. s. inqꝫtū actus exterior apprehendit p rationē malus: vt pūatus debitis circūstantijs. s. qꝛ act9 exterior malus est pūatus debito ordine: modo et specie: ex quib9 hz rōnē pcti. Et sic prius est rō peccati in actu exteriori membroꝝ corpis: q in actu interiori volūtatis. Et p oppositū actus bon9 p rōnē apprehendit vt vestit9 debitis circūstantijs: et sic bonū pncipali9 est i actu exteriori corpis: q in actu interiori volūtatis. Cui9 rō est: qꝛ sicut actus sūt prius potētijs: ita obiecta actib9. iō eni act9 volūtatis est malus: qꝛ actus exterior est mal9. Jō enim velle furari est malū: qꝛ furari est malū. sz actus exterior est obiectū volūtatis: iō et c. 2º mō pōt accipi actus peccati fm q est in opis executione. et sic pncipali9 est peccatū vel culpa i volūtate q in actu exteriori. Cui9 rō est: quia effectus ē posterior sua causa. peccatū aūt put est i opis executiōe ē effectus volūtatis et sequit voluntatē. Secūda distinctio est: q peccatū pncipalit esse in aliquo intelligit dupliciter: vel pmordialit vel completiue. Pº eni si pncipalit. i. pmordialit sic est i actu exteriori malo: quia ipse actus exterior malus pmordialit fm se est malus: vt pūatus debitis circūstantijs: sicut pz. s. imediate. Si vo dicit pncipalit cōpletiue. sic peccatū est in ipsa volūtate. Cui9 rō est: qꝛ nisi homicidiū vel furtū sit voluntariū. nō reputat peccatū. vn rō pmordialit mali est in actu malo exteriori inqꝫtū est actus malus. Sz rō mali culpe cōpleta in actu volūtatis interiori. s. inqꝫtū est voluntariū: vt dicit Aug9 in libro retractationū. Hec. b. Tho. sub compendio: pma scōe. q. xx. arti. j. vtrū bonū vel malū p prius cōsistat in actu exteriori q in actu interiori volūtatis: in so. j. arg. Et iterū diffuse in qōnib9 dispu. de malo. q. j. ar. iij. vtrū peccatū pncipalit cōsistat in actu volūtatis: i cor. solu. p totum.

¶ Q peccata non sunt connexa vt quidā opinati sunt sed diuisa. CA. LIII.

[S]Ecūdo pncipalit post diffinitionē peccati considerāda est peccati diuisio et merito. Nō eni peccata oīa sunt cōnexa neqꝫ paria. sz sūt varia et diuisa. Primo dico: q peccata nō sūt cōnexa vt quidam sūt opinati. qd quadrupliciter pbo. s. auctoritate: distinctione: rōne: exempli inductiōe. Primo hoc pbo auctoritate. nā fm Diony. et phm pctm infinitatis modis cōtingit. Sz impossibile est infinita inesse eidē. g nō pūt esse oīa pctā cōnexa. Hec rō est dñi Ambaldi romani ordi. pdi. iij. scrip. sen. di. xxxvj. arti. iij. vtrū pctā vel vitia sint cōnexa: arg. cōtra. Scōo hoc idem pbo distinctione sic: In pctō mortali sunt duo. s. auersio: et cōuersio. Pº igit ex pte auersionis oīa peccata mortalia connexionē habent inqꝫtū omnia auertūt a bono incōmutabili. 2º ex pte cōuersionis imediate ad bonū cōmutabile peccata mortalia nullo modo cōnexionē habere pūt. Tertio pbo rōne sic: Aliter causat virtus et alit cōmittit peccatū. nā virt9 causat in accedendo ad vnū: et in attingēdo ad ipsū. s. ad rōnē. sz peccatū cōmittit in recedēdo ab vno. s. a rōne: et accedēdo ad multa circa q cōtingūt peccata. sz illa multa cōnexa nō sunt imo cōtraria que nō pūt simul inesse eidem: sicut pdigalitas et illiberalitas et huiusmodi. g et c. Hec. b. Tho. iij. scrip. sen. di. xxxvj. arti. v. vtrū pctā vel vitia sūt cōnexa: argu. cōtra: et in cor. so. Quarto hoc idem pbo exempli inductiōe: Probatū est eni p beatū Tho. q peccata cōmittunt ex hoc q recedūt ab vno. s. a rōne. sz p hoc nō cōnectunt. vt verbi gra: sicut pz p exemplum de lineis pcedentib9 vel pdeuntib9 ab eodē pūcto. qꝫuis eni p accessum aliqua cōnectant sicut connectunt linee qn cōcurrūt ad vnū punctū: nō tm p recessum a pūcto. sz auersio que est in peccatis est p recessū ab vno. s. a rectitudine rōnis: g p hoc pctā nō cōnectunt. Hoc exemplū est dñi Ambaldi. iij. scripto vbi. s. et accepit a. b. Tho. vt patebit ca. imediate sequenti.

¶ Q peccata sunt diuisa et nō cōnexa pbatur triplici rōne. CA. LIIII.

[E]T qꝛ beatus Thomas oibus alijs doctorib9 efficacius et rōnabili9 ostendit pctā nō esse cōnexa: iō intendo p beatū doctorē Thomā pbare peccata nō esse cōnexa triplici rōne. s. rōe oppositiōis: intentionis. cōuersionis. Primo rōne oppositionis sic: Impossibile est cōtraria eidē inesse simul. sz quedā vitia vel pctā sibiinuicē sūt cōtraria: vt pdigalitas illiberalitati: et sic de alijs: vt pz p phm. ij. ethi. g impossibile est oīa peccata vel vitia sibiinuicē esse cōnexa. Scōo hoc idē pbo rōne intentiōis sic: Alit se hz intentio peccātis: et alit intentio agentis fm virtutē: qꝛ intentio agētis fm virtutē est vt assequat vnū. s. regulā rōnis: et p hoc oēs virtutes sūt cōnexe in rōne. sz intentio peccantis intendit ad multa appetibilia recedēs a rōne. Et qꝛ hec appetibilia inq intentio peccātis intendit sūt diuersa: imo interdū etiaꝫ cōtraria: sicut in pma rōne pz. iō nullā cōnexionē adinuicem hūt. Tertio hoc idē pbo cōuersiōis rōne sic: Aliter eni se hz hō in pctō. alit in virtute: qꝛ in agēdo fm virtutē hō recedit a multitudine: et accedit ad vnū. s. ad rōnē. sz pctm cōmittit recedēdo ab vnitate. s. rōne: in q rōe oēs virtutes cōnectūt: et accedēdo ad multitudinē pp quā disiūgunt et distinguūt. Quarto hoc idē pbo similitudie amoris: alit eni se hz de amore dei: et alit de amore sui. Amor dei ē cōgregatiu9 inqꝫtū effect9 hois ducit in vnū: et iō virtutes q ex amore dei causant cōnexionē hūt. Sz amor sui disgregat affectū hominis appetēdo sibi bona temporalia: que sunt varia et diuersa. et ideo vitia et peccata que ex amore inordinate sui causantur nullam connexionem habent: sed sunt diuisa abinuicē et contraria.

Sed contra: Nō efficit quis reus omniū mandatoꝝ nisi ꝑpter pctā. sed Jacobi .ij. dicit: Qui offendit in vno factus est omniū reus: ergo qui vnū pctm̄ facit vel habet: habet oīa peccata. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ hoc intelligit q̄ntum ad penā damni: puta q̄ntum ad priuationē gratie ꝛ q̄ntū ad amissionē sūmi boni a quo omne pctm̄ auertit. quo amisso quicq̄d virtutib⁹ debebat: deperit: ꝛ oīa virtutū merita mortificant. Et sic intelligit ex parte auersionis: qꝛ oīa peccata mortalia in auersione a deo cōnexionem habent: ꝛ q̄ntum ad penā damni vt pꝫ: sed nō ex pte conuersionis nec q̄ntum ad penā sensus. Hec .b. Tho. prima scḋe. q. lxxiij. arti. j. vtrū peccata vel vitia sint cōnexa: arg. cōtra: ꝛ in corp. so. ꝛ in solu. j. ꝛ. iij. argu. Et tertio scrip. sen. di. xxvj. arti. v. sub eodē ti. in solu. j. argu. ¶ Q nō oīa peccata sūt paria: sed vnum grauius altero. CA. LV.

Ecūdo dico ꝙ nō omnia pctā sunt paria: vt quidam sunt opinati. Hoc aūt ꝓbo triplici rōne. s. ex pte rōnis a qua elongant: ex pte finis a quo separant: ex pte lesionis que ꝓcurat ꝛ causat. Primo ꝙ pctā nō sunt paria ꝓbo ex parte rōnis a qua elongant. ꝛ formo sic rationē: sm̄ Augusti. peccatum dicit inq̄ntum discordat vel discordet a rōne ꝛ magis ab eterna lege. sed contingit ꝙ vnū peccatū magis recedit vel recedere facit a rōne q̄ƺ aliud: ergo nō sunt oīa paria. sed vnū est grauius altero. Q aūt vnū pctm̄ magis discedat a rōne q̄ƺ aliud ꝓbo ꝑ exemplū in quattuor. s. in quantitate: in sanitate: in pulchritudine: in veritate. p° ꝓbo in quantitate continua. s. in linea: qꝛ contingit vnā lineā esse magis curuā q̄ƺ aliā. vt ex quarto physicoꝝ pōt accipi. ergo cōtingit a simili vnū peccatū magis vel grauius esse altero: sm̄ ꝙ i ipso est maior obliquatio vel curuitas a ratione. 2° hoc idem ꝓbo ꝑ exemplū in sanitate. Nam sanitas cōsistit in debita cōmensuratiōe humoꝝ: ergo quanto in humorib⁹ est maior inequalitas tanto ē maior infirmitas. 3° hoc idem ꝓbo ꝑ exemplū in pulchritudine: nam pulchritudo ꝯsistit in debita ꝓportione membroꝝ: ergo quanto in membris est maior improportio vel deordinatio: tanto maior est turpitudo. 4° hoc idem ꝓbo ꝑ exemplū in veritate: nā veritas cōsistit in cōmensuratione vel adequatiōe intellectus vel sermonis ad rem: ergo quāto magis a veritate recedit: tanto est maior falsitas verbi gratia: Nō enī est tam magna falsitas estimantis tria esse q̄nqꝫ: sicut est eius q̄ estimat tria esse centū vel mille. sic a simili bonū virtutis cōsistit in cōmensuratione quadā ad rōnē: ergo quāto magis a cōsonantia vel a rectitudine recedit: tanto est maior malicia vel maius peccatū. Sꝫ cōtra: Tu dicis ꝛ ꝓbas ꝑ Augu. ꝛ ꝑ exempla vt pꝫ: ꝙ in actib⁹ humanis accidit peccatū ex hoc solo ꝙ aliquis p̄terit regulam rōnis. sꝫ ita p̄terit regulā rationis qui in modico a rōne recedit sicut qui in multo: vt verbi gratia Si enī alicui p̄ciperet ꝙ cathenā vel aliquē terminū non transgrederet: ita puniret a iudice aliquis transgrediēs: siue in modico siue ī multo transiret. sic a simili: ex quo aliq̄s peccat transeūdo regulā rōnis: nō refert vtrū in modico vel multo transierat: ergo videtur pctm̄ esse equale siue in modico siue ī multo vel magno peccet. Rn̄deo ꝛ dico: ꝙ nō est simile virtutē transgredi ꝛ terminū a iudice transire cōstitutū. Cui⁹ rō est: qꝛ virt⁹ est sm̄ se bonū. vn̄ virtutē transgredi est sm̄ se malū: transgredi aūt terminū a iudice positū nō est sm̄ se malū: sed ꝑ accidens: inq̄ntū. s. est ꝓhibitū. Vn̄ dico: ꝙ aliq̄d est in se ꝛ sm̄ se malū: aliq̄d vo est malū qꝛ ꝓhibitū. In illis ergo que sūt mala tm̄ qꝛ ꝓhibita: nō differt an parū vel multum a p̄cepto elonget. in illis aūt que sūt sm̄ se mala sic differt: vt pꝫ exemplis .s̄. Scḋa rō p̄ncipalis quare oīa peccata nō sūt paria ꝛ vnū est grau⁹ altero: est ex pte finis a quo separ. ꝛ formo sic rationē: Quāto aliq̄s actus magis facit ꝓpinquare vltimo fini humane vite. s. deo: tanto est melior: ergo ꝑ oppositū quanto aliquis actus magis abducit ꝛ separat ab hoc fine: tanto ē peior. sꝫ vnū peccatū magis separat vel elongat ab hoc fine. s. deo q̄ƺ aliud: ergo vnū peccatū est grauī⁹ altero. Sꝫ contra: Charitas q̄ est mater omniū virtutū: ꝛ que magis cōiungit fini vltimo. s. deo. facit oēs virtutes equales: sicut dicit Apocal. penultimo: ꝙ latera ciuitatis sūt equalia: ergo similit cupiditas que est mater omniū vitioꝝ (vt dicit in littera) facit oīa peccata paria. Rn̄deo duob⁹ modis. p° ꝙ charitas oēs virtutes facit equales nō sm̄ quantitatē: qꝛ vna virtus est nobilior alia: sꝫ solū sm̄ ꝓportionē: qꝛ quantū augetur vna virtus tantū augetur alia ꝓportionaliter. ꝛ est simile de augmento digiti ꝛ manus. ꝛ iō non oportet oīa peccata esse equalia. 2° rn̄deo ꝛ dico: ꝙ charitas est dilectio vni⁹. s. dei: cupiditas aūt ad plura se habet: ꝛ iō cupiditas nō habet rationē vniendi ꝛ adequandi sicut charitas. Tertia rō p̄ncipalis q̄re vnū peccatū est grau⁹ altero est ex pte lesionis que causat vel ꝓcurat. ꝛ formo sic rōnē: Quanto maius nocumentū infertur ꝓximo: tanto pctm̄ est grauī⁹. sꝫ ꝑ vnū peccatū infert maius nocumētū ꝓximo q̄ƺ ꝑ aliud: ergo vnū peccatū ē grauī⁹ altero. Sꝫ contra ex hoc aliq̄d ē malū vel peccatū qꝛ nocet: vt dicit Aug⁹. sꝫ oē peccatū mortale equalit nocet: qꝛ quodlibet peccatū p̄uat vel tollit omnes virtutes: ergo omnia peccata mortalia sunt equalia. Et confirmo hoc argumentum ꝑ exemplum: ꝙ eadem inq̄titia imponit naute siue nauis in pelago siue ī littore submergit. sed sicut nauta ꝑ artem suā regit nauem: ita homo ꝑ virtutē suam regit se ne peccet actu: ergo idem p̄ iudiciū vel piculum virtutis sit qualitercūqꝫ homo in peccatū ruat. Rn̄deo ad primum ꝛ dico: ꝙ q̄uis quodlibet peccatū mortale tollat oēs virtutes: tn̄ vnum plus tollit de habilitate ad virtutem q̄ƺ aliud. Ad secundū de submersione nauis rn̄deo ꝛ dico: ꝙ in submersione nauis vbicunqꝫ submergat est equale damnū: quia eadē res vtrobiqꝫ ꝑditur. sed nō in quolibet peccato mortali est equale damnū: imo in vno perdit vna debita circūstantia: in alia due: ꝛ sic de alijs. ꝛ sic nō est simile. Hec beat⁹ Tho. scḋo scripto sen. di. xlij. arti. iiij. vtrū omnia peccata sint paria: in duob⁹ argu. cōtra: ꝛ in cor. solu. ꝛ in solu. ij. iiij. ꝛ. vj. argu.

¶ Iterū ꝙ nō sint paria ꝓbat tripliciter. CA. LVI.

Jvo alter vis ꝓcedere dicas: ꝙ nō omnia peccata sint paria: sꝫ vnum est grauius altero. quod tripliciter ꝓbo. p° comparando adinuicē peccata diuersoꝝ generū: puta veniale ꝛ mortale. 2° comparādo adinuicē peccata diuersarū specierū: puta furtum homicidio. 3° comparando adinuicem peccata eiusdē speciei puta furtum furto: ꝛ mendaciū mendacio. Primo enī dico: ꝙ comparando adinuicē peccata diuersoꝝ generū. s. veniale mortali nō sunt paria: sed vnū est grauius altero: Cui⁹ ratio ē: quia peccatū mortale priuat rectitudine debite subiectionis ad deū: vel debite charitatis ad ꝓximū: nō aūt veniale: ergo ꝛc̄. Re. in hoc volumine de cōparatione peccati mortalis ꝛ venialis in grauitate: ꝛ de remissione peccati ca. xxiij. Secūdo comparādo adinuicem peccata diuersarū specierū: sicut furtū homicidio nō sunt paria sꝫ vnū est grauius altero: puta blasphemia dei ꝛ homicidiū. Cui⁹ rō est. qꝛ deordinatio q̄ est circa p̄ncipiū ꝛ finē ē grauior vel piculosior: vt ē in ꝓposito. ꝛ similiter cōparando homicidiū furto: qꝛ illud est pctm̄ grauī⁹: ꝑ qḋ mai⁹ nocumētū iferē ꝓximo. sꝫ ꝑ homicidiū sit h⁹mōi: ergo ꝛc̄. Tertio cōpando pctā adinuicē eiusdē speciei: vt furtū furto ꝛ mendaciū mēdacio: ꝛ sic de alijs: nō sūt paria: sꝫ vnū est grau⁹ altero. ꝛ hoc ꝓpter duas rōes.

p̄ma est ꝓpter conteptū qui respicit in peccato auersio-nem voluntatis a deo. secūda est ꝓpter affectū qui respi-cit cōuersionē voluntatis ad bonū cōmutabile. nā illud qḋ ex genere suo est leuius pōt esse grauius: tū quia ex maiori peccātis volūtate ꝓcedit: tū qꝛ ex maiori affectu .s. ex maiori libidine mentis fit. Dec. b. Tho. secūdo scri. sen. di. xlij. secūda pte distinctiōis: arti. v. vtrū oīa pecca-ta sint paria in cor. solu. in fine: ⁊ Ambaldus ibidē. Re. infra: ꝙ nō omnia peccata sūt paria.

¶ Prima diuisio peccatoꝝ sumit̄ ex parte reatus. CA. LVII.

Ad maiorē tn̄ euidentiā est sciendū ꝙ modi pec-catorū in scripturis varias hn̄t distinctiones: de quib⁹ ad pn̄s sex ponam: vel assignando vtilio-res. p̄ma est ex pte reatus. secūda ex pte gradus. tertia ē ex pte respectus. quarta ex pte radicis. quinta ex pte no-minis. sexta ex pte originis. Prima diuisio vel distin-ctio est ex parte reatus. ⁊ sic peccatū diuidit̄ ꝑ mortale: veniale: ⁊ originale. Que quidē diuisio nō est diuisio ge-neris in species. Cui⁹ rō est: qꝛ species equalit̄ ꝑticipāt rationē generis: sꝫ est diuisio analogi: qḋ s̄m prius ⁊ po-sterius ꝑfecte ⁊ imꝑfecte de plurib⁹ dicit̄ ⁊ p̄dicat̄: vt ver-bi grā. Sicut ens diuidit̄ in substantiā ⁊ accidens: ⁊ in ens in actu ⁊ in ens in potentia: de quib⁹ ens analogice p̄dicat̄. nam ꝑ prius ens p̄dicat̄ vel dicit̄ de substantia q̄ꝫ de accidente: ⁊ de ente in actu q̄ꝫ de ente in potentia. Et similit̄ ens ꝑfecte predicat̄ de ente i actu ⁊ de ente qḋ est de substantia: imꝑfecte aūt de ente qḋ est in potētia vel de ente qḋ est accidens. qḋ patet: qꝛ minimū qḋ pōt esse de natura entis: est in ente in potentia ⁊ in ente per accidens: sic a simili diuisio peccati in mortale: veniale: ⁊ originale. est diuisio alicui⁹ in ꝑfectū ⁊ in imꝑfectū. Et rō peccati ꝑ prius ⁊ ꝑfecti⁹ inuenit̄ in mortali: in venia-li vō nō. vnde minimū qḋ est de rōne peccati in aliquo actu est in veniali: ⁊ hoc ipsa noīa ostendūt: qꝛ venia nō debet̄ peccato nisi s̄m ꝙ aliquā imꝑfectionē habet. vn̄ peccatū ꝑ prius dicit̄ de peccato actuali mortali: tum qꝛ peccatū actuale est voluntariū volūtate ꝓpria: tū qꝛ ab vltimo fine deordinat: tū qꝛ ei debet̄ pena eterna. Pec-catum aūt veniale deficit a peccato mortali in duobus. Tū qꝛ nō oīno ab vltimo fine deordinat: sed aliquo mō a fine retardat ordine ad finē seruato: tū qꝛ ei nō debet̄ pena eterna sicut mortali. Peccatū aūt originale deficit a peccato mortali ex pte illa qua peccatum rōnem culpe habet. s. ex pte volūtarij: qꝛ peccatū actuale mortale ē vo-luntariū volūtate ꝓpria illius in quo est vel q̇ peccauit. Sꝫ peccatū originale est voluntariū volūtate alterius. s. p̄mi parentis. Dec. b. Tho. scḋo scrip. sen. di. xlij. arti. iij. vtrū peccatū veniale distinguat̄ a mortali: argu. contra. p̄mo: ⁊ ibidē arti. iij. vtrū peccatū cōuenienter diuidat̄ ꝑ mortale ⁊ veniale: in cor. so. ⁊ ibidē di. xxxv. arti. ij. vtrū peccatū cōuenienter diuidat̄ siue diffiniat̄: in so. ij. arg.

¶ Secūda diuisio sumit̄ ex pte gradus. CA. LVIII.

Secūda diuisio vel distinctio peccatoꝝ est ex pte ꝓcessus vel gradus. s. ꝙ peccatū diuidit̄ in pec-catū cogitatiōis: locutionis: opationis ⁊ aliqn̄ cōsuetudinis: sicut ꝑ diuersos gradus. Qḋ triplicit̄ ꝓbo .s. auctoritate: rōne: similitudie. Primo auctoritate Hie-ronymi sup Ezechielē sic dicentis: Tria genera delictoꝝ vel peccatoꝝ sunt quib⁹ humanū subiacet genus: aut eni cogitatiōe: aut sermone: aut ope peccamus. Aliqn̄ enim addit̄ quartus gradus. s. cōsuetudinis qḋ in quatriduano Lazaro ē signatū. Et Greg⁹ in li. moral. quatuor gra-dus ponit: quoꝝ p̄mus est culpa latens i corde. secūdus cū exterius publicat̄: tertius cū consuetudine roborat̄: quartus cū vsqꝫ ad p̄sumptionē diuine misericordie vel desperationē homo ꝓcedit. Secūdo hoc idē ꝓbo rōne: Naꝫ ista diuisio assignat̄ s̄m gradus quib⁹ fit ꝓgressus ad complementū peccati. Gradus autē isti includunt̄ siue attendunt̄ s̄m ꝙ p̄mus actus includit secundū: ⁊ ter-tius secundū. ⁊ quartus tertiū. ⁊ addit sup eum: vt verbi grā. Primus gradus sup quē addunt̄ alij est actus inte-rior volūtatis. s. cogitationis peccatū. Secūdus gradus huic additus ⁊ hūc exprimens est actus locutiōis. Cui⁹ rō est: qꝛ lingua inter oīa mēbra est magis ꝓpinqua in-teriori actui. s. peccata cogitationis: qꝛ locutio est signū interioris actus. s. cordis. Tertius gradus huic additus est peccatū opis: tanq̄ꝫ complementū omniū p̄dictorū. Tertio hoc idē ꝓbo triplici similitudine vel exemplo. s. artificiali: naturali: morali. p̄⁰ exemplo artificiali: sicut i edificio domus in qua vel in quo sūt tria. s. fūdatio: ecce p̄mū. parietū erectio: ecce secūdū. ⁊ cooptura: ecce tertiū complementū oiuꝫ. 2⁰ ostendo hoc idē exemplo natura-li. s. in generatiōe animalis: in qua sūt tria. s. cordis gene-ratio vel cōceptio: ecce p̄mū. membroꝝ ꝓductio: ecce se-cundū. ⁊ formatio quasi cōpletio toti⁹ animalis: ecce ter-tiū. 3⁰ ostendo hoc idē exemplo morali. Nam iracūdus ex hoc ꝙ appetit vindictā p̄mo quidē ꝑturbat̄ in corde: secūdo in verbo cōtumeliosa ꝓrumpit: tertio vō prodit vsqꝫ ad facta iniuriosa. Et idē patet in luxuria ⁊ in quoli-bet alio peccato: in quo est p̄mo cōceptus cordis. s. cogi-tatio peccati: deinde est manifestatio cordis. s. locutio: vltimo vō completio interioris conceptus cordis ⁊ oris est in peccato opis. Consuetudo aūt ⁊ desperatio quas Greg⁹ in. iij. moral. ponit: sont gradus cōsequentes post speciem ꝑfectam. s. peccati: sicut adolescentia ⁊ iuuentus post ꝑfectā generationē consequunt̄: vel cōsuetudo vel desperatio sunt quedā circūstantie aggrauantes dē pec-catum ex multiplicatione ipsoꝝ actuū. Dec. b. Tho. scḋo scrip. sen. di. xlij. secūda pte distinctiōis: arti. ij. de secūda diuisione peccati: vtrū peccatū cōuenientē diuidat̄ i pec-catū cordis: oris ⁊ operis: in cor. so. ⁊ in solu. iij. ⁊ quarti argu. ⁊ p̄ma scḋe. q. lxxij. arti. vij. sub eodē titulo: arg. cō-tra: ⁊ in cor. so. ⁊ in solu. secūdi argumenti.

¶ Tertia diuisio peccatoꝝ ē ex pte respect⁹ vel obiecti. CA. LIX.

Tertia diuisio vl' distinctio peccatoꝝ est ex parte respectus vel obiecti i qḋ peccat̄: ⁊ sic homo di-cit̄ peccare: vel in deū: vel in ꝓximū. vel ī seipsū. qḋ triplicit̄ ꝓbo. s. auctoritate: rōne: cōtrarietate. Primo ꝓbo hoc auctoritate magistri sen. sic dicētis: Hō quoqꝫ dicit̄ peccare in deū: in ꝓximū ⁊ seipsū. In deū peccat cū de deo male sentit: vt hereticus: vel cū que dei sunt vsur-pare p̄sumit indigne ꝑticipando sacramētis: vel qn̄ no-men dei peiorando contēptibile facit. In ꝓximū peccat cū ꝓximū iniuste ledit. In seipsū vō peccat: cū sibi ⁊ non alij nocet. Hec magister sen. li. ij. sen. in textu di. xlij. ibi: Modi autē peccatoꝝ ⁊c. Et accipit istā distinctionē ab Isidoro in libro de summo bono. Scḋo hoc idem ꝓbo ra-tione sic: Sicut enī omnis virtus est iusticia quo ad ali-quid: vt dicit ph's q̇nto ethi. ita omne peccatū est iniusti-cia. iniusticia aūt ex hoc est ꝙ detrahit̄ alicui qḋ sibi de-bet̄. vn̄ iniusticia habet quasi duo obiecta. s. illud qḋ de-trahit̄: ⁊ illud cui detrahit̄: sicut homo cui ꝑ iniusticiam auferī̄ res sua. Homo enī aliquid deo debet: sibi aliqḋ: ⁊ aliquid ꝓximo. Primo hō debet deo amorē: reuerē-tiam ⁊ huiusmodi. vn̄ qn̄ ab his deficit dicit̄ peccare in deū. Sꝫ contra: In illū peccans peccare dicit̄ quem ex suo peccato ledit. sꝫ deū peccādo ledere non possum⁹: vt dicit̄ Job. xxxv. Si peccaueris q̇d ei nocebis: ⁊ si multi-plicate fuerint iniq̇tates tue. quid facies contra illū: In quo ostendit ꝙ suū peccatū nō pōt nocere deo nec vni-co actu peccandi nec multiplici actu. p̄⁰ non vnico actu peccati. cū dicit: Si peccaueris. s. deo: q̇d ei nocebis. q. d.

Satisfactio. Circa satisfactionē q̄ttuor sūt notāda. Primo diffinitiōis ꝓprietas. scðo executiōis possibilitas. tertio actionis integritas: q̄rto recōpensatiōis qualitas. Primo circa satisfactionē cōsiderāda est diffinitiōis ꝓprietas vl̄ ɔgruitas. nā satisfactio ꝓprie ⁊ ɔuenient̄ diffinit̄ duob⁹ modis. Uno mō respectu culpe p̄terite sic: Satisfactio ē iniurie illate recōpensatio. ⁊ q̄ttuȝ ad hoc Anselmus diffiniēs eā dicit: Satisfactio est deo debitū honorē ex cōmissa culpa impendere. Alio mō diffinit̄ respectu culpe future. Et hoc mō Aug⁹ satisfactionē diffiniēs dicit: Satisfactio ē cās petōꝝ excidere ⁊ eoꝝ suggestiōib⁹ aditū n̄ indulgē. vn̄ satisfactio ē medicina purgatiua ⁊ ɔseruatiua. Purgat enī sustinēdo penā ꝓpt̄ petā p̄terita. ⁊ ɔseruat ꝓpt̄ cautelā a culpa futura. Sȝ forte q̄res: vn̄ hec duo ꝓueniūt. s. punire cōmissa: ⁊ cauere futura. Rn̄deo ⁊ dico: q̄ punitio culpe p̄terite ⁊ cautio vel vitatio future ē actus triū virtutū. s. iusticie vt eliciētis: amicitie vt imperantis: prudētie vt dirigentis. Primo dico q̄ punire petā p̄terita est actus iusticie vt eliciētis. In psal. pn̄ia vocat̄ sacrificiuȝ iusticie: vbi dicit glo. Quid ē iusti⁹ q̄ȝ hoīeȝ ꝑ pn̄iam petā gemere ⁊ seipsū punire. Ubi nota q̄ triplex est iusticia: q̄dā ē distributiua: q̄dā cōmutatiua: quedā vindicatiua. Iusticia distributiua ē q̄ dn̄s retribuit suis seruitorib⁹ f̄m ꝓportionē meritoꝝ. Iusticia cōmutatiua ɔsistit in ɔtractibus: puta si recepisti a me equū iustū ē vt restituas mihi pecuniā. Iusticia vindicatiua ē: vel ad puniēdū malū in alio: ⁊ sic ptinet ad iudices: vl̄ ad puniēdū malū ī seipso ⁊ sic ptinet ad pn̄iam. Reducit̄ ḡ pn̄ia ad iusticiā vindicatiuā. nā iusticia vindicatiua exigit quatenus peccator sibimet inferat penā: vt ipsemet vindicet offensā diuinā cōmissā: vt hoc mō restituat̄ sibi diuina amicitia. Hec aūt iusticia q̄ttuȝ p̄ncipalit̄ circa opationes exteriores cōsistat: vt dicit phs. ij. eth. secūdario vō ⁊ ex ɔn̄ti ē circa aīe passiōes: q̄ sūt cause opationū exterioꝝ ⁊ petōꝝ. vn̄ iusticia cohibȝ irā ne alteri iniuste iferat lesionē: ⁊ cohibȝ ɔcupiscentiā ne ad alienuȝ thorū accedat. ⁊ sic pȝ qđ iusticia elicit ⁊ ꝑducit istū duplicē satisfactiōis actū. s. q̄ purgat petā p̄terita: ⁊ cohibet ⁊ ɔseruat a culpa futura. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xv. arti. j. q. iij. in cor. q. ⁊ ibidē. q. ij. in cor. q. ⁊ i so. ij. arg. ꝑ totū. Scðo dico q̄ satisfactio ē act⁹ charitatis ⁊ amicitie vt imperantis nā punire petā p̄terita cōmissa ⁊ cauere futura a charitate imperante ꝓcedit Ex hoc enī q̄ penitēs diligit deū. ex amore diuine bonitatis mouet̄ ad puniendū diuinā offensā ꝑ culpā in deuȝ cōmissam ⁊ ad cauendū vl̄ vitandū futurā: ibidē imediate vbi. s. q. ij. in so. ij. argu. ī fine. Tertio dico q̄ satisfact̄ ē act⁹ prudētie vt dirigētis. qđ pȝ: qr scire purgare p̄terita ⁊ sic cauere petā futura ē act⁹ prudētie: cui⁹ ps ponit̄ vel assignat̄ a phō in li. j. eth. cautela. vbi dicit q̄ q̄libet virt⁹ moralis pticipat act⁹ prudētie: eo q̄ ipsa ī oīb⁹ virtutib⁹ cōplet formalit̄ rōnē v̄tutis: qr f̄m prudentiā mediū accipit̄ in singulis v̄tutib⁹ moralib⁹: ibidē. q. ij. ī so. iij. arg.

Ad maiorē tn̄ euidentiā p̄dictoꝝ ⁊ ꝓpt̄ solutionē argumentoꝝ nota hic q̄ttuor. Primū ē: q̄ in satisfactiōe principali⁹ req̄rit̄ emēdatio in futurū q̄ȝ recōpensatio p̄teritoꝝ. Cui⁹ rō ē: qr deo f̄m rei veritatē nihil subtrahi pōt: q̄ttuȝ petō: quantū in se est aliquid subtrahat. s. diuinū honorem. Et ideo Augustinus ex hoc. s. ex futuroꝝ cautela satisfactionem diffinit dicens Satisfactio est peccatorum causas excidere. Nihilominus tamen ex futuroꝝ cautela recognosci pōt recōpensatio p̄teritoꝝ: ibidem. q. iij. in solu. iiij. arg. in p̄ncipio. Secūdū est: q̄ causa pec-

catoꝝ est duplex.s.prima ⁊ remota. Causa prima pecca
toꝝ est ꝯsuetudo peccandi. Occasiões aũt exteriores pec
candi sunt locus: societas mala: artes male ⁊ huiusmodi.
Causa aũt remota actualis peccati est fomes. Nõ igit̃
ita est ꝙ p satisfactionẽ in hac vita tollunt̃ oẽs cause ꝓ
pinque pctoꝝ.s.ꝯsuetudo peccati: ⁊ libido peccãdi ex ꝯ
suetudine peccãdi relicta. Similit̃ p satisfactionẽ tollun
tur eẽ occasiones exteriores peccãdi: de quib⁹.s.ime
diate patet. Causa aũt remota actualis pcti.s.fomes p sa
tisfactionẽ nõ totalit̃ tollit̃ in hac vita ⁊ si debilitet̃: ibi
dem.q.iii.in so.pmi argu. Tertiũ est: ꝙ facilius est rau
sas peccati vel mali abstindere ꝙ ipsũ peccatũ vel malũ
remouere qd ꝓbo triplici rõne. Et pma est: qꝛ malũ vel
peccatũ nõ remouet̃ nisi p cõstructionẽ boni. bonũ autẽ
facilius tollit̃ ꝙ construat̃. Secũda rõ est: ꝙ cause pdicte
peccati nõ sũt sufficiẽtes cause peccati sꝫ sũt occasiões ꝙ
dam. Tertia causa est: qꝛ mutatio pctĩ sine dei auxilio.i.
sine dei charitate esse ⁊ fieri nõ põt. ibidem.q.iii.in so.i.
argu. Quartũ est: ꝙ satisfactio alit̃ se habet respiciens
ad peccata pterita. alio mõ attendẽs ad cautelã futuroꝝ.
Nã respiciens ad peccata pterita ex detestatiõe peccato
rũ ꝯsurgit vel mouet̃ in detestationẽ causaꝝ peccatorũ.
Sꝫ attendens ad cautelã futuroꝝ peccatoꝝ econuerso se ha
bet: q in cautela futuroꝝ peccatoꝝ a detestatione ⁊ vita
tione causaꝝ pctõꝝ deuenimus in detestationẽ ⁊ vitatio
nem peccatoꝝ: vt causis pctõꝝ subtractis: facilius pecca
ta vitemus: ibidẽ.q.iii.in so.iiii.argu.in fine.

C Qꝫ quilibet quantũcunqꝫ peccator potest deo in hac
vita satisfacere. CA.II.

Secũdo pncipaliter circa satisfactionẽ considerã
da est executiõis possibilitas. Nã qlibet quan
tũcunqꝫ pctõꝛ in hac vita põt satisfacere de pec
catis. Hoc aũt ꝓbo triplici rõne.s.rõne iniũctionis diuine:
recõciliatiõis humane: punitiõis cõdigne. Primo ꝙ
quantũcũqꝫ peccator possit satisfacere deo, ꝓbo rõne in
iũctionis diuine sic: Deus nihil iniũgit vel pcipit impossi
bile. vñ qui oppositũ dicit.s. ꝙ deus pcipit hoi impossi
bile anathema sit: vt dicit Hiero. sꝫ deus pcipit vt homo
satisfaciat de peccatis suis: vt dicit̃ Luce.iii. Facite di
gnos fructus pnĩe. ergo est possibile deo satisfacere ĩ hac
vita. Scdo hoc idem ꝓbo rõne recõciliatiõis sic: De⁹
incõparabilit̃ est magis misericors ꝙ sit aliquis homo.
sꝫ homo põt hoi satisfacere ⁊ ei recõciliari quantũcunqꝫ
eũ offenderit: g̃ multo magis est possibile hoi satisfacere
deo. Tertio h idẽ ꝓbo rõne punitiõis cõdigne sic: Ho
mo deo debite satisfacit qñ equalẽ penã culpe quã con
tra deum cõmisit ⁊ eũ offendit sponte assumit. sꝫ contin
git frequenter ꝙ penitens equalẽ penã vel maiorẽ dele
ctatione ꝙ habuit in peccãdo sponte assumit. g̃ possibi
le ẽ hoi quantũcũqꝫ peccatori deo satisfacẽ ⁊ de suis pec
catis pniam agere. Dec.b.Tho.iii.scrip.sen.di.xv.arti.ii.
in tib⁹ argu.contra. Sed forte argues in oppositũ.s.ꝙ
peccator nõ possit satisfacere deo de peccatis triplici ra
tione.s.rõne ipropoꝛtiõis: obligatiõis: ⁊ irrecuperationis.
Primo rõne ipropoꝛtiõis sic: Actio finita: virtuti ⁊ bo
nitati infinite adequari nõ põt. sꝫ offensio in deũ cõmis
sa est infinita vl' infinitũ malũ: cũ deus sit infinitũ bonũ
Dis aũt satisfactio hoĩs ⁊ eius opatio est finita. g̃ videt̃
ꝙ homo nõ possit satisfacere deo. Rñdeo ⁊ dico duob⁹
modis. p⁰ ꝙ sicut dei offensa est infinita: eo ꝙ eius boni
tas est infinita: ita ⁊ satisfactio accipit quandã infinita
tem ex infinitate diuine misericoꝛdie. 2⁰ rñdeo ꝙ sꝫ omnis
opatio vel satisfactio hoĩs quantũ ẽ de se nõ sit accepta
deo. tñ satisfactio hoĩs pui est diuina gratia informata effi
cit̃ accepta: ibidẽ in so.i.argu.in pncipio. Scdo ꝙ ho
mo nõ possit de suis peccatis satisfacere deo: argues rõ
ne obligatiõis vel solutiõis sic: Ille cui⁹ totũ qd habet
nõ sufficit ad vnũ debitũ psoluendũ: nõ põt p alio debi
to satisfacere. sꝫ homo quicqd habet ⁊ quicqd põt ⁊ ꝙ
quid est: nõ sufficit ad soluendũ debitũ rõne collati bñ
ficij: g̃ non põt deo satisfacere p debito peccati cõmissi.
Rñdeo duob⁹ modis. pmo ꝙ homo efficit̃ debitor deo
duob⁹ modis: vno mõ rõne bñficij collati: alio mõ rõne
peccati cõmissi. p⁰ rõne collati bñficij homo tenet̃ ⁊ ob
ligat̃ deo ad gratiaꝝ actiones. 2⁰ modo rõne peccati cõ
missi homo peccator obligat̃ ad satisfactionẽ. Vñ sicut
gratiaꝝ actio recipit debitũ accepti beneficij: ita satisfa
ctio respicit debitũ peccati cõmissi: ibidẽ in coꝛ.q.in pn
cipio. Scdo modo rñdeo ⁊ dico: ꝙ equalitas satisfactio
nis est duplex. Vna est equalitas quantitatis: ⁊ sic nul
lo modo pena puri hominis equari põt offense diuine. Alia
equalitas satisfactiõis est equalitas ꝓpoꝛtiõis. ⁊ sic põt
peccator satisfacere deo: puta si homo facit quicqd pot
ex pte sua: deus ex pte sua acceptat hoc tanꝙ si esset eq̃le.
vñ ꝙuis equiualẽs satisfactio nõ possit fieri: tñ põt fieri
a penitente qd est sufficiẽs deo: sicut sꝫ parentib⁹ nõ pos
sumus equale reddere his q̃ ab eis recepim⁹. sufficit ꝙ
faciam⁹ id qd possumus. A simili satisfactio qua homo
facit deo qd põt: diuina gratia informata efficit̃ deo ac
cepta: ibidem in coꝛ.q.in fine. Tertio ꝙ homo nõ pos
sit satisfacere deo p peccatis cõmissis arguo rõne irrecu
pationis sic: Homo totum tempus suũ debet expendere
in seruitiũ dei: sꝫ tempus amissum recupari nõ potest. g̃
de peccatis cõmissis in pterito: homo nõ põt satisfacere
deo. Rñdeo duobus modis. p⁰ ꝙ aliud est tempus recu
perare pteritum: ⁊ aliud in futuro temp⁹ amissũ restau
rare. Qꝫuis enĩ homo nõ possit tempus pteritũ recupa
re: põt tñ in futuro recompensare id qd in pterito facere
debebat: ibidem in solu.iiii.argu. 2⁰ modo rñdeo ⁊ dico
ꝙ ꝙuis homo totũ suũ posse debeat deo: nõ tñ ab eo ex
necessitate exigit̃ vt totum qd possit faciat: qꝛ hoc ei est
impossibile sm statum pñtis vite vt totũ posse suũ ⁊ to
tum conatũ suũ ⁊ totam vitã suã expendat in vnũ: cum
oporteat eũ circa multa esse solicitum. Et est quedã men
sura homini adhibita que ab eo requirit̃.s. ipletio man
datoꝝ dei ⁊ sup ea põt aliquid erogare vt satisfaciat. vñ
nõ peccat qui nõ dat deo bonũ quod habet a deo. sꝫ pec
caret qui nõ daret deo qñ deus illud exigit: ibidẽ in so.
iiii.argu. Re.s. Penitentia.

C Qꝫ satisfactio nõ dꝫ esse diminuta sꝫ integra. CA.III.

Tertio pncipalit̃ circa satisfactionẽ cõsiderãda
est recõpensatiõis vel recõciliatiõis integritas.
Ubi nota ꝙ satisfacere nõ põt deo pctõꝛ si satis
factio est diminuta: interrupta. infecta. Primo nõ po
test pctõꝛ satisfacere deo si ei⁹ satisfactio ẽ diminuta: qꝛ
non põt pctõꝛ de vno pctõ sine alio satisfacere deo. Hoc
aũt ꝓbo triplici rõne. pma rõ ẽ: qꝛ talis satisfactio exclu
dit gratiã. secunda rõ est: qꝛ talis satisfactio de vno pctõ
sine alio nõ tollit offensã. tertia rõ est. qꝛ talis satisfactio
impedit amicitiã. Prima rõ qre de vno pctõ sine alio
non põt fieri satisfactio deo est: qꝛ talis satisfactio exclu
dit gratiã sic: Pctã sine dei gratia curari nõ psũt. sꝫ qõli
bet pctm̃ moꝛtale aufert dei gratiã. g̃ satisfactio in pctõ
moꝛtali facta cũ careat dei grã: aliud curare nõ põt. Dec
b.Tho.iiii.scrip.sen.di.xv.arti.iii.q.i.arg.ꝯtra.ii. Scda
rõ est: qꝛ satisfactio de vno pctõ sine alio facta non tollit
offensã. ⁊ formatur sic: Per satisfactionẽ tollit̃ offensa dei
sꝫ impossibile est ꝙ homo pctõꝛ tollat offensã dei si satis
faciat de vno peccato retento alio. sicut nec homini satisfa
ceret, qui p alapa sibi data se ei pstermeret ⁊ aliaz simul
daret. ergo ⁊c. ibidem arti.iii.q.prima in coꝛ.q.in fine.
Tertia rõ est: qꝛ talis satisfactio.s. de vno peccato sine

alio facta excludit vel impedit amicitiaꝫ. Nō solum enī apud deū: ſꝫ etiam apud hoīes hoc est certū ꝙ nunq̄ potest fieri de offensa cōmissa satisfactio. ſi aliq̄d sit ꝙ amicitie restitutionē impediat. ſꝫ quodlibet peccatū mortale impedit amicitiā charitatis hoīs ad deū. ergo ⁊c̄. ibidem in cor. q. in medio. Ad cuiꝰ euidentiā nota tria. Primū est: ꝙ aliter se habet in obligatiōe debiti ad hominē: ⁊ aliter in obligatiōe vel satisfactiōe peccati apud deum. Nam in obligatiōe debiti corporalis. s. pecunie vel huiusmodi nō exigit̄ nisi ꝙ equalitas iusticie obseruet̄ que est ꝙ debitum exoluat̄. quod quidē debitū de vno sine alio pōt solui. Sed in obligatiōe qua homo obligatur deo rōne peccati oportet ꝙ nō solum pena sustineatur in recompensationē culpe. sed etiā ꝙ amicitia restituat̄. quod nō potest facere ille qui de vno peccato satisfacit ⁊ de alio nō: ita ꝙ in satisfactiōe oportet ꝙ sint hec duo. s. equalitas pene ⁊ equalitas amicitie: ibidem ī so. i. argu. ꝑ totum. Secundū est: ꝙ aliter se habet in cōmissione peccati: ⁊ aliter ī remissiōe peccati. Nam in cōmissione peccati ita se habet ꝙ vnū sine alio pōt cōmitti. Cuius rō est: qꝛ peccata adinuicē nō sūt cōnexa. ⁊ iō vnus peccator pōt peccare in vno peccato ⁊ non in alio. Sed in remissiōe peccati ita est ꝙ remissiones diuersorū peccatoꝝ adinuicē sunt cōnexe. vñ vnū peccatum sine alio remitti non pōt. Et qꝛ satisfactio fit vel ordinat̄ ad peccatoꝝ remissionē: iō oportet ꝙ de peccatis omnibus satisfaciat. vñ satisfactio de vno sine alio nihil ꝓdest: ibidem in so. i. argu. Tertiū est: ꝙ ille qui vnū peccatū retinet: ⁊ si de aliis penitentiā facit: nō satisfacit deo: tū qꝛ peccatū nō excludit qd̄ suo pondere ad aliud trahit s̄m Gregoriū: tū qꝛ causas peccatoꝝ non abscindit: que duo ad satisfactionē ꝑfectā requirunt̄. s. peccata vitare: ⁊ causas peccatoꝝ abscindere: vt pꝫ ex satisfactiōis diffinitiōe p̄mo ca. p̄cedenti: ibidem in solu. iii. argu.

Quod satisfactio nō dꝫ eē interrupta ꝑ peccm̄. CA. IIII.

Secūdo dico ꝙ satisfactio nō pōt recte fieri nec est deo accepta qn̄ est interrupta. Vñ nō potest homo digne satisfacere deo de peccatis prius ꝑ contritionē ⁊ confessionē sibi dimissis postq̄ cecidit in peccatū. Hoc autē ꝓbo triplici rōne. Prima est: qꝛ talis satisfactio caret diuina dilectione. Secūda est: qꝛ caret integra recōpensatione. Tertia est: qꝛ caret sincera intentione. Primo dico: ꝙ satisfactio in gr̄a facta ⁊ ꝑ sequēs peccatū mortificata nō valet nec est deo accepta: eo ꝙ talis satisfactio caret diuina dilectiōe. ⁊ formo sic rōnem. Virtus satisfactiōis est delere peccata qd̄ fit ꝑ charitatē que vniuersa delicta operit: vt dicit̄ ꝓuer. x. ſꝫ satisfactio de peccatis prius ꝑ contritionē ⁊ confessionē dimissis ꝑ sequens peccatū mortale nō fit in charitate: ergo suā virtutem nō habet. Hec btūs Tho. iiii. scripto sen. di. xv. art. iii. q. ii. argu. contra. i. Et cōfirmat̄ p̄dicta ratio hoc exemplo. Nam p̄cipuū ⁊ p̄ncipale opus in satisfactiōe est elemosyna. ſꝫ elemosyna extra charitatem facta nō valet: sicut patet p̄ma ad corinth. xiii. Si distribuero ī vsus pauperū ⁊c̄. g̃ ⁊ satisfactio: ibidē argu. ɔtra. ii. Scḋo satisfactio in gr̄a facta ⁊ ꝑ peccatū mortale sequēs mortificata nō valet nec est deo accepta qꝛ caret integra recōpensatione. ⁊ formo sic rōnē: In satisfactione sūt tria bona. Est enī satisfactio recōpensatio iniurie: remissio offense: restitutio amicitie: ſꝫ hec tria in tali satisfactiōe nō fiūt. g̃ ⁊c̄. ibidem in cor. q. Tertio satisfactio nō valet nec est deo accepta: qꝛ caret sincera intentiōe. Nam ex intentiōe penitentis actus efficaciā habet. Vñ sicut actus penitētis ⁊ satisfaciētis ī principio qn̄ erat in charitate: anteq̄ caderet in sequens peccatū: ex charitate efficaciā habebat. ita ꝑ sequēs peccatuꝫ illa intentio interrupta est ⁊ corrupta. ⁊ iō nō dat virtutē aliquā opibꝰ post peccatū factis: ibidē in solu. iii. argu.

Quod satisfactio nō est meritoria qn̄ finit̄ in peccato mortali. CA. V.

Tertio dico ꝙ satisfactio debita non potest fieri de peccatis nec est meritoria alicuius boni eternalis vel etiā tpalis qn̄ est infecta crimine. s. qn̄ fit in pctō mortali. Hoc autē ꝓbo quattuor rōnibꝰ. s. ꝙ talis satisfactio caret vita: essentia: amicitia: cōplacentia. Prima rō quare satisfactio ī peccato mortali facta nullius boni est meritoria est: qꝛ caret vita. Et formo eā sic: Sicut enī res mortua se habet q̄tum ad actū: ita satisfactio in pctō mortali facta se habet ad meritū. ſꝫ res mortua quantū est ex se nil opat̄. ergo satisfactio ī pctō mortali facta nullū bonū meret̄. Hec b. Tho. iiii. scripto sen. di. xv. arti. iii. q. iiii. argu. contra. i. Secūda rō quare satisfactio facta in pctō mortali nulliꝰ boni est meritoria ē qꝛ caret essentia. qd̄ sic ꝓbo. Qui nihil est nō pōt mereri ſꝫ pctōr nō hñs charitatē nihil est s̄m esse spūale: vt pꝫ ꝑ apl̄m. i. ad corinth. xiii. g̃ nō pōt aliq̄d mereri: ibidē. q. iiii. argu. contra. ii. Tertia rō quare satisfactio facta ī pctō mortali nulliꝰ boni est meritoria ē: qꝛ caret amicitia. qd̄ sic ꝓbo. Illa que ex sola liberalitate oīa donant̄ nobis: nullus ex debito pōt acquirere nisi ꝑ charitatē ad deum ſꝫ bona oīa: nō solum celestia ⁊ eterna: ſꝫ etiam corporalia deus ex mera bonitate ⁊ liberalitate sua largit̄ nobis. g̃ oīs nostra satisfactio ⁊ opatio extra charitatē facta nullius boni est meritoria: ibideꝫ. q. iiii. in cor. q. Quarta rō quare satisfactio in pctō mortali facta nulliꝰ boni ꝓprie est meritoria est: qꝛ caret diuina cōplacentia. ⁊ formo sic rōnē. Nulla satisfactio nec aliqua nostra opatio pōt esse meritoria nisi sit deo accepta. ſꝫ nō pōt esse accepta deo nisi charitate sit informata. Cuꝫ ergo satisfactio facta in pctō mortali: charitate nō sit informata ⁊ ꝑ consequens nō sit deo accepta nulliꝰ boni est meritoria: ibidem. q. iii. argu. contra. ii. Et formant̄ he quattuor rōnes ꝑ locū a minori tali rōne: Qui nō meret̄ bonū tpale: non meret̄ bonū eternale: ſꝫ satisfactio in pctō mortali nō ē meritoria boni tpalis. qd̄ pꝫ ꝑ Augu. qui dicit: ꝙ peccator nō est dignus pane quo vescit̄. noīe aūt panis intelligit̄ substantia corpalis: g̃ nō est dignus pane celesti. s. bono eternali: ibideꝫ. q. iiii. argu. contra. i. Ad maiorē tū euidentiā p̄dictoꝝ nota hic tria. Primū est: ꝙ opus qdcūq̄ bonū ex pte nostra nō meret̄ de condigno vitaꝫ eternā. Opus aūt malū de condigno meret̄ penā eternā. Rō aūt huiꝰ est: qꝛ oē bonū est in nobis ex pte dei q̄ confert bono qd̄ agimus efficaciā ⁊ virtutē de cōdigno merendi vitā eternā. Malū autē qd̄ est in nobis ⁊ qd̄ agimus nō est ex pte dei ſꝫ ex pte volūtatis praue: q̄ de condigno meret̄ penā eternā: ibidem arti. iii. q. iiii. in solu. i. argu. ꝑ totū. Secundū est: ꝙ satisfactio in pctō mortali facta: ⁊ si de cōdigno nullū bonū meret̄: sicut pꝫ. s. immediate quattuor vel quinq̄ rōnibꝰ. tū de congruo satisfactio facta in pctō mortali p̄cipue valet ad tria. p̄mo valet ad boni tpalis cōsecutioneꝫ. scḋo ad gr̄e celestis dispositionē. tertio ad oīs boni opis assuefactionē. Rō aūt istorū triū est: qꝛ cōgruū est ex pte dei vt vbicūq̄ dispositionē inuenit ꝑfectionē adiiciat: ibidē arti. iii. q. iiii. in cor. q. iuxta finē. Tertiū est: ꝙ satisfactio facta in pctō mortali nō valet ad tria. s. ad pene eterne vitationē: ad pene eterne liberationē: ad pene eterne mitigationē: ſꝫ valet ad culpe impeditionē. p̄ꝰ dico ꝙ satisfactio in pctō mortali facta nō valet ad pene eterne vitationeꝫ: eo ꝙ talis satisfactio nō iuuat hoīem ne dāmet̄. 2ᵒ nō valet ad pene eterne liberationē: quia nullus liberat̄ a pena nisi sit absolutus a culpa. In inferno autem nō est redemptio aliqua culpe. g̃ nec ꝑ ɔsequens pene. 3ᵒ nō valet ad eterne pene

mitigationē. Cui⁹ rō est: qz vbi nō diminuit culpa: non mitigatur pena z sic est in inferno. 4° satisfactio facta in peccato mortali valet ad pene eterne impeditionē. impedit enī satisfactio talis facta in peccato mortali meritū pene trib⁹ modis. pmo: qz hō q̄ huiusmōi opa in peccato mortali facit: euadit omissiōis reatū. scdo qz talis excludit cōtemptū. Nā huiusmodi opa hoīem aliquo mō ad bonū disponunt: vt hō e.; minori contēptu peccet. tertio qz huiusmōi opa retrahūt a multis peccatis: ibidem q. v. in cor. q. p totū. Re. ē. opa in pctō mortali facta ad q̄ valent. ¶ Q̄ʒ satisfactio debet fieri p opera penalia vel afflictiua. CA. VI.

Quarto z vltimo pncipaliter circa satisfactionē cōsideranda est recōpensatiōis qualitas. Oportet enī q̄ satisfactio p peccatis fiat p opa penalia vel afflictiua. Hoc aūt pbo quattuor rōnibus. s. rōne adequatiōis: curatiōis: subtractiōis: pseruatiōis. Primo rōne adequatiōis sic: Per satisfactionē recōpensatur offensa dei. sz recōpensatio diuine offense fit sustinēdo penam. Ita dicit Greg⁹. Iustū est vt peccator tanto maiora sibi inferat lamenta p pniam quanto maiora sibi intulit damna p culpā. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. dis. xv. arti. iiij. q. j. argu. contra. j. Ubi nota q̄ recōpensatio offense pterite p penā pōt fieri vel ab alio qui nō offendit: vel ab eo qui offēdit. p° ergo qn̄ satisfactio vel recōpensatio fit ab eo q̄ nō offendit. s. a iudice: tūc talis recōpensatio offense p penam magis habet rōnē vindicatiōis q̄ʒ satisfactionis. 2° qn̄ talis recōpensatio fit ab ipso qui offendit tūc rōnē satisfactionis habet. Unī si flagella que p peccatis a deo infligunt: acceptantur a peccatore vtens eis patiēter ad purgationē pctōꝝ suoꝝ: tunc flagella talia rōnē satisfactiōis peccatoꝝ accipiūt. Si vo talibus flagellis a deo inflictis p impatientiā peccator dissentiat z cōtradicat: tūc nō habent rōnē satisfactionis sʒ vindicatiōis: ibidem. q. ij. in cor. q. p totum. Scdo oportet q̄ satisfactio fiat p opa penalia rōne curatiōis. z formo sic rōnē: Per satisfactionem oportet vulnus peccati recte sanari. sʒ pene sūt peccatoꝝ medicine: vt dicit phs in. ij. eth. ergo zc. ibidē. q. ij. arg. contra. Re. ē. Pnia in fine. s. quot modis pena que in satisfactione assumit est medicina peccatoꝝ de varietate medicinaꝝ. Tertio oportet q̄ satisfactio p opa penalia fiat rōne subtractiōis. z formo sic rōnē: Sicut enī iusticia humana exigit vt recōpensatione offense subtrahat ei q̄ plus iusto accepit. z detur vel restituat ei cui est iniuste subtractum. ita iusticia diuina exigit vt restituat id qd̄ est deo a peccatore iniuste subtractū: z subtrahat a peccatore ex recōpensatiōe offense illud bonū cui⁹ subtractio ē penosa. Q̄uis aūt deo ex pte sua nihil subtrahi possit. tn̄ peccator quantū in ipso est peccādo aliq̄d subtrahit deo. s. bonorē debitū deo. z iō ad hoc q̄ peccator satisfacit deo: oportet q̄ ei. s. peccatori aliq̄d subtrahatur. Hoc autē quod peccatori subtrahit debet habere in se tria. Primū est: q̄ illud opus sit bonū ex genere. sicut peccator contra deū aliquid fecit qd̄ ex suo genere malū fuit: vel omittendo bonū: vel cōmittendo malū. Secūdū est: q̄ opus illi⁹ qui satisfacit debet esse honorabile. sicut enī peccādo deū inhonorauit z ei debitū honorē subtraxit. sic oportet q̄ opus bonū qd̄ facit sit vel faciat ī honorem dei. Tertiū est q̄ opus satisfactiōis debet esse penale vt peccatori aliq̄d subtrahat. qd̄ quidē non fit p opus delectabile: eo q̄ delectabile inq̄ʒtum delectabile nō subtrahit aliquid a peccante sʒ pficit eū. vn̄ oportet q̄ sit penale: ibidē arti. iiij. q. j. in cor. q. Quarto oportet q̄ satisfactio fiat p opa penalia rōne pseruationis. Ubi nota q̄ pena sanctificatio duo facit. primū est: q̄ ipsa purgat peccata pterita. secundū est: q̄ ipsa cauet z vitat futura. Pena aūt in satisfactione assumpta hec duo facit. p° enī purgat peccata cōmissa vt dictū est in tertia rōne. s. pene medicine sūt peccatoꝝ. 2° pena pseruat a culpa futura: qz nō facile hō ad peccata redit ex quo expertus est penā. z ideo rōne pseruatiōis a culpa oportet q̄ satisfactio p opa penalia fiat. Satisfactio enī nō solū pseruat hoīem a peccatis. sʒ etiā causas z occasiones pctōꝝ abscindit: vt pʒ ex diffinitione supius allegata. Hec aūt duo facit pena i. opus penale. iō zc. ibidem arti. iiij. q. ij. in cor. q. in fine.

Sed forte argues in oppositū. s. satisfactio de peccatis nō debet fieri p opa penalia duob⁹ modis. Primo sic: Si satisfactio debet fieri p opa penalia aut intelligit de pena assumpta: aut de pena afflicta: aut de pena iniūcta. Nō de pena assumpta: qz si homo p ieiunia sua fine aliq̄ iniūctione sacerdotis posset satisfacere p pctīs suis quod falsū est. Non etiā de pena inflicta: qz sic mali quia multas penas a deo inflictas sustinēt: p illa mala merēreꝝ. qd̄ etiā est falsum. Nō etiā de pena iniūcta: qz sic q̄ penā iniūctā impleret: liberatus esset ab oī pena qd̄ falsum est. z ita videt q̄ p nulla opa penalia possit fieri satisfactio p peccatis. Rn̄deo z dico q̄ satisfactio fit p penam inflictā inq̄ʒtum illa pena acceptat ab ipso facientē. Et si opponis de malis: dico q̄ mali similit̄ pūt acceptare nō tn̄ sunt in statu acceptādi. Similit̄ qd̄ opponit de pena iniūcta: dico q̄ nō oportet q̄ qui penā iniūctā a sacerdote impleret: sit totalit̄ liberatus: qz aliqn̄ sacerdotes nō imponit tantā quantā deberet imponere penaʒ. z iō penitēs ad penā illā obligat. Scdo argues sic: Si per opa penalia fit satisfactio: ergo auarus qui plus affligit dando vnū denariū q̄ʒ largus dando decem: magis satisfacit qd̄ est falsum. Rn̄deo z dico q̄ quedā penalitas consurgit ex pte opis: quedā est que cōsurgit ex dispositione opantis. Q̄ʒ autē auarus magis grauet q̄ʒ largus: hoc est magis ex dispositiōe opantis q̄ʒ ex genere opis. Hec Ambaldus. iiij. scrip. sen. di. xv. arti. ij. in solu. dictorum argumentoꝝ. ¶ Q̄ʒ tria sunt bona p que satisfacere possumus de peccatis z que. CA. VII.

Pro maiorem tn̄ euidentiā predictoꝝ circa satisfactionis opera in speciali nota tria. s. integritatem: sufficientiā: preeminentiā. pmo integritatem modi: secūdo sufficientiā numeri: tertio preeminentiam meriti. Primo nota completiua modi. Nam tria sunt bona p que satisfacere possumus de peccatis. s. elemosyna: ieiuniū z oratio. Primo enī elemosyna satisfactoria est. qd̄ tripliciter pbo. s. autoritate: similitudine: distinctione. p° autoritate. Nam quedā glo. sup illo verbo Luce. iij. facite fructus dignos penitentie. sic dicit: dare elemosynā est pars penitentie: sʒ nō nisi rōne satisfactionis: ergo zc. 2° hoc idem pbo similitudine: quia in foro seculari nō solum punit aliquis p corporis lesionē: sed etiā p bonoꝝ subtractionē. sed satisfactio in foro penitentie fit p opera penalia. ergo zc. 3° hoc idem pbo distinctione. Unde nota q̄ elemosyna dupliciter pōt vari aut intentiōe sublenandi necessitatē pximi. z sic ē opus misericordie. aut intentiōe recompensandi p debito offense diuine. z sic est opus iusticie: z hoc modo est satisfactoria. pmo modo elemosyna ptinet ad meritum vite. secūdo modo ad meritum dimissiōis pene. Hec beatus Tho. iiij. scripto sen. di. xv. de elemosyna: arti. j. q. ij. ī duobus argumentis contra. z in cor. q. in fine. Et idem dicit Petrus de tharan. ibidem circa secundū pbleuma: arti. ij. q. pma in cor. q. Secūdo ieiuniū est satisfactorium. quod probo duplici ratione. p° ratione penalitatis sic: Satisfactio pro peccatis debet fieri p opa penalia. sʒ ieiunium magis habet rationem pene q̄ʒ elemosyna: ergo cum elemosyna sic satisfactoria: magis erit ieiunium.

2° pbo hoc idem rõne recõpensationis: qr ieiuniũ p libidine peccati pteriti recõpensat inq̃tum delectatione subtrahit z afflictionẽ addit. Et itez: Jeiuniũ futura peccata impedit cõcupiscentiã debilitans. Sed forte argues in oppositũ.s.q ieiuniũ nõ sit satisfatoriũ tali rõne: Satisfactio debet fieri ab eo qui peccauit: sz aia est que peccauit. ieiuniũ aũt nõ est aie sz corpis: g ieiuniũ nõ est satisfactoriũ p peccatis. Rñdeo z dico: q neq corp⁹ peccat neq aia ppzie loquendo sz hõ. z iõ ipse homo q̃ peccat punit siue sit pena corpalis siue spũalis. nã etiaz pena corpalis redũdat in aiam q̃ ipsam sentit sicut z p corpus delectatõe illicita aĩa fruebaẽ. Hec.b.Tho.iiij.scrip.sen.di.xv.de ieiunio:arti.j.q.v.argu.contra.j.z in cor.q. z in so.iij.argu.p totum. Tertio oratio est satisfactoria pro peccatis. Hoc autẽ triplicit pbo.s.autoritate:rõne: distinctione. p° autoritate Hieronymi qui dicit: Q, oratione sanaẽ pestis mentis:sicut z ieiunio pestis corpis.sz ieiuniũ est satisfactoriũ:vt pz.s.g z oratio. 2° hoc idem pbo rõne sic: Satisfactio respicit duo.s.culpaz pteritã p cui⁹ offensa recompensationẽ facit. z culpã futurã cõtra quã est medicina saluans.sz hec duo cõpetunt oratiõi.quod patet:qr oratio p supbia satisfacit: z aditũ colpe amputat. z iõ oratio plene satisfacit. 3° hoc idẽ pbo sufficienti diuisione. Nam oĩs oratio vel est vocalis vel mentalis. Oratio aũt vocalis est satisfactoria: qr habet exteriorem laborem z sic penã quandã inq̃tum in ea manet virtus pcedentis intentionis.habet etiã rõnẽ boni meritorii.q̃ duo ad opus satisfactoriuz requiranẽ. Similiter oratio mentalis est satisfactoria:qr q̃uis habeat iocũditatẽ:habet tñ penã admixtã.z hoc duob⁹ modis. p° qr sm Gregoriũ orare est amaros gemit⁹ in cõpunctione resonare: vel p peccatis: vel p dilatione patrie. 2°:qr ipsa mentis eleuatio est carnis afflictio. afflictio aũt carnis redũdat in mentem inq̃tuz est ei vnita: vbi.s.immediate di.s.xv. de oratione:arti.vij.q.j.argu.contra.z in cor.q.z in solu. pmi argu.

¶ Quare p elemosynam: ieiuniũ: z orationem fit satisfactio. CA.VIII.

Secundo circa satisfactionis opa nota sufficientiam numeri. Nam opa satisfactoria cõuenienter enumeranẽ cũ diciẽ: q opa satisfactionis sũt tria.s.elemosyna: ieiuniũ: z oratio. Ratio aũt sufficiẽtie istius numeri ex quattuor põt partib⁹ sumi: pmo ex pte boni quod nobis subtrahimus: scdo ex pte vitij qd corrigimus: tertio ex pte boni qd offendim⁹: quarto ex pte modi quẽ assumimus. Prima rõ isti⁹ numeri põt sumi ex parte boni quod nobis subtrahimus. nam satisfactio debet esse talis q nos ad honorem dei nobis bona aliqua subtrahamus. Nos aũt quia tria bona habem⁹ a deo.s.bona nature: bona fortune: z bona anime: iõ in satisfactione pmo subtrahimus nobis bona fortune.s. bona exteriora temporalia p elemosynã. 2° ex bonis nature.s.corpis aliquid subtrahimus p ieiuniuz. 3° ex bonis anime subtrahimus aliquid.s.ppriã voluntatẽ z eã totaliter deo submittimus. z hoc p orationẽ. Scdo sufficientia numeri operũ satisfactiõis põt sumi ex pte peccati quod corrigimus. Et sic cum tres sĩt radices peccatoz vt diciẽ pma Joh.ij. Oẽ quod est in mũdo vel est concupiscentia carnis: vel cõcupiscentia oculoz: vel supbia vite. Jdeo cõtra concupiscentiã carnis ordinaẽ ieiunium. Cõtra cõcupiscentiã oculoz.i. contra auariciã ordinaẽ elemosyna. Contra supbiam ordinatur oratio. Tertio sufficientia istius numeri põt sumi ex parte boni quod offendimus: qr omne peccatũ vel cõmittimus in deũ: z contra hoc ordinaẽ oratio. vel cõmittimus in pximuz: z contra hoc ordinaẽ elemosyna. vel cõmittimus in nosmetipsos: z contra hoc ordinaẽ ieiuniũ. Hec btũs Tho. iiij.scrip.sen.di.xv.de satisfactione: arti.iiij.q.iij.in cor⁹ q.p totuz. Jta p hec tria homo tripliciter ordinaẽ. pmo enĩ p orationẽ homo ordinaẽ ad deum. secũdo p elemosynam homo ordinaẽ ad pximũ. tertio p ieiuniuz homo ordinaẽ in seipsum. Quarto sufficientia istius numeri potest sumi ex pte modi quẽ assumimus. Nam tres sũt modi satisfaciẽdi deo p peccatis cõmissis. Primus modus satisfaciendi est p redemptionẽ. z sic satisfacim⁹ elemosynas dãdo. vñ Dañ.iiij. Peccata tua elemosynis redime. Secũdus modus satisfaciendi est p punitionẽ nostri.s.p carnis macerationẽ. z sic satisfacimus ieiunãdo. Nam ieiuniũ p libidine peccati pteriti recompensat addens afflictionẽ corpi. Et similiẽ ieiuniũ futura peccata impedit debilitans concupiscentiã carnis: vbi.s.di.s.xv. de ieiunio: arti.j.q.v.in cor.q. Tertius modus satisfaciẽdi deo p peccatis cõmissis est p supplicationez. z sic deo satisfacimus orando. Sed forte argues q oratio non est opus satisfactionis sic: Opus satisfactoriũ debet esse penale. sz oratio penã nõ habet sz delectationez. ergo zc. Rñdeo z dico: q oratio q̃uis habeat suauitatẽ mentis vel spũs: habet tñ afflictionẽ carnis: qr vt dicit Gregori⁹ sup Ezech. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi: infirmamur pculdubio fortitudine carnis. Unde z neruus femoris Jacob ex lucta angeli emarcuisse legiẽ: Geñ.xxxij. vñ ex hac parte qua oratio habet afflictionez carnis: habet rõnem satisfactionis: vbi.s.di.xv.de satisfactione: arti.iiij.q.iij.in so.j.argu. Re.s.ca.pcedenti i fine

¶ Q, elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniuz vel oratio. CA.IX.

Tertio circa satisfactiõis opa nota peminentiam meriti. Cũ enĩ tria sint opa satisfactionis.s. elemosyna: ieiunium z oratio: vt patet imediate.s. Elemosyna magis est satisfactoria q̃ ieiunium z oratio. Hoc aũt pbo triplici rõne.s.rõne sue virtutis: cõmunitatis: bonitatis. Primo elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniũ z oratio rõne sue virtutis: eo q elemosyna includit z continet in se virtutẽ ieiunij z oratiõis. quod dupliciter pbo.s.rõne obligationis: z oblatiõis. p° rõne obligatiõis: qr elemosyna eũ cui daẽ obligat ad orãdũ z ieiunandũ z bona alia faciendũ p eo qui eã dedit. 2° ratione oblatiõis: qr elemosyna pter deũ data est quasi quedã oblatio facta deo. Oblatio aũt facta deo virtutez oratiõis habet. similiter subtractio bonoz exterioz p elemosynã quasi virtute ieiuniũ continet: inq̃tuz bona exteriora ad conseruationẽ corpis ordinanẽ. Scdo elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniũ z oratio rõne sue cõmunitatis sic: Bonũ quanto cõmuni⁹ tanto vtili⁹ z efficatius est ad merendũ. sz bonũ elemosyne est cõmunius q̃ bonũ ieiunij z orationis. g elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniũ z oratio. Q, aũt elemosyna sit cõmunius bonũ ieiunio z oratiõe patet: qr elemosyna est cõmmune bonũ eã facienti z eã recipienti. illa autẽ duo .s.ieiuniũ z oratio sũt singularia bona. Tertio elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniũ z oratio rõe sue bonitatis sic: Jn satisfactiõe pncipali⁹ reqriẽ bonitas act⁹ q̃ penalitas. sz elemosyna plus hz de rõne boni q̃ ieiuniũ z oratio. qd pbo dupliei rõne. Prima ẽ: qr elemosyna imediatius se hz ad charitatẽ q̃ illa duo. Scda rõ ẽ: qr elemosyna est cõe bonũ eã faciẽti z eã recipiẽti: vt pz .s. in secũda rõne. nõ aũt illa duo: g elemosyna est magis satisfactoria q̃ ieiuniũ. Scdo elemosyna plus valet ad remissionẽ petoz q̃ oro. Cui⁹ rõ ẽ: qr lz oro magis reddat hoiez familiarẽ deo q̃ elemosyna: sic vita ɔtẽplatiua q̃ actiua: tñ multiplicatio intercessoz p elemosynã ad ipetrandũ petoz remissionẽ pl⁹ valet q̃ valeat oratio vnius singularis psone. Et pter hoc elemosyna magi, iduciẽ vt

vniuersalis medicina peti q̄ alia duo.s.ieiuniū ⁊ oratio: sicut dicit Luce.xi. Date elemosynā ⁊ omnia mūda sunt vobis. Et aplus pma ad thimo.iiij. Pietas ad oia valet.

Tertio oratio ē magis satisfactoria q̄ ieiuniū. Cui⁹ rō est: q magis satisfacit illud bonū qd̄ sanat pestes mētis q̄ illud qd̄ sanat pestes carnis. s; oratione sanant pestes mentis. ieiunio aūt sanant pestes carnis: vt Hiero. dicit. g̃ oratio cōpleti⁹ virtutē satisfactiōis habet q̄ ieiuniū. Hec h. Tho.iiij.scrip.sen.di.xv.de elemosyna:arti.ij.q.ij.in cor.q.p totū. ⁊ in so.ij.argu. Ad maiorē tn̄ euidētiam p̄dictor̄ nota q p satisfactionē tria bona causant. p̄mū est impetratio gratie. secundū ē remissio pene. tertiū est purgatio reliquiar̄ culpe. Modo igit̃ elemosyna plus valet q̄tum ad p̄mū.s. q̄tum ad impetrationē grē. Ieiuniū plus valet q̄tum ad remissionē pene. s; oratio plus valet q̄tum ad reliquiar̄ culpe purgationem. Hec petrus de tharā.iiij.scrip.sen.di.xv.circa secundū pblema:arti.ij.q.v.in cor.q.

¶ Quid sit scandalū. CA.I.

# S Candalum.

Circa scandalum cōsiderāda sūt tria.s.descriptio quidditatis: cōditio q̄litatis: pfectio charitatis. Primo circa scandalū consideranda est descriptio q̄dditatis. Nam sup illo verbo Matth.xv. Scis q pharisei audito hoc verbo scandalizant. beat⁹ Hiero. diffiniens scandalū sic dicit: Scandalum est dictū vel factū minus rectū p̄bens alteri occasionem ruine. Et subdit Hiero. q illud qd̄ grece scandalum dicit: nos offensionē vel ruinā vel ipactionē pedis possumus dicere. qd̄ pbat p exemplū dicens: q sicut in via corpali aliq̄s alteri obicem ponens.s. lapidē vel aliquid huiusmōi: ex quo cadit. dicit alteri scandalū facere. sic in via spūali q̄ suo dicto vel facto vel malo exemplo trahit aliū ad peccandū: dicit scandalū facere. Ad maiorem tn̄ noticiā scandali nota quattuor. Primū est: q in diffinitiōe scandali nō fit mentio de petīs cordis: qualia sūt cogitatio vel cōcupiscentia mali. Cui⁹ rō est: q illud qd̄ nō pōt esse obex vel occasio ruine alteri⁹ non habet rōnē scandali. s; cogitatio vel concupiscentia mali cū in corde lateat nec in noticiā alterius veniat nisi p signa aliqua.s. ore vel ope: nō pōt esse ruine alteri⁹ occasio. g̃ cōcupiscētia mali vel cogitatio mali de se scandalum nō dicunt. Secundū est: q materia scandali dicit esse oē illud qd̄ dictū vel factū defectū rectitudinis habet: siue qd̄ fm se est malū: siue q habet speciē mali. Cui⁹ rō est: q vtrūq; .s. dictū vel factū qd̄ fm se est malū ⁊ qd̄ habet speciē mali. pōt p̄bere alteri occasionē ruine. ⁊ iō nō solum mala s; etiā speciē mali h̄ntia cauēda sūt: vt dicit aplus pma ad Thessa.v. Ab oi specie mali abstinere vos. Tertiū est: q dictū vl' factū nō rectū alteri⁹: pōt p̄bere occasionē ruine alteri⁹ ⁊ nō causam. Cui⁹ rō est: q nihil pōt esse hoi causa sufficiens peti nisi volūtas ppria. ⁊ iō dictū vel factum vel exemplū malū alteri⁹ nō est tanq̄ pfecta vel sufficiēs causa ad spūalē. s; tanq̄ impfecta vl' insufficiēs causa ad spūalē ruinā inducēdā. Propter qd̄ dicit Hiero. q scandalū est dictū vel factū minus rectū p̄bens alteri occasionem nō causā ruine. Quartū est: q occasio ruine alteri⁹ pōt accipi trib⁹ modis. p̄mo ex pte agentis ⁊ patiētis. scd̄o ex pte agentis ⁊ nō patientis. tertio ex pte patiētis ⁊ nō agētis. p̄° mō occasio ruine alteri⁹ pōt accipi ex pte agentis ⁊ patientis. sicut qn̄ ad inductionē alterius qui ruinā primi pcurare intēdit primus peccat. ⁊ tale scandalū est actiuū ⁊ passiuū. 2° mō occasio ruine alteri⁹ pōt accipi ex pte agentis ⁊ nō patiētis.s. qn̄ aliq̄s suo dicto vel facto vel malo exemplo intendit ⁊ vult aliū inducere ad peccandū ⁊ tn̄ ei⁹ petō alius nō cōsentit. ⁊ tale scandalū est actiuū sine passiuo. 3° mō occasio ruine pōt accipi ex pte patientis ⁊ nō agentis. sicut qn̄ p̄ter intentionem opis aliq̄s male dispositus ex huiusmōi ope inducit ad peccandū: puta cū aliq̄s bonis inuidet alior̄. ⁊ tale scandalum est passiuū sine actiuo. Ut verbi grā: Sicut si aliq̄s in via plana offenderet pedem suū ⁊ caderet ex sua indiscretione. ita via cū nō haberet obicem nō esset causa vel occasio ruine ipsi⁹ s; indiscretio ambulantis vel defect⁹ aliquis existēs in ipso. Sic qn̄ aliq̄s bona intentōe facit aliq̄d vel dicit qd̄ de se nō est natū inclinare ad peccatū ⁊ tn̄ ex hoc aliq̄s ad peccata inclinat. tūc talis nō est causa ruine: neq; pōt ei⁹ dictū vel factū scandalum noīari. s; illemet q̄ scandalizat: dicit ipsemet sibi sumere occasionem ruine nulla sibi exteri⁹ occasione data. Hec h. Tho.iiij.scrip.sen.di.xxxviij.de scandalo:arti.j.in cor.q. ⁊ i so.argu. Et iterū scd̄a scd̄e.q.xliij.arti.j.in cor.q. ⁊ in so.ar.

¶ An oē scandalū sit peccatū ⁊ quale. CA.II.

S Ecūdo p̄ncipaliter circa scandalū cōsideranda ē cōditio qualitatis: an.s.oē scandalū sit peccatū ⁊ quale. Ad cui⁹ euidentiā dico hic quattuor. Primo dico q scandalū de se est peccatū. Qd̄ pbo duplici rōne.s. rōne deformitatis: ⁊ grauitatis. p̄° rōe deformitatis sic: Oē dictū vel factū min⁹ rectū.s. deuiās a rectitudine rōnis est peccatū. s; scandalū est huiusmōi. qd̄ pz ex diffinitiōe eius posita in p̄ncipio capituli p̄cedentis. g̃ ⁊c̃. 2° pbo hoc idē rōne grauitatis sic: Longe grauius peccatū est dare causā petō q̄ peccare solū. s; q̄cūq; scandalizat quantū est ex se dat causā peti. g̃ peccat. Hec h. Tho.iiij.scrip.sen.di.xxxviij.de scandalo: arti.ij.argu.contra: ⁊ in cor.q. Scd̄o dico q scandalū est speciale petū. qd̄ pbo triplici rōne.s. rōne oppositionis: distinctionis: lesionis. p̄° rōne oppositionis sic: Illud est speciale peccatū qd̄ opponit speciali virtuti. s; scandalū est huiusmōi. Nā scandalū opponit actui specialis virtutis .s. correctioni fraterne: que est actus charitatis. i qua intendit spūalis nocumenti remotio. in scandalo aūt intendit spūalis nocumenti incursio. g̃ ⁊c̃. 2° hoc idē pbo ratione distinctionis petōr̄ sic: Contingit peccare in se: in deū: ⁊ in p̄ximū. s; scandalū est petm̄ in p̄ximū. g̃ in spāli genere peccator̄. 3° hoc idē pbo rōne lesionis sic: Malū vl' peccatū speciale dicit aliq̄d qd̄ specialit̃ nocet. s; scandalū habet rōnē specialē nocumenti. g̃ est speciale peccatum. quarto scrip.sen.vbi.s̄.arti.ij.q.ij.in duob⁹ argu.contra. ⁊ scd̄a scd̄e vbi.s̄.arti.iij.i cor.q. Tertio dico q scandalū passiuū est peccatū. qd̄ pbo duplici rōne. Prima ē talis: Ille qui ruit ruina spirituali: peccat. s; qui scandalizatur ruit ruina spirituali: q excedit rectitudinē rationis. ergo ⁊c̃. Secūda ratio est talis: Ille scandalū patitur qui aut a via dei deijcit: aut saltē in via retardat: quod nō pōt esse sine peccato mortali vel veniali. Similit̃ scandalum actiuū semp est peccatum. quod pbo duplici ratione. Prima ratio est talis: Illud quod natum est de se inducere aliū ad peccandū semp est peccatum. s; scandalum actiuū est huiusmodi: ergo ⁊c̃. Secūda rō est talis: Ille qui contra charitatē facit: peccat. s; qui conatur salutī proximor̄ dicto vel facto vel malo exemplo obesse agit contra charitatem que nulli nocet: ergo ⁊c̃. quarto scrip.sen.vbi.s̄.arti.ij.q.j. Et scd̄a scd̄e vbi.s̄.art.ij.in cor.q. Quarto dico q scandalum passiuū tunc est peccatū mortale: quando aliquis de facto alterius ruit in peccatum mortale: siue factū agentis sit bonū siue indifferens siue malū. Similiter dico q scandalum actiuū tunc est peccatum mortale: quando suo dicto vel facto intendit proximū inducere ad peccandum mortaliter. Alias aūt extra predictos casus vtrumq; scandalum siue actiuum siue passiuū est peccatum veniale. quarto scripto sniar

vbi.ſ.arti.ij.q.iij.in coꝛ.q. Sʒ forte argues in oppoſitū dicens: ꝙ nullū ſcandalū ſit petm̄ tali rōne: Peccatū nō eſt petm̄ q2 voluntariū vt dicit Augu. ſʒ ſcandalū nō eſt volūtariū. Ita dicit Matth.xviij. Neceſſe eſt aūt vt veniant ſcandala ꝑ ꝛc. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ oē ſcandalū ē peccatū: vt pʒ ſmediate.ſ. Qn̄ aūt dn̄s dicit: neceſſe eſt vt veniāt ſcandala. dico ꝙ dn̄s nō intelligit ō neceſſitate abſoluta: ſʒ ɔditionata. Ubi nota ꝙ triplex eſt neceſſitas .ſ. ꝓcognitiōis: vtilitaria: ꝛ cōditiōnis. pᵒ ergo ſi loqmur de neceſſitate diuine ꝓcognitiōis: ſic neceſſe ē vt eueniāt ſcandala a deo ꝓſcita. Nā oīa ꝓſcita a deo neceſſe ē euenire nō quidē neceſſitate coactiōis: cū dependeāt a libero arbitrio. ꝓſcientia autē nō ipōnit neceſſitatē rebᵒ que ſubſūt libero arbitrio. Un̄ libertatē electiōis nō aufert: ſed neceſſitate imutabilitatis ſ oīa ꝓſcita a deo neceſſe eſt euenire: vt habeꝛ in ꝓmo ſen. 2ᵒ neceſſe eſt vt eueniant ſcandala neceſſitate vtilitatis: q2 ſcandala ad multa ſunt vtilia. ꝛ ꝓcipue ad hoc ꝙ illi q̄ ꝓbati ſūt manifeſti fiant. Nā de quolibet ſcandalo etiā malo deus elicit bonum. Chryſo. Scandala eni erigunt hoīes ꝛ accuratiores eos faciūt. ꝛ eū qui cadit velociter erigūt: īquantū.ſ. ingerūt ſolicitudinē. quare ſi vigilauerimᵒ nō paruū hic fructificabimᵒ lucrū. Si aūt exigentibᵒ hoſtibᵒ ꝛ tantis tētatiōibus iminentibᵒ dormimus: qua erimus digni venia iudicio viuētes ꝛ veniētes. 3ᵒ neceſſe eſt vt eueniāt ſcādala neceſſitate cōditiōis.ſ. praue diſpoſitiōis ꝛ praue cōſuetudinis. Sicut eni medicus videns aliquos mala dieta vti: dicit ꝙ taleſ neceſſe eſt infirmari. ita niſi hoīes ſibi a ꝑctō caueāt vel cōmiſſa relinquēt ꝛ malā cōuerſationez mutēt: neceſſe eſt ſcandala euenire. Qrto ſcrip.ſen.vbi.ſ. arti.ij.q.ij.in ſolu.j.argu.ꝓ totū.

¶ Qꝫ in viris pfectis in charitate nō pōt inueniri ſcandalū. CA.III.

Tertio ꝓncipalit̄ circa ſcandalū conſideranda eſt pfectio charitatis. Nā in viris pfectis in charitate nō pōt inueniri ſcandalū actiuū vel paſſiuū. Non eni viri pfecti in charitate ſcandalizanꝛ ab alijs nec alios ſcandalizant. Primo dico ꝙ viri pfecti in charitate nō ſcandalizanꝛ ab alijs. Qd̄ rōnibᵒ ꝛ autoritatibus pbo. ꝛ ꝓmo triplici rōne. ꝓma eſt ex īmobili inheſione. ſecūda eſt ex xp̄i imitatione. tertia eſt ex ſufficienti diuiſione. Prima rō quare pfecti viri nō ſcandalizantur ab alijs eſt ex īmobili inheſione ſic. Qui inhereꝛ firmiꝛ bono imobili: in animo ſuo cōmoueri vel ꝑturbari nō pn̄t. ſʒ viri pfecti ſoli deo inherent: cuiᵒ eſt īmutabilis bonitas. ꝑ ꝛc. Secūda rō eſt ex xp̄i imitatiōe ſic: Qui ꝓncipaliter ꝛ imobilit̄ imitanꝛ dei ꝓceptum: xp̄i exemplū ꝛ rationis bonū: in animo ſuo ab aliquo cōmoueri vel diſturbari nō pn̄t. ſʒ viri pfecti in dei amore hec imitanꝛ: quia nulliᵒ exemplū contra ꝓdicta tria ſequunꝛ: ꝑ ꝛc. Tertia rō eſt ex ſufficienti diuiſiōe que eſt talis: Oē ſcandalum paſſiuū vel ꝓcedit ex malicia: vel ex īfirmitate: vel ignorantia. pᵒ ſcandalū paſſiuū ꝓcedit ex malicia: quale fuit ſcandalum phariſeoꝝ qui audito verbo xp̄i ſcandalizati ſūt: vt diciꝛ Matth.xv. Nō eni fuit ibi ſcandalū actiuū ex pte xp̄i: q2 xp̄s neqꝫ ex facto neqꝫ ex dicto minᵒ recto: aliquē vnqꝫ ſcandalizauit: ſʒ potiᵒ audito verbo hoc pietatis: veritatis: equitatis: ſcandalizati ſūt. Un̄ nō dicunt tu ſcandalizaſti eos. ſʒ ſcandalizati ſunt: q2 ipſimet ex bono ſūpſerūt occaſionez ruine. Augᵒ. Oculis egris odioſa eſt lux. 2ᵒ ſcandalū paſſiuū ꝓcedit ex ignorantia vel īpotentia: quale fuit ſcādalū puſilloꝝ. De quo diciꝛ Matth. xviij. Qui aūt ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis.ı. īfirmis fide ꝛ charitate. Ubi ſic dicit Chryſo. Si autē cōmunū ſcandalū vocat: ne mireris. multi eni puſillanimes ex eo ꝙ deſpiciunꝛ ſcandalizati ſūt. Et Hiero. ibidē ſic ait: Qui ſcandalizaꝛ: recte puſillus diciꝛ: q2 q̄ magnus eſt ꝛ robuſtus in fide ꝛ charitate: moueri nō poteſt. puer.xij. Nō contriſtabit iuſtū quicqd ei acciderit. Cū ꝑ in viris pfectis nō ſit malicia: īpotentia ꝛ ignorātia reſpectu eorū q̄ ad vitā eternā ducūt: iō ſcandalizari nō pn̄t. Scdo pbo hoc idem duabᵒ autoritatibᵒ. Et pᵒ autoritate pſal. Qui cōfidit in dn̄o: ſicut mons ſyon non cōmouebiꝛ in eternū: q̄ ꝛc. 2ᵒ etiaʒ autoritate pſal. q̄ reddit rōnē quare pfecti nō ſcandalizanꝛ dicēs: ꝙ pfectio charitatis eſt rō q̄re pfecti nō ſcandalizanꝛ. Pax multa diligentibᵒ legez tuā ꝛ nō eſt illis ſcandalū. Re. expoſitionē.ſ. Pax ca.

Ad maiorē tn̄ euidētiā ꝓdictoꝝ nota hic tria. Primū ē: ꝙ pfecti viri q̄uis inhereāt ſuis ꝓlatiſ ꝛ dn̄is: tn̄ nō inherēt illiſ niſi inq̄tū illi īherēt xp̄o. Et iō lʒ videāt ꝓlatos ſuos in dictis vel factis inordinate ſe hr̄e. ipſi tn̄ a ſua rectitudine nō recedūt. vn̄ paulus ꝓma ad corinth.xj. dicit Imitatores mei eſtote ſicut ꝛ ego xp̄i. alias nō. Secūdū eſt: ꝙ pfecti viri in actibᵒ exterioribᵒ impediri pn̄t. ſʒ ī interioribᵒ volūtatibᵒ ꝑ dicta vel facta alioꝝ nō impediūꝛ quo minᵒ feranꝛ in deū: ſm̄ illud aplī ad Ro.viij. Neqꝫ mors neqꝫ vita poterit nos ſepare a charitate dei. Tertiū eſt: ꝙ viri pfecti ex infirmitate carnis incidūt interdum in aliqua petā venialia: nūqꝫ tn̄ ex malicia ex alioꝝ dictiſ vel factis ſcandalizanꝛ. Hec.b.Tho. ſcd̄a ſcd̄e.q.xliij.art. v. ꝛ in coꝛ.q. ꝛ in ſo.ij. ꝛ.iij.argu. Et iterū.iiij.ſcrip.ſen.di. xxxviij. de ſcandalo: arti.iij.q.j.in coꝛ.q. iuxta finē. Secūdo ꝓncipalit̄ dico: ꝙ viri pfecti in charitate nō ſcandalizant alios. Hoc aūt ꝓbo duplici rōne. Prima eſt talis: Plus repugnat pfectōi hoīs ſcandalū actiuū q̄ paſſiuū. ſʒ ſcandalū paſſiuū nō pōt eſſe in viris pfectis: vt pʒ.ſ. immediate. ꝑ multo minᵒ ſcandalū actiuū. Scd̄a rō ē talis: Qui nihil dicit: nihil agit niſi ſm̄ regulā rōis: nullū ſcādalizat vl̄ turbat. ſʒ viri pfecti oīa dicūt ꝛ faciūt ſm̄ regulam rōnis. Ita dicit aplus ꝓma ad corinth.xiiij. Oīa honeſte ꝛ ſm̄ ordinē fiāt in vobis. ꝑ pfecti viri nullū ſcandalizant vel turbāt. Tertia rō ad hoc idē eſt talis: Nō ē eiuſdē ꝓuocare exemplis ad bonū ꝛ ſcādalizare. ſʒ ꝓmū .ſ. ꝓuocare ad bonū eſt pfectoꝝ: vt pʒ Matth.v. Sic luceat lux veſtra. ꝑ pfectoꝝ nō eſt ſcandalizare vel turbare vel ꝓuocare alios ad ruinā. Si aūt aliq̄ ꝓter eoꝝ intētionē ꝛ opis rectitudinez ſcandalizanꝛ: ipſi nō ſcandalizant eos ſʒ ipſi ſcandalizant ſemetipſoſ. Hec.b.Tho. ſcd̄a ſcd̄e vbi.ſ. arti.vj. argu. contra: ꝛ in coꝛ.q. ꝛ in ſo. ꝓmi argu. Et iterū.iiij.ſcrip.ſen.vbi.ſ.arti.iij.q.ij.argu.contra.

¶ Qꝫ quattuoꝛ cōſiderare debemᵒ ne ꝓximus ſcandalizetur in nobis. CA.IIII.

Quarto ꝛ vltimo circa ſcandalū eſt ſciendum: ꝙ bona malis: ꝛ maioꝛa bona minoribᵒ: ꝛ minoꝛa mala pene maioribᵒ .ſ. malis culpe ꝓeligēda ſūt. Modo igiꝛ ſcandalizare ꝓximū malū eſt. ceſſare a ſcandalo ꝓximi bonū eſt. vn̄ ne ꝓximus ſcandalizeꝛ a nobis quattuoꝛ cōſiderare debemus.ſ. quid cōmittendū: quid omittendū: quid repetendū: quid differendū. Primo eni ne ꝓximus ſcandalizeꝛ a nobis cōſiderare debemus quid cōmittendū. Nā bona ꝓeligenda ſūt malis. ꝛ ideo nullus debet ꝓpter vitandū ſcandalū alioꝝ peccatū mortale cōmittere. Cuiᵒ rō eſt: ꝙ ſm̄ ordinē charitatis plus debet homo ſuā ſalutem ſpūalē diligere q̄ alteriᵒ. Et iō nullus mortaliꝛ debet peccare vt impediat pctm̄ eius.ſ. ne alius ſcandalizeꝛ. Similiter nullus debet peccatū veniale cōmittere vt īpediat ꝓximū ne ſcandalizeꝛ ꝛ mortaliter peccet: vt quidā dixerūt aſſerentes ꝙ minus peccatuʒ.ſ. veniale homo debet cōmittere ne ꝓximus maiᵒ peccatum.ſ. moꝛtale peccatum cōmittat. Cuius ratio eſt quia ſi peccatum veniale eſſet eligendū ꝛ faciendū: iam nō eſſet peccatū neqꝫ malū quod eſt falſum. Lʒ eni ꝑ peccatum veniale gratia nō tollaꝛ: tn̄ peccatum veniale ad

ratione. Prima est: vt excludat omnē defectū. Sicut enī dicit Dionysius. xij. ca. de diuinis noibꝰ. Sanctitas ē ab omni īmūdiciis libera ⁊ perfecta imaculata munditia: ⁊ ideo ꝯueniēter sanctitas spūalitati adiūgiť: qꝛ sanctitas a materialitate sepatonē dicit: vt sic per spūalitatē desi gneť sepatio a materia: ⁊ per sanctitatē a defectibꝰ mate rialibꝰ. Scda ratio ē vt includat modū volūtatis rectū. Nā aliter se habet in ope nature ⁊ aliter in ope volun tatis: qꝛ in ope nature nō est inuenire rectū. Cuiꝰ rō est: qꝛ natura semp operať eodē mō: ꝫ in ope voluntaris est inuenire rectū ⁊ nō rectū: qꝛ volūtas nō semp eodē mō operať: ⁊ ideo ꝯueniēter sanctitas que rectitudinē vo lūtatis importat: adiūgiť ꝓcessioni amoris ⁊ nō genera tioni que ē opꝰ nature. Hec be. Tho. ꝑmo scrip. sentē. di. xiiij. arti. iiij. vtꝝ psona que ꝓcedit vt amor ꝓprie vocať spūs sanctꝰ: in cor. so. ⁊ in so. iiij. argumenti.

¶ Qꝛ spiritus sanctus est nomē tertie persone in diuinis duplici ratione. CA. II.

Si vero aliter vis ꝓcedere dicas: ꝙ spūs sanctus est ꝓpriū nomē tertie psone in diuinis: qđ patꝫ vel pōt ꝓbari duplici rōne. Primo rōne cōmunio nis sic: Quod est cōe duobꝰ appropriať tertie psone: sed hoc nomē ⁊ spūs ⁊ sanctꝰ vtrūqꝫ est cōe duabꝰ personis .s. patri ⁊ filio: ergo appropriať tertie persone. vñ Augu. xv. de trinitate sic dicit: Quod cōe est ambobꝰ id vocať ꝓprie quod ambo cōicant. verbi grā: Nā pater est spūs ⁊ filiꝰ est spūs pater ē sanctꝰ ⁊ filius est sanctꝰ: ergo tertia psona vocať spūs scūs qđ ambobꝰ ꝯuenit. Secūdo rōne ꝓprie significationis: Nā hoc nomē spūs in rebꝰ corporeis impulsionē ⁊ motionē quādā signare videť. vnde flatus ⁊ vētū spiꝝ nominamꝰ. Est aūt ꝓpriū amoris ꝙ moueat ⁊ impellat volūtatē amātis in amatū. Et qꝛ spūs ē amor patris ⁊ filij: ideo ꝯuenienter spūs nominať. Addiť aūt spūs sanctꝰ duplici rōne. Prima ē ꝓpter ꝓcedēdi modū Nā in nobis modus generatiōis est corporalis: ꝫ in di uinis ꝓcessus amoris est spūalis: ⁊ qꝛ tertia psona proce dit per modū amoris: vt patebit infra ca. x. ideo ꝯueniē ter spūs sanctꝰ noiať. Scda rō est ꝓpter effectū: qꝛ amor qui est donū dei facit nos spūales ⁊ sanctos. sanctitas aūt attribuiť illis rebꝰ que ordināť in deū: ⁊ qꝛ p amorē hō ordinať in deū: ⁊ tertia psona ꝓcedit p modū amoris ideo ꝯueniēter noiať sanctus. Hec be. Tho. ꝑma parte sū. q. xxxvj. arti. j. vtꝝ hoc nomē spūs sit ꝓpriū alicuiꝰ per sone dine: in cor. so. Ad cuiꝰ euidentiā nota tria. Pri mū est: ꝙ spūs diciť sanctitas ⁊ vnitas. Unitas diciť in quantū est nexus patris ⁊ filij: vt patebit infra ca. ix. ⁊ x. Sanctitas aūt diciť: inquātū ꝓcedit ꝓcessione vel p mo dum volūtatis in qua cōsistit tota sanctitas. Hec beatus Tho. ꝑmo scrip. sen. di. iij. in expositione lre. in fine. Se cundū est: ꝙ spiritu scō sumꝰ effectiue: nō quidē forma liter: ꝫ spū creato qui est aīa sumꝰ formaliter: spū aūt scō sumꝰ effectiue sancti: inquātū ipse causat ⁊ efficit sancti tatem in nobis vt deꝰ: ⁊ formaliter: sm ꝙ charitatē que est exēplatū amoris ꝙ ē spūs scūs formaliter scificamur ⁊ per hoc spūs scūs nobis ꝯiūgiť. Hec be. Tho. j. script. sen. di. xviij. in expositione lre: iuxta finē q̄ incipit. Non ille spūs quo sumꝰ ⁊c. Tertiū est: ꝙ scm diciť tribꝰ mōis vel idē est ꝙ mūdū: vel firmū: vel deputatū ad cultꝰ dei vsum. ꝑº sanctū diciť idē ꝙ mūdū: qđ patet: quia sanctū idem ē qđ agios: qđ diciť ab a qđ est sine ⁊ gios qđ est terra: quasi sanctū ab oī terrenitate mūdatū: ⁊ sic sancti ficatio diciť mūdatio a peccato. vñ spūs scūs nostrā pur gans volūtatē sanctificat purgādo eā a pctō per gratiaꝫ. 2º sanctū idē est qđ firmū: ⁊ sic sanctificatio diciť confir matio in bono per donū grē in ꝑsenti vel glorie in futu ro. Et his duobꝰ modis rōnalis creatura sanctificať: pur gando eam a culpa: ⁊ cōfirmādo eā per grām vel gloriā. 3º sanctū dr aliqđ: qꝛ est deputatū ad diui cultus vsum: ⁊ hoc modo dr tēplū ⁊ vasa sanctificari. Hec bea. Tho. j. scri. sen. di. xv. secūda parte di. de missione visibili spiritꝰ scūs: artic. iiij. vtꝝ missio visibilis spūs sancti ad rōna les creaturas: in so. ꝑmi argu.

¶ Qꝛ spiritus sanctus est deꝰ ⁊ per consequens summum bonum ⁊ donum. CA. III.

Secūdo ꝑncipaliter circa spm sanctū cōsiderāda est ꝑfectio muneris. Est enī spūs scūs donū ꝑfe ctissimū quo nihil maiꝰ excogitari pōt: ⁊ hoc iō quia deꝰ est. Qꝛ aūt spūs sanctꝰ sit deꝰ ⁊ per cōsequens summū bonū ⁊ donū tripliciter ꝓbo .s. auctoritate. similitu dine: ⁊ rōnibꝰ. Primo hoc probo auctoritate. Joh. iiij. vbi dr: Spūs est deꝰ. vbi Augu. sic ait: Si corpꝰ eēt deus oporteret adorare in monte ⁊ tēplo: ꝫ spūs ē deus: ergo noli montē vel templū querere: totuꝫ intꝰ age. q̄ris aliquē locū sanctū te exhibe templū deo in quo me adores. Et subdit Augu. ibidē: Querebas montē forte ad orādū vt esses deo ꝓpinquior: ꝫ ipse qui in altis habitat humi libus appropinquat: ergo descēde vt ascēdas: ꝫ quomō addit vel modū ostēdit. Ascensiōes inquit in corde eiꝰ in valle ploratiōis que humilitatē habet. In tēplo igiť vis orare. in te ora ⁊ prius esto templū. Et Cryso. ibidē sic ait: Cū dicit spūs ē deꝰ indicat ꝙ deꝰ incorporeꝰ ē opor tet igiť ⁊ incorporeā culturā esse eiꝰ: hoc ē per aīam ⁊ in tellectꝰ puritatē nos ei offerre. Et Bern. in sermōe. lxxiiij. exponēs hoc verbū sic ait: Spūs scūs est deꝰ: ergo bonꝰ: rectus: fortis: dulcis: infirma roborās: aspera planans: corda purificās: ⁊ quicqđ in hoc seculo neqꝫ videť diffi cile ⁊ angustū leue facit ⁊ latuꝫ: obprobriū gaudiū indi cat: despectionē exultationē persuadet. 2º ꝙ spūs sanctꝰ sit deꝰ ⁊ per ꝯñs summū bonū ⁊ donū ostēdo similitudine: qꝛ sicut filiꝰ sua natiuitate est deꝰ ⁊ filius ita spūs sanctꝰ sua ꝓcessione est deꝰ ⁊ donū. Hec be. Tho. j. scri. sen. di. xviij. arti. iiij. vtrū spūs scūs eadē ꝓcessione habeat ꝙ sit deus ⁊ ꝙ sit donū: in cor. so. Tertio hoc idē ꝓbo q̄tuor rōni bus. s. ex quattuor que cōuenīūt soli deo. s. rōne creatio nis: viuificatiōis: cōpħensionis: repletiōis. ꝑº rōne crea tionis sic: Creatio est opꝰ soliꝰ dei: eo ꝙ requirit potētiā infinitā ꝓpter distantiā infinitam de nihilo adesse: sed creatio ptinet ad spm scm. ita dr in psal. Emitte spm tuū ⁊ creabūť ⁊ renouabis faciē terre. Glo. Emitte spm tuū .i. spm scm. Cuius est duplex effectꝰ. Primꝰ est de nihi lo aliquid facere. ⁊ hoc cōuenit soli deo: iō dicit. ⁊ crea buntur. Secūdus ē a culpa iustificare: ideo subdit ⁊ reno uabis ⁊c. Cassiodo: ibidē. Totiēs dñs spūaliter creat ⁊ renouat. quotiēs in nouū hoīem nos instaurare dignať Et dicit spm tuū. Cuiꝰ rōnē assignat glosa dicens: eo ꝙ a te nō a se sūt: ⁊ ideo dicit ⁊ creabunť ⁊ boni sunt: ⁊ ideo subdit: Et renouabis. q. d. ex spū sancto est: ⁊ ꝙ oēs sunt ⁊ ꝙ omnia bona sūt. 2º spūs scūs est deꝰ rōne viuificatio nis: qꝛ sicut vita nature corporis ē per aīam: ita vita iu sticie aie ē per deū: sed hoc ē per spm sanctuꝫ. ergo spūs sanctꝰ est deus: ita dr Joh. vi. Caro nō ꝓdest quicqꝫ spi ritus est q̄ viuificat. Augu. q̄rto de ciui. dei sic ait: Non enī caro per seipsam mūdat: ⁊ ideo per seipsaꝫ nō ꝓdest quicqꝫ: sed per verbū a quo suscepta est. cū sit ꝑncipiuꝫ omniū suscepta aīa ⁊ carne: ⁊ aīam credentiū mūdat ⁊ carnē. Et Roma. viij. diť Apoľ. Si spū facta carnis mor tificaueritis viuetis: ergo spūs scūs est diuine nature vel deꝰ. 3º ꝙ spūs scūs sit deꝰ ꝓbo rōne cōꝑhensionis sic: Cōprehendere oīa ē opus soliꝰ dei. ꝫ apłus diť ꝑma ad corinth. ij. Spūs dei omnia scrutať etiā ꝓfūda dei: ergo spūs est deus. Quod verbū duobꝰ modis exponiť. ꝑº sic Spūs dei. i. spūs qui est deus. ⁊ spūs dei. i. patris ⁊ filij

scrutatur omnia.i.cognoscit oia nobis occulta et cogitata ⁊ futura.Eccl.xxiij. Oia videt ocul⁹ eius.Dicitur aūt spūs dei scrutari oia:nō qꝛ inuenire possit aliqd qd nesciat:ſ; qꝛ nihil relinquit qd plene non cognoscat:Job vltimo. Scio ꝙ nulla te latet cogitatio.Et subdit: Etiam ꝓfūda dei:tum qꝛ ipse sol⁹ suā essentiā cōphendit:tum qꝛ ipse sol⁹ iudicia ⁊ mysteria de saluatiōe ⁊ dānatione ⁊ de tēpore boꝝ nouit.2° mō exponitur sic Spūs dei scrutatur oia qꝛ scrutari nos facit ⁊ inquirere:sic dicitur ad Roma.viij. postulare:qꝛ postulare nos facit gemitib⁹ inenarrabilibus.Q; aūt sol⁹ deus cognoscat oia ꝯfirmata pōt:ibidē similitudine:qꝛ sicut ea que sūt hoīs:puta cogitationes ⁊ volūtates a nullo possūt sciri nisi ab aīa hoīs quā spiritū dicit:ita ea q̄ sūt dei nisi spūs dei.Quarto ꝙ spūs sit deus ꝓbo rōne cōpletionis sic: Esse vbiq; soli⁹ dei est ꝓpriū. Ita dicit ipse Hiere.xxiij.Celū ⁊ terrā ego impleo: ſ; hoc cōuenit spiritui scō.Sap.pmo.Spūs dñi repleuit orbē terraꝝ:nō quandā partē ſ; totū: qꝛ sm Grego. Non est loc⁹ vbi nō est de⁹.Nec replet totū per sui discensionem sed per p̄sentiā sue essentie ⁊ per efficaciā sue cōtinentie qꝛ omni creature est p̄sens cōseruādo ⁊ gubernādo eā. Augu.Ubiq; ē deus:inter oia nō inclusus:supra oia nō elatus:extra oia nō exclusus:infra oia non depressus.Et q iteꝝ in psal.Quo ibo a spū tuo aut quo a facie tua fugiā Si ascendero in celū ⁊c. Quod vbum duob⁹ modis exponitur.s.lrāliter:⁊ spūaliter.Primo lrāliter.Ostēdit enī noticiā dei esse vniuersalē:ꝙ nihil possit latere cognitionē dei tali rōne.Duo sūt que materialē visionē impediūt.s.distātia ⁊ tenebra: distātia obiecti ⁊ tenebra medij.p° ergo dico:ꝙ nulla distātia obiecti pōt fallere:latere vel impedire cognitionē dei:eo ꝙ vbiq; attingit: qd sic pbat.Triplex est distātia.Prima ē distātia altitudinis.vn̄ dicit:Si ascēdero in celū ⁊c. ⁊ talis nō impedit: qꝛ ipse dicit.tu illic es.pater nr̄ q̄ es in celis.Re.s. ibidē: Pater nr̄.ca.q̄ es in celis.Scđa est distātia ꝓfunditatis ibi Si descēdero ad infernū ⁊ talis nō pōt latere cognitionē dei qꝛ dicit ades.De vtroq; dicitur Job.xj.Excelsior celo est ⁊ qd facies:ꝓfūdior inferno ⁊ vnde cognosces. Tertia ē distātia lōgitudīs:ibi Si sūpsero pēnas meas diluculo ⁊ habitauero ⁊c.⁊ talis nō pōt impedire cognitionē dei:qꝛ dicit:Etenī illuc man⁹ tuas deducet me. 2° tenebra vel obscuritas medij nō pōt impedire cognitionē dei:ibi Et dixi in ꝑsona peccātis forsitan tenebre circūdabūt me.s.vt abscondar a noticia dei. Certe nō: immo vincitur ⁊ est ꝑuersa cogitatio:qd ꝓbat dicēs.Et nox illuminatio mea:qꝛ nō obscurabuntur a te.i.nō dabuntur obliuioni:sed oia cognoscentur a deo clare:quia ipse dixit.Et nox sicut dies illuminabitur.Scđo verbū ꝑdictū exponitur moraliter vel spūaliter.Ondit enī ꝙ null⁹ status.s.culpe vel grē pōt latere cognitionem dei.p° ꝙ status culpe dicens:Si ascendero in celū:⁊ si descēdero ad infernū. In quib⁹ duo pctā tanguntur.pmo pctm̄ p̄sumptiōis ⁊ elationis dicēs:Si ascendero in celū per supbiā exēplo lucifeꝛi nō potero latere cognitionē tuā:⁊ quare:qꝛ tu illic es ad vindicandū.Glo.ibidē.Si ascēdero in celū.i.si me superbiēdo ⁊ p̄sumēdo extulero:si de iusticia mea supbiero:inuenio te repressorē:qꝛ tu illic es.s.ad ꝑcutiēdū cui⁹ est vera iusticia:scđo tāgit pctm̄ desperatiōis dicēs: Si descēdero ad infernū.i. si peccādo venero in ꝓfūdū maloꝝ cōtēnēs ⁊ nolēs cōfiteri dicā:quis me videt: nō potero latere tuā noticiā vel iusticiā.⁊ quare: qꝛ man⁹ tua deducet me.i.ꝓbabit me qd ē valde horrēdū.2° ostendit ꝙ stat⁹ gratie nō pōt latere cognitionē dei dicēs: Si sūpsero pēnas diluculo ⁊c.Glo.Quero quo fugiā: ſ; si potero fugē deū iratū.Quo: Certe si sūpsero pēnas meas. Augu.in glo.Uult assumere duas pēnas.s.duo p̄cepta charitatis:in quib⁹ tota lex pendet ⁊ ꝓphete quas peccādo perdiderā.vt q̄si duab⁹ alis preparē me ad eundū vł volandū longe ⁊ quib⁹ erigar superba p̄suptiōe ne mergar desperatione.Et qm̄: Certe diluculo Qui eniz diluculo insurgit:qui cito operib⁹ virtutū insistit plus pōt se elongare q̄ꝫ qui hora p̄ma.Et subdit Et si habitauero in extremo maris.Augu.in glo.ibidē:Quid ē extremū maris:nisi finis seculi.Illuc tendim⁹ ⁊ illic habitam⁹ mēte.s.spe ⁊ desiderio habētes alas gemine charitatis.Et subdit: Nō sit vobis requies nisi in extremo maris.i.in fine seculi:vt seculū nō amem⁹ ſ; ei⁹ finē.Nā si in seculo mente ⁊ spe habitare volum⁹: p̄cipitamur in mari ⁊ demergimur ibi.Hec Aug. ibidē.⁊ subiūgit. Etenī illuc man⁹ tua deducet me.q.d.Status gratie(vt predixi)nullo mō pōt latere cognitionē tuā.qꝛ illuc ⁊c.Glo.Man⁹ tua deducet me illuc.s.in celū vt erigar quasi mari nō tāgēs ꝑ elationē.⁊ terrā per p̄suptionē. vnde hoc non faciā ego ſ; man⁹ tua.i.grā:misericordia. ⁊ potētia tua q̄ deducet me eūdo vel volando duab⁹ alis.i.duob⁹ p̄ceptis charitatis.⁊ tenebit me perseuerādo ne perdar. Uel deducet me per spem: ⁊ tenebit ne cadā per desperationem. Hec dis glo.ibidē.Et he.Tho.contra gentiles lib.iij.ca.xvij. vbi ostendit ⁊ probat ꝙ spiritus sanctus est verus deus quattuor rationibus.

¶ Q; spiritus sanctus sit verus de⁹ patet per quattuor opera que soli deo cōueniunt. CA.IIII.

Secūdo post rōnes p̄missas quib⁹ ꝓbatū ē ꝙ spiritus sanct⁹ est verus de⁹ ostendo per quattuor opa que spūs scūs facit q̄ sūt opa soli⁹ dei. Nam de⁹ mysteria reuelat; oīa manifestat: corda inhabitat: a culpa liberat ⁊ grā scificat. Primo enī ꝓpriū op⁹ dei ē reuelatio mysterioꝝ.Et formo sic rōnē: Reuelare mysteria per abscōdita ꝓpriū opus dei oñditur in scripturis Ita dr̄ Dan. ij.Est de⁹ i celis.Glo.coll Est de⁹ nō dixi i celo.s cōtinens ipsū celū ⁊ q̄cūq; celi ambitu cōtinentur.reuelās mysteria.i.sacra:abscondita q̄ occultā habēt intelligentiā respectu oīs intellect⁹ creati ꝑ nālē rōnē quoꝝ solū de⁹ habet noticiā Dan.xiij. Dñe de⁹ qui absconditoꝝ es cognitor:qui nosti oia anteq; fiāt.Cui⁹ ratio ē: qꝛ per seipsū nouit oīa qui precedit oīa ⁊ fecit oīa:ad Heb. iiij.Dño deo sūt oīa nota : oīa anteq; crearentur. S; reuelare h⁹mōi est ꝓpriū spūs sci.ita dicit apl's pma ad corinth. ij. Nobis reuelauit de⁹ ꝑ spm̄ scm̄.⁊ que.s.p̄miūt eternū: qd nec ocul⁹ vidit:nec auris audiuit:nec in coꝛ hoīs.s.ꝑ naturalē rōnē ascēdit.i.ipsū deū qui in p̄miū ē solis hominis p̄parat⁹ quē nemo p̄ncipū hui⁹ seculi cognouit:sed nobis.s.hoīb⁹ nō carnalib⁹ reuelauit:qꝛ diligim⁹ deum Et ideo intelligim⁹ deū p̄paratū bonis in p̄miū ⁊ hoc ꝑ spm̄ scm̄.Bern̄.Que supra sūt nō vbo docentur ſ; spū scō reuelantur. Scđo dico:ꝙ ꝓpriū op⁹ dei est manifestatio oiuz. Et formo sic rōnē: Interi⁹ docere ⁊ oīa manifestare est opus ꝓpriū soli⁹ dei.vn̄ in psal De deo dicitur:Qui docet hoīem sciam:ſ; hoc est op⁹ spūs sancti:vt dicitur Joh. xiiij. Paraclitus aūt spūs scūs ⁊c.ergo spūs scūs est de⁹.

Tertio dico: ꝙ ꝓpriū opus dei ē inhabitatio cordiū vel mentiū.Et formo sic rōnē : Inhabitare mentes scōꝝ est ꝓpriū op⁹ dei.vn̄ apl's dicit pma ad corinthi.iij.Uos estis tēplū dei viui sicut dicit dñs:qm̄ inhabitabo in vobis:⁊ hoc attribuitur spūi scō.Ita dicit apl's.j.ad corinthi. iij. Nescitis qꝛ templū dei estis vos:⁊ spūs dei habitat in vobis. Augu. ibidez in glo.In quo aperte oñdit spm̄ eē deū.Ubi Augu.q̄rit istā q̄ōnē dicēs:Dicet aliquis ⁊ q̄ret sic:Anteq; de⁹ faceret celum ⁊ terrā:anteq; faceret scōs vbi habitabat de⁹:Et rñdet in se dicēs: In se habitabat de⁹:apud te habitat ⁊ apud se est. Nō ergo sic sūt sancti dom⁹ dei vt ipa subtracta cadat de⁹:imo sic habitat de⁹

in sanctis vt si ipse discesserit cadant. Quarto dico ꝙ ꝓpriū opꝰ dei est sanctificatio hoīuz. Et formo sic rōnē: Sanctificare hoīes est ꝓpriū opꝰ dei: vt ipse dicit Leui. e xxij Ego dn̄s qui sanctifico vos: ſʒ spūs scūs ē qui sanctificat. Ita dicit apl's pma ad corinth.vj. Abluti estis sanctificati estis: iustificati estis. In qbꝰ verbis apl's tangit triplicē effectū grē. Primꝰ ē mūdatio a culpa: ibi Abluti estis in baptismo: τ ideo turpiꝰ est si recidiuatis. Scd's effectꝰ ē ꝯfirmatio in grā: ibi Sʒ sanctificati estis in grā Augu.in glo. Non solū abluti estis: ſʒ etiā sanctificati.i. cōfirmati ad bn̄ operādū spū scō dato. Tertiꝰ effectus ē rectificatio vel ordinatio per opa: ibi Iustificati estis. Augu.in glo. Iustificati estis: bn̄ τ recte operando. vel abluti estis in baptismo quo ad vosipsos: sanctificati.i. ꝯfirmati estis ī bono quo ad deū: iustificati estis in mō quo ad ꝓximū. Et hꝰ totū in noīe ihū xp̄i.i.ī fide eiꝰ illumināte. τ opatiōe spūs sancti q̄ deꝰ est inflāmāte τ mundante effectū: ergo spūs scūs est deꝰ. Hec be. Tho. breuiter tangit ꝯtra gētiles.li.iiij.ca.xvij.vbi ꝓbat illis quatuor rōnibꝰ p̄dictis ꝙ spūs scūs est deꝰ verus.

¶ Qz effectus attributi rōnale creature per spm̄ sanctū sunt quattuor. CA.V.

t Ertio circa spm̄ sanctū cōsiderāda est ꝓductiōe operis. Nā effectꝰ attributi rōnali creature per spm̄ scm̄ sunt quattuor.s. dilectio: cōuersatio: reuelatio: cōicatio. Primꝰ effectus spūs sancti est dilectio nostri ad deū: qd̄ tali rōne ostēdo: Amor quo deū diligimꝰ est ꝓpriū rep̄sentatiuū spūs sancti: qz ipse ē amor. τ ideo charitas que est in nobis quadā spāli rōne dicit̄ eē in nobis per spm̄ scm̄: vt dicit apl's ad Roma.v. Charitas dei diffusa ē in cordibꝰ nostris per spm̄ scm̄ q̄ datꝰ est nobis. Re.s. Charitas ca.viij.in medio. Secūdus effectus spūs sancti est mutua cōuersatio vel habitatio. Cuiꝰ ratio ē: qz cū per spm̄ scm̄ dei amatores efficimur: vt patʒ supra īmediate: τ oē amatū sit in amāte τ ecōuerso: necesse est ꝙ per spm̄ scm̄ τ pater τ filiꝰ in nobis habitent. vn̄ dn̄s dicit Ioh.xiiij. Ad eū veniemꝰ. Ad eū.s. diligentem veniemꝰ. Et māsionē apud eū facīemꝰ. Et pma Ioh.iiij. In hoc scimꝰ qm̄ manet in nobis de spū quez dedit nobis: qm̄ diligimꝰ deū: per amorē aūt quē in nobis causat spūs scūs: nō solū spūs sanctꝰ fit in nobis: sed etiā nos in deo: vt dr̄ pma Ioh.iiij. Qui manet in charitate in deo manet τ deus in eo. Re.s. Amor in generali. ca.v. Tertius effectus spūs sancti est secretoꝝ reuelatio. Cuiꝰ rō est: qz cū amicitia cōiūgat affectꝰ τ duoꝝ faciat quasi cor vnū. nō videt̄ extra cor suū aliqd illud ꝓtulisse qd̄ amico reuelat. vn̄ vt dicit dn̄s Ioh.xv. Iā nō dicam vos suos ſʒ amicos: qz seruꝰ nescit qd̄ faciat dominꝰ eiꝰ Aug.ibidē Iā nō dicā vos suos timore huīi q̄ charitatem excludit. Et subdit cām: qz seruꝰ nescit qd̄ faciat dn̄s eiꝰ eo ꝙ is lis cū aliquid boni facit sic extollit̄: quasi hoc ipse faciat nō dn̄s eiꝰ: τ in se non in dn̄o gloriat̄: τ ideo nescit qd̄ faciat dn̄s eiꝰ. Et subdit: Uos aūt dixi amicos Grego.xxvij.mora. Amicꝰ q̄ppe aīe custos dr̄. vnde non īmerito qui volūtatē dei custodire in p̄ceptis illius dr̄: v eiꝰ amicus vocat̄. τ talibꝰ secreta reuelat dicens: Omnia que audiui τc̄. Qd̄ verbuz exponit̄ quattuor modis. p̄ᵒ theophilus sic exponit: Seruꝰ nō nouit cōsilia dn̄i. vos autē cū amicos reputē: secreta mea vobis cōicaui: Ecci. viij. Nō ōi homini manifestes cor tuū: ſʒ illi soli de quo cōfidas ꝙ iuuare possit τ sciat τ velit. Et reddit causam dicens: Ne forte inferat tibi grām falsam.i. vultꝰ hilaritatē mēte aduersa τ cōuiciet̄ tibi retro te: in corde suo τ ore. 2ᵒ Augu. ibidē sic exponit. dicēs: Oīa q̄ audiui τc̄.i. īmortalitē carnis τ salutē aīaꝝ futurā notā feci vobis. 3ᵒ Grego.ibidē sic exponit dicens: Oīa.s. gaudia interne charitatis τ festa sup̄ne patrie per aspirationē sui amoris imprimit. Cuiꝰ rōnē assignat dicēs Dū enim audita sup̄na celestia amamꝰ: amata iam nouimꝰ: qz amor ipse noticiā ē.i. s dei noticia causat̄: sicut effectꝰ a cā. 4ᵒ mō exponit̄ sic: Oīa.i. ipsū patrē meū deū τ meipsū qui sum deus.i. oīa in oībꝰ in via per fidē τ in patria per speciem notificaui τ manifestaui vobis. Quia igit̄ per spm̄ scm̄ amici dei efficimur cōueniēter per spm̄ sanctū diuina mysteria hoībꝰ reuelari dicit̄. Unde apl's pma ad corinth. ij. Scriptū ē.s. Isaie. lxiiij. Qd̄ oculꝰ nō vidit: nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit: que p̄parauit deꝰ diligentibꝰ se: nobis aūt reuelauit per spm̄ sanctū. Re. expositionē.s.ca.iiij. Quartꝰ effectus spūs sancti est bonoꝝ cōicatio. Nō solū aūt ꝓprie amicitie est vt amicꝰ amicū suū diligat τ cū eo maneat: τ ei sua secreta patefaciat ꝓpter vnitatē affectꝰ vt ex p̄missis patʒ: ſʒ etiā eadē affectꝰ vnitas exigit ꝙ ea que habʒ suo amico cōferat τ cōicet. Cuiꝰ rō est: qz cū homo amicū habeat vt se alterū: necesse est vt ei subueniat vt sibiipsi sua bona cōicando. vn̄ τ ꝓpriū amicitie ponit̄ velle τ facere bonū amico suo: ſm̄ illud pma. Ioh.iij. Qui habuerit substantiā huiꝰ mūdi τc̄. Et ideo cōueniēter oīa dona dei per spm̄ sanctum nobis dari dicit̄: ſm̄ illud pma ad corinth.xij. Alij datur per spm̄ sermo sapiētie: alii ſm̄ eundē spiritū suo scientie. τ postea multis enumeratis ꝯcludit. Hec oīa operat̄ vnus atq; idem spūs diuidēs singulis ꝓut vult. Hec be. Tho. cōtra gentiles: libro quarto.ca.xxj. de effectibꝰ spiritui sancto attributis respectu rōnalis creature: q̄tū ad ea que deꝰ per spm̄ nobis largitur.

¶ Qz etiam alij quattuor effectus attribuunt̄ spiritui sancto. CA.VI.

n On solū aūt quattuor p̄dicti effectꝰ attribuunt̄ spiritui sancto: ſʒ etiā alij quattuor effectꝰ attribuunt̄ ei: videlicʒ remissio peccatoꝝ: renouatio mentiū: adoptio filioꝝ: cōsecutio p̄mioꝝ. Primꝰ effectus spūs sancti est remissio peccatoꝝ: qd̄ tali rōne ostēdo: Per hꝰ ꝙ aliquis alteriꝰ amicꝰ efficit̄ oīs offensa excludit̄ τ remouet̄: eo ꝙ offensa amicitie cōtrariat̄. vnde dr̄ ꝓuer.x. Uniuersa delicta operit charitas. Cū igit̄ per spm̄ sanctū dei amici efficimur: vt patet supra: cōsequēs est vt nobis per spm̄ sanctuz.s. nobis a deo datū peccata remittant̄. Et ideo dn̄s dicit Ioh.xx. Accipite spm̄ scm̄ quoꝝ remiseritis pctā τc̄. Et ideo dr̄ Matth.xij. Blasphemantibꝰ spm̄ sanctū: pctōꝝ remissio denegat̄: qm̄ nō habentibꝰ illud per qd̄ homo remissionē cōsequit̄ peccatoꝝ. Secūdus effectꝰ spūs sancti est renouatio mentium. Cuiꝰ rō est: qz ex quo culpa est remissa: purgata τ lauata per spm̄ sanctū sequit̄ ꝙ per eūdē mēs fit renouata: ſm̄ illud psal. Emitte spm̄ tuū τ creabunt̄. τ renouabis faciē terre. Quid enī per faciē terre nisi cōsciētia anime designat̄. Unde Cryso. sup illud Matth.vj. Faciē tuaz laua sic ait: Spūaliter aūt facies aīe cōscientia intelligit̄ Cuiꝰ rōnē assignat dicēs: qz sicut in cōspectu hoīuz gratiosa ē spēs pulchra: sic in oculis dei speciosa ē cōsciētia mūda. Et subdit ibidē: Has facies hypocrite qui ꝓpter hoīes ieiunāt: extermināt: fallere volētes deū τ hoīem. Nā semp maculata τ vulnerata ē cōsciētia eiꝰ q̄ peccat. Si ergo abstuleris nequitiā ab aīa lauasti ꝯsciam tuaz. τ bn̄ vtues. Hec Cryso. ibidē. Et apl's ibidē ad Ephe.iiij r sic ait: Renouamini spū mētis vestre. Qd̄ vbū Ambrosi. in glo. tribꝰ modis exponit. p̄ᵒ sic: Renouamini spū mentis vestre.i. mente vestra spūali vt iam nō carnales ſʒ spirituales sitis. 2ᵒ sic: Renouamini nō extra tm̄ sicut multi faciūt: ſʒ intꝰ.s. spū qui ē mens nostra vel rō: vl intelligētia: vel quocūq; alio mō. Re.s. Anima de nominibꝰ aīe ca.v. 3ᵒ mō sic: Renouamini spū mentis vestre.i. spiritu

sancto mentis vestre actore: habitatore et renouatore. Et subdit huius rationem dicens: Ut incipiat illa imago reformari a quo formata est. non enim reformare potest seipsam sicut potuit deformare. Hec Ambro. vbi supra. Sed forte queres cum homo sit spiritus vadens et non rediens: vt in psal. dicitur. Et Ambro. in glo. hoc dicit: quomodo homo deformatus per culpam se poterit reformare et renouare per gratiam: ergo ei preceptum impossibile; Respondeo et dico: quod preceptum est vt se renouet preparando ad renouationem quam deus facit. Re. supra Liberum arbitrium. ca. iiij. Tertius effectus spiritus sancti est adoptio filiorum. Cuius ratio est. quia ex beniuolentia quam quis habet ad aliquem: contingit quod eum sibi adoptat in filium: vt sic ad eum hereditas adoptionis pertineat: sed per spiritum sanctum fit dilectio dei ad nos: et econuerso: ideo conuenienter spiritui sancto attribuitur adoptio filiorum: secundum illud apostoli. ad Roma. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorum dei in quo clamamus Abba pater. Augu. in glo. Accepistis spiritum filiorum dei i. spiritum sanctum datorem honorum per quem electi adoptantur et efficiuntur filij dei. Uel aliter: Accepistis spiritum sanctum dilectionis per quem electi fiunt dei filij. nullus enim adoptatur in filium nisi diligatur et diligat: quod ex misericordia dei est: Quartus effectus spiritus sancti est collatio vel consecutio premiorum: quod tali ratione ostendo. Manifestum est enim quod sicut corpus aliquod ad hoc quod ad locum ignis perueniat: oportet quod igni assimiletur leuitatem acquirendo: ex quo motu ignis proprie moueatur: ita ad hoc quod homo beatitudinem fruitionis diuine que deo est propria secundum naturam suam perueniat: necesse est primo quod per spirituales perfectiones deo assimiletur: et deinde vel secundo quod secundum eas operetur: et sic vltimo beatitudinem consequatur. Dona autem spiritualia nobis per spiritum sanctum dantur: et sic per spiritum sanctum deo configuramur: et per spiritum sanctum ad bene operandum habiles reddimur vel efficimur. que tria apostolus insinuat nobis secunda ad corinth. j. dicens: Unxit nos deus: et signauit nos: et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Et ad Ephe. j. Signati estis spiritu sancto promissionis qui est pignus hereditatis nostre. Signatio enim ad similitudinem configurationis pertinere videtur. vnctio autem ad habilitatem hominis ad perfectas operationes: pignus autem ad spem qua ordinamur ad celestem hereditatem: que est beatitudo perfecta. Hec be. Tho. li. iiij. contra gentiles. ca. xxj. de effectibus spiritui sancto attributis respectu rationalis creature quantum ad ea que deus per spiritum sanctum nobis largitur: de medio ca. vsque ad finem.

¶ Quod spiritus sanctus quatuor proprietates habet: et primo quod est procedens. CA. VII.

Ad maiorem autem euidentiam predictorum nota quod spiritus sanctus quattuor proprietates habet. Est enim procedens subsistens: connectens: producens. Primo spiritus sanctus est procedens. Non enim spiritus sanctus est factus: nec creatus nec genitus: vt Anathasius dicit in symbolo. Primo spiritus sanctus non est factus: Cuius ratio est: quia inter faciens et factum vel est differentia materialis vel numeralis vel essentialis. Spiritus autem sanctus est eiusdem essentie numero cum patre et filio. 2° dico: quod spiritus sanctus non est creatus. Cuius ratio est quia illud quod creatur ex nihilo producitur. spiritus autem sanctus non potest dici esse ex nihilo. Cuius ratio est: quia illi conuenit proprie produci et esse ex nihilo quod quandoque fuit nihil. sed esse nihil nunquam conuenit spiritui sancto: cum eius essentia sit coeterna patri et filio: ergo etc. 3° dico quod spiritus sanctus non est genitus a patre et filio. Cuius ratio est: quia tunc spiritus sanctus esset filius: quod est falsum et impossibile. Hec Petrus. iij. scri. sen. di. xiij. arti. vtrum spiritus sanctus sit factus vel creatus vel genitus: in cor. so. Et ideo sequitur quod spiritus sanctus a patre et filio est procedens. Ratio autem quare processio specialiter attribuitur spiritui sancto est triplex. Prima est: quia spiritus sanctus non tantum procedit a non procedente sicut a patre: sed etiam procedit a procedente. s. a filio. quod filio non competit: quia tantum a non procedente. s. a patre procedit. Secunda ratio est: quia cum processio dicatur dupliciter. s. secundum motum localem et secundum exitum causati a causa. Uterque modus aliquo modo competit originem spiritus sancti: quod sic patet: nam inquantum spiritus sanctus procedit vt persona distincta sic sua processio habet similitudinem ad exitum causati a causa. Inquantum autem procedit vt amor qui tendit in alterum: non sicut recipiens sed sicut obiectum: habet similitudinem cum processione locali que est ex aliquo in aliquid: quod patet: quia pater amat filium amore qui est spiritus sanctus filio autem non competit processio nisi secundum vnum modum. s. secundum exitum causati a causa. Tertia ratio est (et credo melior) quia in rebus creatis inuenimus aliquid per se subsistens procedere per modum nature. s. nomine generationis: sed non inuenimus aliquid in creaturis per se subsistens procedere per modum amoris: vt patebit infra ca. primo. Et ideo istam processionem non possumus nominare nomine proprio sed tantum communi. s. nomine processionis. Hec be. Tho. j. scri. sen. di. xiij. arti. iij. vtrum processio spiritus sancti debeat nominari processio vel generatio: in solu. ij. argu.

¶ Quod spiritus sanctus est persona subsistens et distincta a patre et filio. CA. VIII.

Secundo dico quod spiritus sanctus procedit et est persona subsistens: et hoc contra errorem macedonianorum asserentes spiritum sanctum non procedere vt personam subsistentem: sed esse vel ipsam diuinitatem patris et filij: vel aliquam accidentalem perfectionem mentis: vt charitatem vel huiusmodi. Sed contra istum errorem ostendo: quod spiritus sanctus est persona subsistens et distincta a patre et filio. Hoc autem tripliciter probo: similitudine: auctoritate: ratione. Primo probo similitudine sic: Verbum in diuinis procedit vt per se subsistens: ergo spiritus sanctus similiter. Ubi nota quod sicut verbum non est perfectum neque per se subsistens: sed inquantum verbum dei est perfectum et per se subsistens: sic amor inquantum amor non dicit quid perfectum et subsistens tamen inquantum est dei amor a quo omnis imperfectio remouetur habet quid perfectum et quid subsistens. Et quia spiritus sanctus procedit per viam amoris vt patebit infra ca. x. sicut verbum dei est perfectum: sic spiritus sanctus qui est amor dei patris et filij est persona perfecta et per se subsistens. Hec be. Tho. primo scri. sen. di. iiij. arti. primo. vtrum spiritus sanctus procedat vt amor: in so. primi argu. Secundo probo hoc idem ratione sic. Quod est causa omnium perfectionum non est aliqua perfectio accidentalis mentis humane. sed spiritus sanctus est causa omnium perfectionum mentis humane: vt dicitur prima ad corinth. xij. vbi concluditur. Hec omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult: ergo etc. Tertio hoc idem probo auctoritate sacre scripture: que non solum nobis in diuinis patrem et filium annunciant: sed his duobus spiritum sanctum enumerat dicens: Matth. vlti. Euntes docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti: et prima Joh. v. Tres sunt qui testimonium dant in celo pater: verbum: et spiritus sanctus. Ex quibus ostenditur: quod spiritus sanctus non solum sit persona subsistens sicut pater et filius: sed etiam cum patre et filio habeat vnitatem essentie. Hec be. Tho. contra gentiles. lib. iiij. ca. xviij. quod spiritus sanctus sit persona subsistens.

¶ Quod spiritus sanctus est nexus vel vnio patris et filij. CA. IX.

Tertio dico quod spiritus sanctus est persona connectens. Est enim spiritus sanctus nexus vel vnio seu vinculum seu communio patris et filij: quod quadrupliciter probo. s. auctoritate: ratione: distinctione: similitudine. Primo auctoritate apostoli ad Ephe. iiij. dicentis: Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. In quibus verbis apostolus tangit tria. Primo excitat studium: ibi Solliciti seruare. Glo. Hiero. Solliciti. i. studiosi: cauti: attenti seruare vt sacrosanctum. Ubi nota quod triplex sollicitudo nobis est necessaria. prima est respectu tui ne offendas. Deut. iiij. Solliciti custodite animas vestras. secunda est respectu proximi vt

corrigas: ſcḋa ad corinth. vij. Ecce hoc ipſū operaṫ in nobis ſolicitudinē. tertia eſt reſpectu prelati vt ſeruitas. ad Roma. xij. Solicitudine nō pigri. Secūdo apl's manifeſtat ꝓpoſitū. i. vnitatē ſpūs. Ubi Grego. in glo. Soliciti ſeruare vnitatē: nō corpoꝝ ſed ſpūs. i. vnitatē eccleſiaſticam quā facit ſpūs ſcūs vt vnū corp⁹ myſticū ſit in ope ſpūs ſancti. Eſt aūt vnitas triplex ſeruāda. Una ē intellectus in veritate. pma ad corinth. j. Idipſū dicatis oēs ꝛ nō ſint in vobis ſciſmata. Secūda vnitas ē affect⁹ in charitate. pma Pe. iij. Unanimes eſtote fraternitatis amatores. Tertia vnitas eſt ſtat⁹ in ſocietate. In pſal. Ecce ꝙ bonū ꝛ ꝙ iocūdū habitare fratres in vnum. Glo. Ecce ꝙ bonū. i. vtile. ꝛ ꝙ iocūdū. i. delectabile: qꝛ ſunt bona que delectāt. Et ſubdit: Quid ē bonū ꝛ iocūdū. i. bonū vtile ꝛ delectabile: Certe habitare fratres in vnū. Glo. Nō tm̄ corpe ſꝫ mente per affectū. ad Ro. xij. Multi vnū corp⁹ ſum⁹ in xp̄o. Et pma corinth. xij. Si gaudet vnū mēbrū gaudent oīa: ſi patiṫ vnū patiūṫ oīa: ſicut de aplīs ꝛ primis chriſtifidelib⁹ diciṫ Actuū. iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnū ꝛ anima vna. Uñ glo. interli. ſic ait: Multitudinis credētiū erat cor vnū. i. vn⁹ ſenſus ꝛ anima vna. i. vna volūtas erat oīū. Et Berñ. in glo. ibidē colla. ſic ait: Qui mūdū pfecte dereli querūt non de nobilitate generis glorīantes ſe alijs pferebāt: ſꝫ ſicut vni⁹ eiuſdēq; matris eccleſie viſcerib⁹ edicti quodā fraternitatis amore gaudēt. Et iterū Berñ. in alia glo. colla. ſic ait: Notanda rerū locoꝛūq; diſtantia: ſiqdē ſupbe turris babel lingua ꝛ mēs humane generis cū eēt vna merito iniqtatis eſt diuiſa. vñ ibi eſt facta linguaꝝ ꝛ volūtatū cōfuſio: vt diciṫ Geñ. xi. ita vt cū oīb⁹ linguis loqreṫ ibi oēs: nemo tn̄ primi ſui volūtatē aut ṽba cognouit. Sꝫ in hieruſalē ſunt lingue merito humilitatis vnitate: vnaq; oībus lingua eadēq; volūtas erat: qḋ vſq; hodie geriṫ cū electi ꝛ multiplici locutiōe vnito corde ꝛ intentiōe famulantur. Reprobi aūt diabolo ſeruiētes diuerſa mente ꝛ pugna inter ſe ſtudio ꝛ certamine agitāṫ. Hec Berñ. vbi ſupra Tertio demōſtrat fructū ibi vinculū pacis. q. d. Soliciti ſeruari vnitatē ſpūs exiſtentē in vinculo pacis. Pax eni vnitatē cōtinet ꝛ cōſeruat. ſicut vinculū rem ligatam Ubi Hiero. in glo. ſic ait: Hec aūt pax eſt ſi dona noſtra inuicem diligam⁹: ſi pctā que ſine dāno tritici aut cum ſpe ſalutis corrigendoꝝ eradicari nō poſſūt vſq; ad meſſem vltimā toleram⁹ ſi etiā perfectiōis opa que cū fieri vel nō fieri licet: vt infirmi nō ſcandaliſenṫ nō facere ſuſpenſam⁹. Secundo pncipaliter ꝙ ſpūs ſcūs ſit cōnexio vel cōnexus patris ꝛ filij ꝓbo. ꝛ p° rōne ſic: Spūs ſanct⁹ eſt amor patris ꝛ filij. ſꝫ amor habet rōnē nex⁹ vel vinculi. ergo ꝛc. 2° cōfirmo hoc idē ſic: Amor ſemp ponit cōplacentiā amantis in amatū: qñ aūt aliquid complacet ſibi in aliquo trahit ſe in illud: ꝛ coniungit ſe illi quātū poteſt: ita vt illud efficiaṫ ſuū. Et inde ē ꝙ amor habet rōnē vniendi amantē ꝛ amatū: ꝛ qꝛ ſpūs ſanctus ꝓcedit vt amor: ideo ex modo ꝓceſſionis ſui hꝫ ſpirit⁹ ſanct⁹: vt ſit vnio patris ꝛ filij. 3° hoc idē ꝓbo diſtinctione. Nā pater ꝛ fili⁹ dupliciter ꝯſiderari poſſūt vl inqñtū vniūṫ. vel inquātū diſtinguūṫ. pmo inquantū cōueniūt ꝛ ſic vniunṫ in eſſentia. ſecūdo inquātū diſtinguūṫ in pſonis: ꝛ ſic vniūṫ per conſonantiā vel cōuenientiā amoris: Quia ſi p impoſſibile poneret ꝙ nō eſſent vnum per eſſentiā: ad perfectā iocunditatē oporteret in eis intelligi vnionē amoris ꝛ hec vnio ē ſpūs ſanct⁹. Hec be. Tho. pmo ſcri. ſen. di. iiij. arti. iij. vtrū ſpūs ſanct⁹ ſit nex⁹ vel vnio patris ꝛ filij. argu. ꝯtra: ꝛ in cor. ſo. Quarto hoc idē ꝓbo ſimilitudine: Nā ꝓceſſio ſpūs ſancti diciṫ eſſe per modū volūtatis: qꝛ per cōſenſum cōem ex duob⁹ volētib⁹ pōt vn⁹ amor ꝓcedere. Nā duo ex amicabili ſocietate ꝛ vno cōſenſu poſſūt cōuenire ad idē faciendū. Et ſic cū pater ꝛ fili⁹ diligant ſe ſpū ſancto vel amore qui ē ſpūs ſanct⁹: nec tñ pater ꝛ filius ſpū: vel amore q̄ ē ſpūs ſanctus. Et eſſet ſimile ſi aliq̄ duo hoīes amando ſe ſpirarent aliquē amorē ſubſiſtentē: ille amor eſſet nex⁹ amborum put eſſent amātes ꝛ amati. Hec. b. Tho. breuiter ꝛ incidēter tangit pmo ſcri. diſt. xiij. arti. ij. vtrū in diuinis ſit tm̄ vna ꝓceſſio: vel due in cor. ſo. ꝛ iterū magiſter Herphens ordi. pdi. pmo ſcri. ſen. di. iiij. arti. v. vtrū ſpūs ſcūs ſit nex⁹ patris ꝛ filij. in cor. ſolu.

¶ Q꞉ ſpūs ſanctus eſt nex⁹ vel vinculū vel cōmunio patris ꝛ filij. CA. X.

Si vo aliter vis ꝓcedere dicas: ꝙ ſpūs ſanct⁹ eſt nexus ſeu vinculum ſeu cōmunio patris ꝛ filij quattuor rōnib⁹. Prima eſt: qꝛ ſpūs ſanctus eſt amor ꝓcedēs cōmuniter a patre ꝛ filio ꝛ vno modo amor aūt ē nexus ſeu vinculū ſe amantiū. ergo ꝛc. Scḋa rō eſt: qꝛ ſpūs in vnitate ſubeſt cum patre ꝛ filio qḋ nō poſſet niſi vna ꝛ eadē eēt ſubſtātia patris ꝛ filij: ꝛ ideo oſtendit vnitatē cū patre ꝛ filio. vnde Augu. xv. de trini. ſic ait: Charitas qua pater diligit filiū ꝛ fili⁹ patrē q̄ eſt ſpūs ſanct⁹ ineffabilē cōmunionē amboꝝ demonſtrat. Tertia rō eſt: qꝛ ſpirit⁹ ſanct⁹ exit a patre ꝛ filio per eandem habitudinē ꝛ relationē ſeu notionē que ē cōmunis ſpiratio. Quarta rō eſt: qꝛ ipſe ſpūs ſanct⁹ eſt vnio ꝛ cōmunio per quā oēs vnimur deo ꝛ cōicam⁹ bona diuina ꝛ pcipite ſūmā bonitatē Cui⁹ ratio eſt: qꝛ ipſe ſpūs ſcūs eſt amor: amor autē inter oīa dona eſt pmū donū: eo ꝙ quicqd donaṫ ꝓprio amore donaṫ. vnde qꝛ ſpūs ſancto oīa dona donanṫ nobis: ideo ipſe ſiue per ipſū diciṫ nexus vnio vel cōmunio patris ꝛ filij. Et hoc qttuor mōis. ſ. effectiue: relatiue: oſtenſiue: obiectiue p° effectiue: qꝛ ei. ſ. ſpiritui ſancto attribuiṫ effect⁹ vnionis ſiue cōionis dei patris ꝛ dei filij ad nos. 2° ſpūs ſanctus eſt cōmunio vel vnio patris ꝛ filij relatiue: qꝛ ipſe ſpūs ſanct⁹ referṫ ad patrē ꝛ filiū rōnē vni⁹ habitudinis: qꝛ eſt cōis ſpiratio patris ꝛ filij ſm̄ quā eſt ab illis. 3° ſpūs ſanctus ē nexus vel vnio patris ꝛ filij oſtēſiue: qꝛ ipſe oñdit vnam ꝛ eādē ſubſtātiā eſſe patris ꝛ filij. Hec Alexā. pma pte ſū. q. xv. de ꝓceſſione ſpūs ſancti: arti. iij. vtrū ſpūs ſcūs ſit nexus vel cōio vel vinculū patris ꝛ filij: in cor. ſol. Quarto ſpūs ſanct⁹ eſt amor patris in filiū ꝛ filij in patrē obiectiue vel terminatiue. Cui⁹ ratio eſt: qꝛ cū amans ſit ex quo exit amor: ꝛ amatū ſm̄ rōnē intelligēdi ſit in quod terminaṫ amor: cū pater amat filiū pōt dici ſpūs ſanct⁹ amor filij in patrē. Ubi nota ꝙ aliqd tendere in alterū duob⁹ modis pōt intelligi. Uno mō ſubiectiue: tūc enī aliqd tendit in alteꝝ ſubiectiue qñ aliqd in ipſo realiter ponit ſicut in ſubiecto. vbi grā: Sicut calor ē vel tendit ab igne in aquā vt inſtrumētū: ꝛ ſic ſpūs ſanct⁹ non eſt amor patris in filiū vel econuerſo: qꝛ nec in patrē nec in filiū tendit ſicut in ſubiectū. Cū eni pater amet filiū vel ecōuerſo non pōt dici ꝙ pater aliqd ponat in filio vt in ſubiecto: vl ꝙ pater aliqd recipiat a filio. Alio mō aliqd tendit in alteꝝ obiectiue: vt ṽbi grā ſicut viſio tendit in rē viſam: ꝛ amor in amatū: ꝛ hoc mō ſpūs ſcūs dr̄ amor patris in filiū ꝛ ecōuerſo. Cui⁹ rō eſt: qꝛ cū ſpūs ſcūs ꝓcedat p modū amoris ſic fili⁹ p modū intellect⁹ ſic fili⁹ ē ṽbū patris ꝓducētis: ita ſpūs ſcūs eſt amor patris ꝛ filij vt ꝓducentiū eū: ꝛ iō ſpūs ſcūs eſt a patre in filiū ſic in obiectū amatū ꝛ ecōuerſo. vñ in patrē terminaṫ amor filij ꝛ in filiū terminaṫ amor patris ſic in amatū. Hec bea. Tho. j. ſcri. ſen. di. iiij. arti. ſub co. ti. in cor. ſo.

¶ Q꞉ iſta tria. ſ. ꝓceſſio datio ꝛ miſſio inṫ ſe differunt. CA. XI.

Patet igiṫ ex pmiſſis ꝙ ſpūs ſcūs a patre ꝛ filio qnq; modis emanat. p° per modū ſpirationis: vt patꝫ ſupra. ca. pmo. ꝙ ſpūs ſanct⁹ diciṫ terti⁹

propter proprietatem .i. spirationē. 2° per modum processionis: vt patz supra ca. ij. 3° per modū pfectiōis: quia vt psona subsistēs et verus de⁹: vt patet supra ca. ij. iij. et vij. 4° per modū amoris vel volūtatis: vt patet supra ca. ix. 5° per modū cōnexionis: vt patz .ā. ca. ix. et x. Ad maiorē tñ euidētiā pdictoꝝ nota ꝙ ista tria .s. pcessio missio. et datio inter se differūt rōne. Cui⁹ rō est: qꝛ pcessio inquantū pcessio dicit realē distinctionē et respectum a pncipio a quo pcedit et nō ad aliquē terminū vł eternū vel temporalē. Datio aūt nō importat distinctionē a principio a quo daſ: qꝛ idem pōt dare seipsū. verbi grã: Nā pater in diuinis dans vel cōicans essentiā filio nō distinguiſ ab eo qḋ dat .s. ab essentia quam dat: qꝛ essentia eadem ē numero in patre et filio. vnde dans nō semper distinguiſ ab eo qḋ dat: qꝛ aliqñ pōt dare seipsū: vt pz: sed distinguiſ ab eo cui dat .s. a filio. Siliter etiā recipiens vel accipiēs nō semp distinguiſ ab eo ꝙ accipit: qꝛ aliquis pōt seipsū accipere: sicut seru⁹ manumissus: vt dicē bea. Tho. pmo scri. sen. di. v. arti. vtꝝ essentia in diuinis sit termin⁹ generatiōis: in so. ij. argu. Sz missio importat habitudinē seu distinctionē et ad pncipiū et ad terminū .s. ad deum ad quē mittiſ. Primo dico: ꝙ missio importat habitudinē vł distinctionē realē ad principiū .s. ad deū a quo mittiſ. Cui⁹ ratio ē: qꝛ p hoc ꝙ aliqs mittitur ostēdiſ qdā pcessio missi a mittēte: vł ſm imperiū sicut dñs mittit seruū vel ſm ɔsiliū: sicut cōsiliari⁹ dicit regē mittere ad bellandū: vel ſm originē vt si dicaſ ꝙ arbor mittit florē: qꝛ originaſ ab ea. Scḋo dico: ꝙ missio importat habitudinē termini ad quē mittiſ: vt mō aliquo incipiat ibi esse: vel qꝛ prius ibi oīno non erat quo mittiſ: sicut illud qḋ moueſ localiter: vel qꝛ incipit ibi aliquo mō esse quo pus ibi nō erat. Missio ergo potest cōuenire diuine psone: nō quidē ſm motū localē. Cui⁹ ratio est: qꝛ in missione corpali et locali quicūqꝫ mittiſ ab aliquo descendit ab eo: et ad locū aliquē de nouo vadit vbi oīno nō erat pus: quod in diuinis psonis locū nō habet. Et missio dupliciter pōt cōuenire diuinis personis. Uno mō ſm ꝙ missio ex vna parte importat pcessionē originis a mittente. Alio mō ſm ꝙ missio ex alia parte importat nouū modū essendi in creatura. vbi grã: de missione filij et spūs sancti: Nā in missiōe filij includitur vterqꝫ respect⁹ .s. eternus: inquantū pcedit a patre. et temporalis .s. quantū mittiſ a patre ī mūdū ſm ꝙ incipit nouo mō .i. visibiliter per carnē assumptā esse in mūdo: et tñ antea in mūdo erat: vt diciſ Joh. pmo. Similiter cū diciſ spūs sanct⁹ mitti: in missione ei⁹ vel in signatiōe missionis vterqꝫ respect⁹ includiſ: videlicz eternalis pͥut a patre et filio pcedit: et respect⁹ temporalis put signaſ in habitudine ad creaturā que nouo mō ad spm̄ sanctū se habet: vt patebit infra ca. primo. Hec be. Tho. primo scri. sen. di. xv. arti. j. vtꝝ missio cōueniat diuinis personis: in cor. sol. et pma parte sū. q. xliij. arti. j. vtrū diuine persone cōueniat mitti. in cor. so. et in so. iij. argu.

## Quid daſ in missiōe tpali spūs sancti. CA. XII.

Ex premissis igiſ cōcludi pōt: qḋ spūs sanct⁹ cuꝫ pcedit a patre et filio eternaliter mittiſ et datur tpaliter. Ubi nota quattuor .s. quid daſ: in quo daſ: quō daſ: quib⁹ daſ spūs sanct⁹. Primo nota qḋ daſ vel mittiſ: et tūc dico ꝙ in missione vel datione spiritus sancti tēporali nō solū daſ spūs scūs: nec solū dona eius: sz vtrūqꝫ simul .s. spūs scūs in se et in donis suis: qḋ tripliciter pbo. Primo auctoritate aplī ad Ro. v. sic dicentis. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris p spiritū scm̄ qui dat⁹ est nobis. In quo vbo ostendiſ: ꝙ nō solū infūdiſ nobis spūs scūs nec solū dona ipsi⁹: sz vtrūqꝫ simul. Secūdo hoc idē pbo distinctiōe sic: Naz in eo a quo oīs impfectio remoueſ et tolliſ primū donum est amor: qḋ sic pbo: Contingit eni trib⁹ modis aliqd dare alicui. Uno mō ex timore: et hoc est seruitutis. Alio mō ex rehabendi spe .s. vt qd ei deſ: et hoc ē cupiditatis. Alio mō ex amore: et hoc est liberalitatis: ergo in datiōe liberali amor est pmuz donū quo oīa alia danſ. Tertio hoc idē pbo rōne sic: Amor habet rōnē pmi doni: qꝛ in ipso ex liberalitate oīa cōferūſ: cū ergo amor quo de⁹ nos diligit sit spūs sanct⁹: ergo in collatiōe alioꝝ donoꝝ datur etiā spūs sanct⁹. Et cōfirmo etiā hāc rōnē sic. Donūz est duplex .s. donū qḋ daſ in ratione doni et est amor: et donum qḋ daſ in ratione doni et nō est amor. P° dico: ꝙ ē donū qḋ daſ ī rōe doni et hoc ē amor: qꝛ in eo .s. amore oīa alia donanſ et etiaz ipse amor daſ vt primū donum inter alia dona. 2° dico. ꝙ dona que donanſ rōne doni ex amore: nō tamē sicut amor sūt alia dona. Sūmū ergo donū inter oīa alia dona que donāſ ex amore nō tamē est amor est sapiētia: tñ sūmū donū est amor: et iō amor pprie est donū spūs sancti et non sapientia. Sed forte queres: supposito ꝙ in missiōe vel datione spūs sancti cōferaſ vtrūqꝫ .s. spirit⁹ sanct⁹ et ei⁹ dona: quid pri⁹ datur: pus dico nō tēpore sz ordine nature. Rñdeo et dico ꝙ ordo aliquoꝝ ſm naturā pōt comparari ad duo .s. ad dantē: vel ad recipientē. p° ad dantē: et sic prius daſ spiritus sanct⁹ ꝙ̄ eius dona. Cui⁹ ratio est: qꝛ pater et filius prius datu nobis amorē suū qui est spūs sanctus ꝙ̄ alia dona que danſ per amorē. 2° ordo temporꝫ pōt cōparari ad recipientē: et sic pus recipim⁹ dona spūs sancti ꝙ̄ spiritū sanctū. Cui⁹ ratio ē: qꝛ dispositio ad formā precedit introductionē forme: sed per dona spūs sancti disponiſ recipiēs vt habeat spm̄ sanctū vt amatū vł cognitū actu vel habitu: et ideo pus intelligiſ habere dona vt formaꝫ inherentē ꝙ̄ spm̄ sanctū vt obiectū. Hec be. Tho. j. scrip. sen. di. xiiij. arti. iij. vtrū spūs sanct⁹ ſm pcessionē spūalē deſ: vel tm̄ dona ei⁹ vel vtrūqꝫ: et qd pus in duob⁹ argu. cōtra. et in cor. so. et in so. vlti. argu. ad qōnē secūdam. Et Alex pma pte sū. q. xv. arti. xiij. vtꝝ pcedere p modū amoris vel doni sit ppriū spiritui sancto: in so. v. argu. vbi ponit predictā distinctionē de dono.

## In quo dono datur spiritus sanctus: ꝙ solum in gratia gratum faciente. CA. XIII.

Secūdo nota in quo dono spūs sanct⁹ daſ. Nam solū in dono grē gratū faciētis spūs sanct⁹ daſ et nō in dono grē gratis date: qḋ tripliciter probo .s. auctoritate: rōne et distinctione. Primo pbo hʼ auctoritate beati Augu. de trini. sic dicētis: Tēporalis processio spūs sci est ad sanctificādū creaturā rōnalē: sz non sanctificaſ creatura rōnalis nisi per grãm gratū facientē: ergo etc. Et iteꝝ Augu. ibidē sic ait: Cū daſ spūs sanctus accedit mente in dilectiōe dei et pximi: sz hoc nō pōt esse sine grã gratū faciēte: ergo etc. Scḋo hoc ideꝫ pbo rōne sic: Quod daſ alicui habeſ ab illo cui daſ aliquo mō. sz persona diuina nō pōt haberi a nobis nisi duob⁹ modis. Uno mō quoad fructū vł ſm fructū pfectū: et sic habeſ ab illis q sūt in patria per donū glorie. Alio mō quo ad fructū vel ſm fructū impfectū: et sic habeſ per donū grē gratū faciētis ab illis qui sūt in via: q fruibili cōiūgunſ in hac vita cognoscēdo et amādo et fructum habēdo deo. Tertio hoc idē pbo tali distinctiōe: qꝛ aut daſ solum signū grē gratū faciētis sine grã: aut daſ gratia gratum faciēs cū signo manifestāte. p° eni si dareſ solum signū gratie gratū facientis sine gratia gratuꝫ faciente nō diceret dari simpliciter spūs sanct⁹ nisi forte ſm qd .s. cū aliqua determinatiōe: ſm ꝙ diciſ ꝙ daſ alicui spiritus ppheti⁹ vel spūs miraculoꝝ inquātū a spū scō hꝫ virtutem pphetandi vel miracula faciēdi. 2° vero cū daſ grã

gratū faciens cū signo manifestante tūc daṫ simpliciter spirit⁹ sanctus ad operationē miraculorū. Nā operatio miraculorū ⁊ donū ꝓphetie ⁊ q̄libet gratia gratis data est manifestiua grē gratū faciētis: vt patebit infra ca. ꝓximo. Hec he. Tho. p̄mo scri. sen. di. xiiij. arti. iiij. vtrum sm̄ omnia dona deṫ spiritus sanctus: in cor. solu. ⁊ in solu. ij. argumen. ⁊ iterum p̄ma parte sūme. q. xliij. arti. iij. vtꝛ missio inuisibilis spūs sancti fit solū sm̄ donam grē gratū faciētis: argu. cōtra: ⁊ in cor. so. ⁊ in sol. ij. arg. Ubi sciendū ꝙ aliq̄d pōt dari alicui duob⁹ modis. Uno mō sicut forma inherēs: sicut ignis dat calorē aque. ⁊ h̄ mō nō daṫ alicui spūs sanct⁹. Alio mō pōt aliq̄d dari alicui sicut obiectum vel sicut amor: vel sicut rector ⁊ motor. ⁊ isto mō daṫ spūs sanct⁹ cū donis suis: qꝛ cuicūq; dantur dona spūs sancti gratū faciētia: ei daṫ spūs sanct⁹ vt obiectū amatū: ⁊ vt amator ⁊ vt motor. Istud autē haberi vel dari quo daṫ spūs sanctus nihil ponit in spū sancto sm̄ rem: s; tm̄ sm̄ rōnē. In creatura aūt ponit aliq̄d sm̄ rem. Hec magister Herpheus doctor or. p̄di. p̄mo scrip. sen. di. xiiij. arti. ꝙ in ꝓcessione tēporali spūs sancti deṫ spūs sanct⁹ ⁊ nō solū dona ei⁹. Re: ō. ca. primo.

¶ Q; datio ⁊ missio spūs sci ē duplex. CA. XIIII.

Tertio nota quō spūs sanct⁹ daṫ. Naz datio vel missio spūs sancti est duplex. s. latens: ⁊ patens. Prima missio vel datio spūs sancti est latens. s. missio inuisibilis: que fit homini ꝓpter seipsū. s. ad ostēdendū plenitudinē sufficientie in se. Secūda missio vel datio spūs sancti est patēs. s. visibilis que fit homini ꝓpter alterū. s. ad ostendendū plenitudinē redūdātie. vbi gratia: Sicut cellariū sine circulo impleṫ ad sufficientiā ꝓprie familie: s; cū appositione circuli ad ostendēdū plenitudinē redundātie in alios. Hec Pe. de tharē. j. script. sen. di. xvj. arti. ij. de fine siue vtilitate spūs sancti missionis: vtrū missio inuisibilis spūs sancti sine missione visibili sufficiat. Ubi r̄ndet ⁊ dicit ꝙ sufficit ei cui fit propter se ⁊ nō ꝓpter alios: in cor. solu. ⁊ in so. p̄mi argumē.

Tertio principaliter circa tempus cõsiderandã ẽ eminentia qua eligitur. Nam ppter quattuor rōnes aliqui magis obseruant tempus. prima rõ est: qñ tempus est melius sanatiuũ. secunda est ẽ melius pacificatiuũ. tertia qñ est melius lucratiuũ. quarta est qñ est melius fructificatiuũ. Primo tempus obseruatur qñ est melius sanatiuũ sicut infirmi multũ obseruant diem qua de suis infirmitate sanari vel cõualescere valeant. Cuius rõ est: quia si transeunt illum diem sciũt q vix aut nunq̄ sanari poterunt. sed cadent vel in mortem vel in infirmitatẽ incurabilem: sic peccator multum debet tempus pñle obseruare: qꝛ nisi curet in vita ista ab infirmitate peccati: in alia vita nunq̄ poterit liberari: sꝫ in infirmitatẽ insanabilẽ cadet. ꝛ ideo Eccl. xviij. dr: Ante iudiciũ para iusticiã tibi. quod verbũ exponit quattuor modis. p⁹ sic: Ante iudiciũ. i. anteq̄ veniat iudiciũ mortis vel iudiciũ futurũ para iusticiã tibi: vt misericordia ꝛ iusticia p te rñdeant in iudicio. 2⁹ sic: Ante iudiciũ. s. extremũ facias iusticiã de teipo: ꝛ tũc inuenies misericordiã qñ tempus erit iusticie. 3⁹ sic: Ante iudiciũ. i. anteq̄ officium iudicãdi accipias para iusticiam tibi. i. superiori obediendo: qꝛ qui nõ nouit esse discipulus: nescit esse magister. ꝛ qui non didicit subesse nescit preesse. 4⁹ sic: Ante iudiciũ para iusticiã. i. tu qui officialis es ꝛ platus anteq̄ tu iudices queq̄: para iusticiã teipm disciplinando ꝛ inferiorib⁹ cõdescẽdendo. ꝛ subdit Et ante languorẽ adhibe medicinã. qd etiam exponitur quattuor modis p⁹ sic: Ante languorẽ culpe adhibe medicinam pseruatiuã p timorẽ ꝛ cautelam. 2⁹ sic: Ante languorem. s. mortl adhibe medicinã pseruatiuã bone operationis. 3⁹ sic: Ante languorẽ. i. ante diem extremi iudicii adhibe medicinã. s. penit: vulneribus pctõꝝ tuoꝝ. 4⁹ sic: Ante languorẽ. i. ante obstinatõem adhibe medelam vel medicinã cõtritionis. confesessionis: ꝛ satisfactiõis. Et subiungitur fructus: ibi Et coram deo inuenies ppiciatõem. s. remissionẽ peccatoꝝ hic ꝛ in futuro. Scdo modo tp̄s obseruat qñ est magis pacificatiuũ. Videm⁹ enĩ q homo pauꝑ qui aliquẽ dñm magnũ ꝛ potentẽ offendit tp̄s obseruat ꝛ captat quo eum magis dispositũ, ꝛ tpatũ ad eum placandũ inueniat. Sic peccator debet facere. Lꝫ. n. deus quantũ est de se semꝑ est paratus pacificari. misereri ꝛ pcere: tñ mõ magis: qꝛ mõ est temp⁹ miserendi. postea võ erit tempus puniendi. vñ in psal. Tẽpus miserendi eius qꝛ venit tp̄s. vñ Tobie. iij. Benedictũ est nomẽ tuũ dñe deus patrũ nroꝝ: qui cũ iratus fueris misericordiã facies ꝛ in tpe tribulatõis peccata dimittis. Tertio obseruat tp̄s qñ est melius lucratiuũ: sicut aliq̄s tũc magis opatur qñ magis lucratur. Cum. n. est temp⁹ obscurum frigidum ꝛ pluuiosum ꝛ lutosum solet dici: nõ est tempus aliquid faciendi. sed qñ est luminosũ ꝛ tẽpatum: aptum solet dici: bonum tp̄s est. Spũaliter tp̄us peccati est obscurum circa cognitõem summi ꝛ veri dei. Est frigidum circa dilectõem dei: ꝛ lutosum p opatõem immũdi. Sed tempus gratie est clarũ: qꝛ intellectus illuminat circa cognitõem veri. est calidum: qꝛ affectus inflãmatur circa dilectõem dei. est pulcrũ: qꝛ homo retrahitur ab opatõe imundi. vñ dr Canti. ij. Jam. n. hiems. s. frigiditas transijt. Jmber. s. mortalitatis vel carnalitatis abijt ꝛ recessit. Flores. s. bone affectiões apparuerunt in terra nostra. Tempus putatõis aduenit: quo. s. peccata ꝛ vitia debent a mentibus separi cõtritione: cõfessione: satisfactõe: quo etiam mali ꝛ inutiles a iustis ꝛ electis debent diuidi. Quarto tempus obseruat qñ est magis fructificatiuũ: sicut agricole multũ obseruant tp̄s qñ plãte ꝛ semina melius pñt fructificare: ita spũaliter hõ debꝫ facere. s. obseruare tempus quo plus opari possit ꝛ mereri. Qui. n. seminare expectat ꝛ tardat qñ recolligere debꝫ stultus est. vñ qꝛ post hanc vitã nõ erit tp̄s seminandi neq̄ pficiendi sꝫ colligendi: ideo quicq̄d in hac vita boni opari possumus: seminemus ꝛ opemur. vñ aplꝰ ad gala. vj. Dum tp̄s habem⁹ opemur bonũ. ꝛ subdit: Tempe enĩ suo metemus nõ deficiẽtes: Eccl. iij. dr: Fili obserua tp̄s ꝛ deuita a malo. Dicit ergo fili obserua tp̄s. qd quattuor modis exponit. p⁹ sic: Fili obserua tp̄s. tanq̄ donũ preciosum ꝛ tibi accomodatũ: qꝛ sicut nõ perit capillus de capite: ita nec momentũ de tpe de quo nõ oporteat reddere rõnem. 2⁹ sic. Obserua tempus. i. opportunitatẽ oĩa faciendi 3⁹ modo sic: Obserua tempus. i. caueas ne tempus male expendas male agendo: vel ociosus existendo. 4⁹ sic. Obserua tempus. i. considera quale sit tempus: qa omnia tempus habent: vt dicit Eccs. iij Nam oia fecit deus bona tempe suo. Nota ibi q omnia tempa obseruare debemus. ꝛ subdit Eccl. iiij. Et deuita malo. qd verbum exponitur tribus modis. p⁹ sic: Et deuita a malo. q. d. Fac bonũ ꝛ declina a malo. qꝛ in his duobus cõsistit perfecta iusticia. 2⁹ sic: Et deuita a malo. s. ope vel a malo hoie vel ab hoste. 3⁹ sic. Et deuita a malo. i. vt nihil facias extra tempus suum: qꝛ male fierent: cum vnicuiq̄ temp⁹ congruũ sit statutum: sm illud Eccs. iij. Omnia tp̄s hñt: ꝛ suis temporibus transeunt.

## ℭ Quattuor vtilia documenta de tpe. CA. IIII.

Nota de tpe quattuor vtilia documẽta. Primũ est q sicut tp̄s mensurat dẽm motũ: vt dicit phs. iiij. phicoꝝ. ita intentio vel affectus ꝛ deus mensurant vel põderant ꝛ pmiant dẽm actum ꝛ augmẽtatũ iuxta affecti premiũ. Scdm est: q tp̄s p se est causa senectutis: non aũt iuuentutis. qd patet: qꝛ lꝫ al. q̄s lõgo tpe viuat ꝛ duret: non tñ innouat sed antiquat. Sic a simili tempus positũ in peccato nunq̄ facit redire ad innocẽtie iuuentutẽ. lꝫ ex dei gratia possit redire ad eandem: vel ad mercedẽ maiorẽ. Tertium est q tempus ẽ p se cã obliuionis: eo q pp tempus longũ senescunt oia: nõ aũt est cã mẽorie vel recordatõis. qd pꝫ. qꝛ ille q̄ multo tpe viuit a studio ociosus nõ addiscit sicut obliuiscit. Sic a silĩ: quanto aliquis maiori tpe pmanet in pctõ seu viuit in ocio: tanto magis obliuiscit dei. Quartũ est q tp̄s p se est cã corruptõis: qꝛ tpis lõgitudo corrũpit. Sic a simili: quanto maiori tpe aliquis permanet in peccato tanto magis deficit ab esse grẽ ꝛ glorie. Scdo nota q nunc: quod signat illud qd est ppinquũ p̄nti vt pꝫ. s. Facit duo. Nam ipm nunc: cõtinuat tempus p̄teritũ futuro secũdo sepat p̄teritũ a futuro: sed alia ꝛ alia rõne. Nunc. n. vt diuides p̄teritũ a futuro cõsiderat nõ vt vnũ ꝛ idẽ nũc: sꝫ vt multa. s. vt pncipiũ futuri tpis: ꝛ vt finis p̄teriti Scdm ãt q nũc: est vniẽs ꝛ dinuãs p̄teritũ cũ futuro: sic nõ cõsiderat vt multa. sed vt vnũ ꝛ idem. Sicut punctus pũt cõsiderat vt diuidẽs lineã accipit vt bis. s. semel vt pncipium vnius ptis linee: ꝛ semel vt est finis alterius Hec bea. Tho. in scrip. sup quartũ librum phicoꝝ. c. xxi. Spũaliter aũt hõ q̄ est medius inter p̄teritũ ꝛ futuꝝ duo

tẽ attẽdere. p°. n. debet opus boni qḋ in pterito fecit cõti nuare cum ope qḋ faciet in futurũ: vt continuet in bono ope ꝛ pseueret vsqȝ in finẽ. 2° opus mali qḋ in pterito ẽ opatus debet diuidere ꝛ pscindere a bono ope qḋ in pñti facit vel est in futuro facturus: ne opet aliq̇d in peccato mortali: ꝛ sic misceat mala bonis. Silr sicut nũc diuidens: vnũ est subiecto ꝛ aliud rõne: sic q̇ pscindit malũ a bono ꝛ ecõuerso: est vnũ subiecto sed aliud rõe. s. pfectrõe ꝛ pmiatõe. Et silr qui bonũ cõiungit bono ꝛ cõtinuat in eodẽ. ℭ Qȝ sunt spãliter quinqȝ que tẽtant. s. deus: hõ: caro: mũdus: diabolus. CA. I.

# Tentatio.

Circa tentatõez cõsideranda sunt tria. scȝ tentantiũ multitudo: destantiũ pmptitudo: ꝛ triumphantiũ fortitudo.

Prio cõsiderãda ẽ circa tentatõem tentantiũ multitudo. Sunt aũt spãliter qñ qȝ deus: hõ: caro: mundus: diabolus. Primo tentat deꝰ hoiem. secũdo hõ tentat deũ. tertio tentat caro. quarto tẽtat mũdus. quinto tentat diabolus hoiem. Ubi nota qȝ alia ꝛ alia intentõe: fine ꝛ aio tentãt hec quinqȝ. p° enim deus hoiem tentat vt bonũ occultũ vel sibi vel alijs pate faciat. 2° hõ deũ tẽtat vt de eo expimẽtũ assumat. 3° caro hoiem tentat vt iudiciũ rõnis puertat aut impediat. 4° mundus hoiem tentat vt eius affectũ ad peccandũ alliciat. 5° diabolus hoiem tentat vt eũ ad peccãdũ ptrahat psuadẽdo: blandiẽdo: trahẽdo. Primo dico qȝ deꝰ tẽtat hoiem. Ubi sciendũ qȝ ex vna pte Deus neminẽ tentat. Jaco. i. Qḋ p° exponit sic: Deus neminẽ tẽtat. i. vt decipiat: vt puertat: vt malas cogitatiões culpe imittat. 2° mõ Augu. in li. de bono pseuerantie exponit sic dicens: Deus neminẽ tentat. i. in tentatõem inducit. Nã tentari ꝛ in tẽtatõem nõ induci nõ est malũ. Beda 3° sic exponit: Deus neminẽ tentat: qȝ tentatõem exteriorẽ īmittit dñs an pbatõem suoꝝ: interiorẽ võ tentatõem qua sepe cõcipit malũ nõ imittit deus. 4° modo exponit. b. Tho. dicens: Deus neminẽ tẽtat quasi ipse aliquid ignoret vl' nesciat. Nã tentare est expimentũ a ssumere de aliquo sibi ignoto verbis vel factis: sicut dicimꝰ qȝ medicus tentat quis sit effectus alicuiꝰ herbe. Cũ ergo deus oĩa sciat ipse neminẽ tẽtat expiendo aliq̇d ignotũ sibi: cum oĩa cognouerit anteqȝ fiant. Ex alia võ pte deus hoiem tentat. Ita dicit' Gen. xxij. Tentauit deus Abraam. nõ. s. vt eiꝰ fidei cognitõem acciperet quã prius sciebat: sȝ vt sibi. s. Abrae esset manifesta ꝛ alijs in exẽplũ. p hoc. n. qȝ deus abraam tentauit: manifestabatur alijs qualis Abraam esset in fide ꝛ obedientia. Hec beatus Tho. ij. scri. sent. dist. xxj. arti. i. in cor. q. Et iõ tentari a deo est bonũ. nã tentari nõ ẽ malũ. vñ Eccl. xxxiiij. Qui nõ est tẽtatus quid scit: ꝛ ibidẽ infra: Qui nõ est tentatus qualia scit. Qḋ verbũ exponit' tribus modis p° sic: Qui nõ est tentatus. s. in tribulatõe pbatus ꝛ exercitatus. quid scit. q. d. Parũ aut nihil scit de modo habẽdi se in tribulatõe: qꝛ sola vexatio dabit intellectũ auditui. Isaie. xxviij. 2° modo exponit' sic: Qui nõ est tentatus. i. in tribulatõibus pbatus ꝛ examinatus qualia scit: q. d. ꝛ si aliqua vidit: nescit võ q̇lia sint. Multa. n. bona vident' inexptis que ab exptis iudicant' mala. nam expientia est optima mgr̃a in tribulatiõe. 3° exponit Aug. dicens: Periculosissima res est nulla tentatione pulsari: qꝛ inde puenitũ multa mala. primũ est elatio cordis. scõm est incircũspectio sui. tertiũ est incõpassio tẽtatoꝝ. quartũ est contentus alioꝝ. quintũ est ignorantia agendoꝝ. sextũ est priuatio celestiũ pmioꝝ. septimũ est incursio eternoꝝ suppliciorum.

ℭ Qȝ tẽtare deũ e pctũ pȝ triplici rõe. CA. II.

Secundo hõ tẽtat deũ. vñ in psal. Tentauerũt deũ in cordibus suis ꝛc. Qȝ aũt tentare deũ sit pctm̃ pbo triplici rõne. s. ignorantie: diffidẽtie: negligentie. Prio rõe ignorantie sic: Ignorare bonitatẽ dei est peccatũ. sed tentare est expimẽtũ assumere de re que ignorat'. g° tentare deũ est pctm̃. Scdo pbo hoc idem rõne diffidentie sic: Qui dubitat de dei virtute: bonitate ꝛ ptãte peccat. sed qui deum tentat facit huiꝰmõi: alias nõ tentaret. g° ꝛc. Tertio hoc idẽ pbo rõne negligentie sic: Qui ptermittit facere qḋ p se põt ad picula euadẽda: ad subsidia tpalia querenda: solũ ad dñm auxiliũ respiciẽs peccat. sed tentans deũ facit huiꝰmõi. ergo ꝛc. Ubi nota: qȝ sicut aliqs dicitur tẽtare equũ qñ eum sine vtilitate ꝛ magna necessitate currere facit: nõ aũt qñ ex magna necessitate: puta cuȝ equum facit currere vt hostes fugiat: sic ille deũ tentat q̇ habens quid faciat: sine rõne cõmittit se piculo expiens vtrũ possit liberari a deo. Si aũt ex magna necessitate ꝛ vtilitate aliquis se diuino auxilio se cõmitteret in dictis ꝛ factis que virtute sua nõ possit: hoc nõ esset deũ tentare. vñ. ij. Paralip. xx. Cũ ignoremꝰ quid agere debeamus: hoc soluȝ habemus residui vt oculos nostros dirigamꝰ ad te. Sed forte dices qȝ tẽtare deum nõ est pctm̃ tali rõne: Aliquis tẽtat deum qñ expitur bonitatẽ ꝛ volũtatem dei. sed hoc non est pctm̃: qꝛ in psal. dicit': Gustate ꝛ videte qm̃ suauis est dñs. Rñdeo ꝛ dico: qȝ cognitio diuine bonitatis est duplex. s. speculatiua: ꝛ affectiua. Prima cognitio diuine bonitatis est speculatiua: ꝛ q̇tum ad hanc cognitõem dubitare nõ licet: vtrũ deus sit suauis ꝛ bonus. Scda cognitio est affectiua. s. dũ aliqs affectat in seipso expiri gustũ diuine dulcedis ꝛ cõplacẽtiã volũtatis diuine. ꝛ hoc est licitũ nec est deũ tẽtare. Hec. b. Tho. secũda scde. q. xcvij. arti. ij. in cor. q. ꝛ in solu. ij. arg. Est aũt notandũ ad euidentiã pdictoꝝ: qȝ aliqui tentãt deuȝ sex modis. p° indiscrete piculo se cõmittendo. s. cũ habent humanũ cõsiliũ ꝛ auxiliũ de aliquo faciẽdo. qḋ ph̃ibet' Matth. iiij. Nõ tentabis dñm deũ tuũ. Glo. Deum tentat qui habẽs quid faciat sine rõne aliqua vel causa periculo se cõmittit: expiens vtruȝ possit liberari a deo: scda scde: vbi. s̃. arti. j. in cor. q. in fine. Scdo tentat hõ deum in incredulitate aliquid a deo petendo. qḋ ph̃ibet' Eccl. xviij. Ante orõem ppara aiaȝ tuã ꝛ noli esse sicut homo qui deum tentat. qḋ verbũ exponit' duobus modis. p° sic: Ante orõem ppara aiam tuam. s. iram: odium: rancorem: erga aliũ si habes. s. dimittendo. glo. Cum is ad orãdum: dimitte si quid habes aduersus aliquẽ: Matth. v. Si offers munus tuũ ꝛc. 2° modo exponit' sic: Ante orõnem ppara aiam tuã. s. cor tuũ colligẽdo; locutões superfluas fugiendo. ꝛ subdit': Noli eẽ quasi homo qui tẽtat deum. quod etiam duobus modis exponitur. primo sic: Deum tentat qui deum orat ꝛ male agit. scdo sic: Deum tentat aliquis labijs orando ꝛ corde per mundũ vagando. Tertio tentat homo deum miraculum sine necessitate postulando. Cuius cõtrariũ dicitur Isaie. vij. Non petam ꝛ nõ tentabo dominũ. Si. n. aliquis sine miraculo non credit: vel sine causa miraculũ petat talis deũ tentat. vnde Grego super illo verbo Marci. xvj Signa aũt eos qui crediderint hec sequentur sic dicit. Nunq̇d qui hec signa nõ facimus nõ credimus: Et rñdet qȝ hec. s. miracula in exordio necessaria fuerunt: vt fides miraculis nutriretur: fide aũt ecclesie cõfirmata nõ sunt necessaria. Et ponit de hoc tale exemplũ: Cũ arbusta plantamꝰ tamdiu aquã fundimus quousqȝ ea in terra cõualescere videamus: si võ radicez fixerint irrigatio cessabit. Quarto tentat hõ deum dei adiutorio terminuȝ ponendo. vñ Judith. viij. Qui estis vos qui tentatis dñm: ꝛ ita posuistis vos terminũ miseratõis dñi: ꝛ arbitrio võ diem cõstituistis ei. vbi glo. sic dicit: Nec tps nec modũ dño [illegible]

scribere debem⁹ sz magis eius arbitrio cūcta relinq̄m⁹. vñ quidā patꝝ in orōne legisse legit᷑: Fili dei sicut vis & scis miserere mei. Quinto tentat homo deū verū assit: p experimentū scire volēdo: Exo. xvij. Tentauerūt deū di cētes: Est ne deus in nobis an nō? Expositor: Est ne de⁹ in nobis. Iste inquit sermo fuit dubitatōis .s. vtrū oīpo tens quē firmiter colere debuerūt tante esset virtutis ve tantū illis facere posset .s. q eis daret aquā de petra. Uel aliter: Dubitauerūt an deus eēt in illis p potētiā .s. cōse rēdi qd desiderabāt: vel p grām vt eoꝝ meritis hoc age re velit: & vtroq; mō est tētare deū. Sexto tentat homo deū in sermone capiēdo. vñ Matth. xxij. Quid me tēta tis hypocrite &c. vbi hiero. dicit: Tētatores vocat hypo critas qui aliud hñt in corde aliud in ore.

¶ De tentatōe carnis nota quattuor. CA. III.

Tertio mūdus tentat hoīem eius affectū allicien do & extollēdo. Quarto tentat hoīem caro .i. cōcupia carnis iudiciū rōnis puertēdo aut im pediendo. Re. s̄. Locupia p totū. Ad cuius euidētiam nota quattuor. Primū ē q caro vel mūdus tentāt: qr ī bis cognoscit᷑ manifeste virtus vel infirmitas mētis: q̄ uis hostes nō pugnēt vt cognoscāt sz vt vincāt. vñ impu gnatio virtutis siue fit a principio intrinseco .s. a corru ptōe: siue a principio extrinseco vt a mūdo vel ab hoste tentatio dicit᷑. Hec b. Tho. ij. scri. sen. di. xxi. arti. j. in cor. q. in fine. Scdm est q tentatio carnis sp est peccatum. Cui⁹ rō est: qr ois inordinatus appetitus aie est peccatū sed in motu carnis qui est ex appbensione delectabilis est actus & appetitus aie inordinatus qr ipa aia est q̄ in ordinate mouet᷑ & appetit: lz mediāte carne ḡ &c. vñ no ta q motus carnalis libidinis insurgit duobus modis. Uno mō ex calefactōe corpis sine imaginatōe aliqua ex iste motus est pure naturalis nec hz rōez peccati: & ad h̄ virtus demonis pōt coopari sua virtute. Alio mō insur git motus libidinis ex appbensione alicuius delectabil᷑ & ex hac pte appetitus ↄcupiscibilis hz quandā libertatem sm q pōt obedire impio rōnis pbibētis: & hoc mō in cōcupiscibili pōt eē petm̄. Et hunc motū diabolus ex torquere nō pōt: vbi. s̄. arti. ij. in solu. v. arg. Tertiū est q tentatio que est ab hoste nō est sp peccatū. Cuius rō ē qr petm̄ causat᷑ ex inordiatiōe intrinseca ipi⁹ volūtatis. Tētatio aūt q̄ fit ab hoste fit ab extrinseco: & iō tētatio q̄ fit ab hoste nō est petm̄ nisi ei ↄsentiat᷑. Quartū est q tentatio aliqua est difficilior ad vitandū pp tres causas .s. pp fortitudinē: debilitatē: ppinquitatē. Pria rō est p pter fortitudinē impugnātis. & sic tentatio ab hoste dif ficilior est ad vitādū: eo q diabolus mille q̄ nocendi ar ma hz. & pluribus modis pōt malū suggerē. Scda rō ē p pter debilitatē tentati: & sic tentatio carnis est difficilior ad vitādū vel vincendū: qr tentatio carnis magis debili tat hoīem qui magis est pnus ad peccata carnalia q̄ ad spūalia. Tertia rō est pp ppinquitatē. & hoc mō etiā ten tatio carnis est difficilior ad vincendū vel vitādū: eo q tentatio carnis est pximior ipi tentato. Hec bea. Tho. ij. scri. sen. di. xxj. arti. ij. in solu. s̄. arg.

¶ De tētatōe diaboli notāda sūt q̄ttuor: & q̄. CA. IIII.

Quinto tentat diabolus hoīem. Ita dicitur. j. ad thessa. iij. Ne forte tentauerit vos is qui tentat .s. diabolus. Circa cui⁹ tentatōem nota quattu or .s. officiū motiuū modū: & terminū. Pmo nota eius officiū. Nam ppriū officiū diaboli ē tentare: vt dicit᷑ glo. sup illo verbo apli pallegato. Dicit᷑ aūt solus diabolus tentare triplici rōne .s. inceptōis: intētōis: opatiōis. p⁹ rōne inceptōis. Lz. n. diabolus non sit īmediatus tenta tor: tñ qr primus ipe tentauit hoīem ex qua tentatōe pa rata est alijs tentātibus via. iō &c. 2⁹ rōne intentōis. nā soli diabolo & mēbris eius cōuenit impugnare virtutes cū intentōe occidendi hoīem p petm̄. hoc aūt caro nō in tendit .sed frui cognitu delectabili. 3⁹ rōne opatōis. Naz ipe diabolus vtit᷑ rebus mūdi & carne sicut instrumētis ad tentandū hoīem. Hec b. Tho. ij. scri. sen. di. xxi. arti. j. in solu. v. argu. Scdo nota tētatōis motiuū. nā causa quare diabolus hoīnē tentat est triplex .s. malicia: su perbia: inuidia. Prima cā est malicia: Nam ipa tētatio hoīnū pcedit ex malicia demonū. Scda cā est supbia. Sicut. n. boni angeli ministrāt deo in determinatis offi cijs ad salutē hoīnū. sic demones pp eoꝝ supbiā diuine ptātis similitudinē vsurpātes determināt sibi certos et determinatos mīstros ad impugnatōem hoīnū. Ter tia cā est inuidia. nam demones saluti hoīnū inuidē tes pfectū eoꝝ p tentatōem impedire nitūt᷑. Hec b. tho. pma pte sum. q. cxiij. arti. j. in cor. q. Beatus etiā Augu. in q̄one sup Geñ ad lrām querens cur diabolus ē saluti hoīnū tam infestus: rñdit q hoc facit ppter tres cau sas. prima est ppter odiū in creatorē. scda est ppter inui diā in hoīem. tertia est pp sue salutis desperatiōem. Tertio nota diabolice tētatōis modū. nam diabolus in tentando tenet tres modos quos tenuit in tentatōe pri moꝝ parētū. p⁹. n. pulcritudine allicit suadēdo ↄcupiam vñ Geñ. iij. dr̄ q vidit lignū pulcꝝ visui & delectabile gu stui. 2⁹ diabolus honore attrahit pmittēdo dei dignita tē & gloriā. vñ subdit: Et eritis sicut dij. 3⁹ diabolus ho rorē abijcit negādo penā eternā. vñ dixit: Nequaq̄ mo riemini. Tentat etiā diabolus psuadēdo: blādiēdo: & ter rendo: vt dicit. b. tho. ij. scri. sen. di. xxj. arti. j. in cor. q. in fi ne. Nā ptz tribus modis: diabolus trahit hoīem ad pec candū sicut ptz ibidē. Quarto nota diabolice tentatio nis terminū. Nā diabolus sp hoc fine & hac intētōe ten tat vt noceat hoīni eum in petm̄ pcipitando: pma pte sū. q. cxiiij. arti. ij. Hoc aūt ptz: qr pmū hoīem quē diabol⁹ de tribus peccatis tentauit & supauit .s. de gula cum cibū vetitū comedēdū psuasit: de vana gloria: cū dixit: Eritis sicut dij: de auaricia cū addit: Sciētes bonū & malū. aua ricia. n. etiā altitudinis est cum supra modū ambit᷑ sub limitas: vt dicit Greg. Sed forte queres hic duo. Pri mū est: qr non videt᷑ cōueniēs q deus pmittere debuit hoīem tentari a diabolo. & hoc duplici rōne. Prima est: qr cum deus sit amator iusticie nō debet pmittere q ho mines qui sunt infirmi & ignari tentent᷑ & impugnent᷑ a demonib⁹ qui sunt potētes & astuti: eo q inter eos nō vi det᷑ esse equale bellū vel pugna. Rñdeo & dico. q lz con ditio pugne vel bellū inter eos nō sit equalis: fit tñ recō pensatio p diuinā grām & p angeloꝝ custodiā. Scdo argues sic: Infirmitati hūane sufficit impugnatio que ē carne & mundo: & ideo videt᷑ q nō debeat eē impugna tio a demone. Rñdeo & dico q infirmitati hūane q⁹ ad exercitiū sufficeret impugnatio q̄ est a carne & a mūdo. sed malicie demonū nō sufficit qua vtraq; impugnatōe vtit᷑ ad malū hoīnū. sz tñ deus illā impugnatōez ordi nat ad gloriā. Hec b. tho. in. j. pte sum. q. cxiiij. arti. j. in so lu. ij. & iij. arg. vñ Chryso. sup illo verbo Matth. iiij. Du ctus est iesus in desertū a spū vt tentaret᷑ a diabolo: sic di cit: Quisquis ḡ post baptismū maiores sustines passio nes non turberis. Etenī ppter hoc accepisti arma non vt vaces sed vt pugnes. Et subdit Chryso. Ideo aūt tentatio nē a te nō pbibet deus: ppter quinq; rōnes. Prima est vt discas. q̄m multo factus es fortior. Secūda est vt ma gnitudine donoꝝ non extollaris. Tertia est vt diabolus experientia cognoscat q pfecte ab eo abscessisti. Quarta ē vt crediti tibi thesauri signū accipias. Neq;. n. diabolus superueniret tibi ad tentandū nisi te in maiori honore effe ctū videret. Quinta est vt hoc fortior reddaris. Hec b.

Tho. in evangelijs cōtinuis super Matth. vbi supra.

Quis dz tētationē detestari: & quis nō. CA. V.

Secūdo principaliter circa tentationē cōsiderāda est detestantium promptitudo. Ubi nota q̄ inter hoīes duplex differētia inuenit. Quidā enī sūt inexperti: imperfecti: & infirmi. Quidā vero ecōtrario sunt firmi: experti: & perfecti. Primo ergo illi q̄ sūt infirmi: inexperti: imperfecti nullo mō debent appetere se velle tētari. Hoc aūt pbo quattuor rōnibus. s. rōne orationis: conformationis: perditionis: incertitudinis. Primo rōne orationis sic: Illud debemus desiderare qd̄ debemus orare. sed dn̄s docet nos orare ne inducamur in tētationē dicēs: Matth. vi. Et ne nos inducas in tentationē. ergo debemus desiderare tētationes a nobis amoueri. Ubi nota primo q̄ be. Tho. super allegato vbo. s. Et ne nos inducas in tētationē dicit: q̄ aliud est tentari: aliud incidere: aliud subduci: aliud vero induci. primū. s. tētari fit qn̄ homo simpliciter pulsat. secūdū. s. incidere in tentationes fit qn̄ hō impulsus resistendo pugnat. & hec duo nō sunt mala sed virtutis materia. tertio vero. s. subduci fit qn̄ decipit. quartū. s. induci fit qn̄ q̄s delectationi cōsentit & delectat: q̄ duo sūt mala. & ideo dicēne nos inducas &c. 2° nota q̄ deus nō inducit in tētationē causaliter seu efficiēdo sz permissiue & deserendo. Secūdo nō debemus tentatiōes appetere rōne cōformationis sic: Sicut enī volūtas nr̄a diuine volūtati dz esse cōformis: ita a volūtate hostis debet esse discordans. sz hostis noster. s. diabolus vult & petit nos temtare: dicit Luce. xxij. Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret quasi triticū. q. d. Sathanas fm̄ basiliū dr̄ ex eo q̄ aduersatur bono: diabolus vero ex eo q̄ cooperat nobis in malo hic expetiuit vos. s. a deo pmittēte: q2 nihil potest facere nisi pmissus. vt cribraret. i. vt tētationes cōcuteret sic triticū qd̄ cribratū & ventilatū cōcutit: ergo cū diabolus velit & appetat nos tētare: vt patz: nos a volūtate demonis discedere debemus: ergo &c. Tertio nō debemus tentatiōes appetere sed odire rōne perditionis sic: Illud qd̄ ad malū est ordinatū nō debemus appetere sz odire. sz tentatio ad malū finē. i. ad perditionē hominū est ordinata. ad salutem vero hoīuz nō est ordinata nisi per aliud. s. p auxiliū diuine grē: ergo tētari nō ē simpliciter appetēdū. Quarto rōne incertitudinis. Nullus enim sine adiutorio diuine grē pōt tētationi alicui etiā parue resistere. vn̄ glo. Matth. iiij. Sine spū sancto qui ad pugnaz vadit cito cadit. & q2 aliquis pcerto nescit se habere grām: ideo nō debz appetere tētari: alias discrimini se cōmitit qd̄ nullus dz appetere. Hec be. Tho. ij. scri. senté. di. xxj. arti. iij. in cor. q. & in duobus arg. cōtrarijs veris. Secūdo quidā alij sūt q̄ sunt fortes seu sūt firmi: experti & pfecti. & tales debēt tentationes appetere tum ppter patientiā: tū ppter victoriaz: tum ppter coronā. Prima rō est ppter patiētiā: quia in tentatiōe & tribulatione relucet virtus patientie. Ita dicit btūs Jacobus primo: Tribulatio patientiā opat. Secūda rō est ppter victoriā. Si quis enī in tētatione est certus de victoria: tūc debet appetere. hāc aūt victoriā habet perfectus q̄ est inflāmatus amore dei. vn̄ Ambro. Torrentē trāsit anima diligentis: nulla tēpestas: nullū pfundū: nullū periculū: nullus terror mortis aut pene vim charitatis imminuit. Tertia ratio est ppter coronā. Nā tētatio est necessaria ad coronā: vt dicit glo. Matth. vi. Propter qd̄ dauid certus de patientia: securus de victoria: inflāmatus p de corona dicebat. Proba me dn̄e & tenta me. ure renes meos & cor meū. In quo verbo tangit duos modos probationis & duo pbanda. Primus modus pbationis est cū dicit: Proba me dn̄e. i. manifesta me alijs per tribulationes esse pbatū. Sap. iij. Tanq̄ aurū in fornace probauit electos dn̄s. Secūdus modus pbationis est cum subdit: Et tenta me. i. vt mihi innotescā qualis sim in psperis & q̄lis sim in aduersis: in bonis & malis. Sap. iij. Deus tentauit illos & inuenit illos dignos se. Secūdo tangit loca pbāda. & primo tangit locū delectationū cū dicit: Ure renes meos. Sap. i. Renū eius scrutator est deus. 2° tangit locū cogitationū. s. cor. cū subdit: Et cor meū. qd̄ ē pncipiū cogitationū & oīuz peccatoz. Scrutās corda & renes deus ergo &c.

Q2 quilibet de tētatione diaboli victoriam habere potest. CA. V.

Tertio & vltimo pncipaliter circa tentationē cōsiderāda est triūphantiū fortitudo. Lz enī impugnet mūdus honore: diabolus praua suggestione: caro cōcupiscētie libidine: tyrānus oppressione: mī tētatio omnis a spūalibus pōt superari & vinci. Nā cōtra mundū opus est cōtinētia: cōtra carnē opus ē abstinētia: contra tyrānū opus est patiētia: cōtra diabolū opus ē sapiētia. Et q̄uis diabolus incitet hominē ad peccādū p modū suadētis: seducētis: allicientis: obiectū exterius pponentis & deterrentis: vt patz supra: nō mī cogit vel necessitat aliquē ad peccandū. Et ideo quilibet de diabolo victoriā habere potest qd̄ dupliciter pbo. s. rōne & auctoritate. Primo rōne sic: Qui potest illud qd̄ est difficile: multo magis pōt illud qd̄ est facilius. sz homo pōt resistere tentationi carnis que difficilior est ad resistendū tentationi demonis: cū temtatio carnis sit primior & diuturnior tentatiōe hostis: ergo &c. Q2 aūt homo tentationē carnis. s. ipsam cōcupiscentiā vel sensualitatē vel fomitē possit vincere pbat Gen. iiij. Sub te erit appetitus tuus. i. in ptāte tua appetitus sensitiuus. Et q2 liberi arbitrij est: motio vt pctiū nō dominet tibi: sed tu dn̄eris pctō: ideo subdit: Et tu dn̄aberis illius. Naz de iure virtus dz dn̄ari vitio & spūs carni. Re. supra Sensualitas. ca. vj. Triplex est rō q̄ nullus ab infectiōe pdicta naturaliter valet liberari: ibidē ca. vij. quare deus has penas voluit remanere. et pctū. vj. quot sunt illa que volūtatis arbitrio nō subdunt. Secūdo pbo hoc idē auctoritate Jaco. iiij sic dicit Resistite diabolo & fugiet a vobis. Ex q̄ auctoritate talē formo rōnē: Ille ob cuius pugnā & resistentiā alius fugit: hz victoriā sup illū qui fugit. sz pugnāte hoīe & tētationi resistente diabolus fugit vt patz ex inducta auctoritate: ergo &c. Sz forte queres hec tria. primo an oīa peccata pcedant a demonū tentatiōe. scdō an homo demoni possit resistere & de eo victoriaz hr̄e. tertio an demon semel victus ab vno ab impugnatiōe desistat. Primo queres an oīa pctā a demonis tentatiōe pcedāt. Et tūc rn̄deo & dico q̄ aliud ē eē occasio alicuius: & aliud est eē cā alicuius vbigrā: Desiccās ligna ē occasio cōbustiōis. sz ignis ē cā cōbustiōis lignoz. A sīli diabolus inquātū instigauit primū hoīez ad peccādū dr̄ esse occasio oīuz pctōꝝ: eo q̄ ex illa instigatiōe & ex illo pctō i toto hūano genere postea ad oīa pctā q̄dā pnitas & inclinatio ē secuta. Sz principalis & directa & p se cā pcti est libertas arbitrij & corruptio carnis. Et hoc mō diabolus nō est cā pcti. qd̄ pbo duabus auctribus. s. Augu. & origenis. primo enī Augu. in libro de ecclesiasticis dogmatibus sic dicit: q̄ nō oēs cogitatiōes male a diabolo excitāt. sz aliq̄ emergūt arbitrij motu. 2° origenis dicit q̄ etiā si diabolus nō esset. hoīes haberēt appetitū cibi & venereoz. Hec be. Tho. prima pte sum. q. cxiiij. arti. iij. p totū. Scdō q̄res. an possit hō diabolice tētatiōi resistere. Et argues q̄ nō tali rōne. Ptās minor non pōt ptāti maiori resistē. sz ptās demōis ē maior q̄ ptās hoīs q2 vt dr̄ Job. xlj. Nō ē ptās sup terram q̄ ei possit cōpari Rn̄deo & dico q̄ lz ptās demonis ē maior q̄ ptās hoīs tū q̄tū ad aliq̄d nō est maior. s. q̄tū ad liberū arbi. qd̄ nō pōt cogi. Nā hō est dn̄s per liberū arbitriū suoꝝ actuum: nō aūt demon. Hec b. Tho. ij. scri. sen. di. xxj. arti. ij. in sol.

b llargu. Et ideo dicit Jaco. j. Btũs vir qui suffert tẽtatio
nẽ. Quod vbũ exponit quattuor modis. pº sic: Beatus
vir. s. beatitudine spei in via et btitudine rei i patria. Qui
suffert tẽtationẽ. i. qui tentationẽ in sensualitate fert sub
rõne ne ratio in tentatione succũbat. 2º sic: Btũs vir qui
suffert tentationẽ. i. deorsum fert tẽtationes et tribulatio
nes vilipẽdendo. 3º sic. Btũs vir qui suffert tẽtationẽ. i.
sub deo fert non murmurãdo. 4º sic. Btũs vir q suffert
. i. sursũ fert. i. p eis que sursũ sũt fert tẽtationes. Ter
tio q̃res: an demon semel vict⁹ ab vno ab impugnatione
desistet. Rñdeo et dico q de hoc ẽ duplex opinio. Quidã
eni dicũt q demon superat⁹ ab vno: deceter o nec illũ nec
aliũ põt tentare. Quidã vero alij pbabili⁹ et meli⁹ dicũt. s.
q demon q̃nq3 recedit a quo est superat⁹: et q̃nq3 ad eun
dem redit a quo superat⁹. Primo ergo diabolus ab ali
quo supat⁹ alios põt tẽtare: nõ tñ q̃nq3 eũdẽ. qd pbo tri
plici rõe. s. diuine clemẽtie: diabolice astutie: hũane im
potentie. pº rõne vel ex parte diue clementie. Nam fm
Chry. super. Matth. diabol⁹ nõ tamdiu tẽtat hoies dei
q̃diu vult: sed q̃diu de⁹ permittit. Unde lz de⁹ pmittat
hoiez paulisper tẽtari: nõ tñ semp. et hoc pp̃ter suã clemẽ
tiã. 2º pbo hoc idẽ ex parte diabolice astutie. Nam fm
Ambro. sup Lucã. diabol⁹ infestare formidat eũ quẽ fre
quẽtius cõspicit et refugit triũphari. 3º pbo h idẽ ex pte
hũane impotẽtie. Nã de⁹ cognoscẽs infirmitatez hũane
nature nõ semp pmittit eũ tentari. vñ p᷑ma ad corinth.
f x. Fidelis deus qui non patief vos tentari supra id qd
potestis: sz faciet cũ tẽtatione pṽetũ vt possitis sustinere
Glo. Fidelis de⁹. i. ver⁹ i pmissis nõ patief vos tẽtari co
hibens impetũ tẽtationis eo q ipso ẽ protector suoꝝ ele
ctorũ. Supra id qd potestis. q2 vel cadere non sinit: vel a
casu erigit. Sed faciet cũ tẽtatione pṽentũ. s. dando vtu
tis augmentũ. Nã qui dat diabolo tẽtandi licentiã: ipse
dat tentatis suã misericordiã et grãm. et hoc est pṽentum
facere. Uel faciet cũ tẽtatione pṽentũ. robur et cõstantiã
dando: vt possitis sustinere. i. vincere vl' patiẽter vel per
seuerãter sustinere ne deficiatis in lucta. Scđo diabo
lus ad eũ quẽ p̃us tentauit et a quo p̃us ẽ superatus q̃nq3
e redit. Ita dr matth. xij. Cũ3 imudus spũs exierit ab hoie
ambulat per loca arida et in aquosa et nõ inueniẽs reqẽ3
dicit reuertar ad domũ meã vñ exiui et veniẽs inuenit eã va
cãtẽ et scopis mundatã et ornatã: tunc vadit et accipit se
ptem spũs nequiores se et ingressi habitãt ibi: et fiunt no
uissima illius hoĩs peiora p̃orib⁹. Hec be. Tho. p̃ma p̃te
su. q. cxiiij. arti. v. in cor. q. in fine. In qua q̃dẽ auctori
tate tangit per ordinẽ sex. pº egressum maliciosũ. ibi Cũ
imũdus spũs exierit ab hoie. Frequẽter eni diabol⁹ ab
hoie discedit siue recedit vt postea forti⁹ et peius p̃cipiet
2º tangit pgressũ3 formidolosũ: ibi Ambulat p loca ari
da. i. ab humore peĩ desiccata ardore ignis diui: q2 etiã
querit ponere maculã in electis. 3º tangit regressũ peri
culosum: ibi Reuertar in domũ meã vnde exiui: q2 alibi
requiẽ nõ inuenit. 4º tangit motiuũ dispositiuũ: ibi In
uenit eã etc. Naz tria peccata sunt inter alia q̃ pparant et
disponũt cõscientiã petõris ad hoc q diabol⁹ in eam in
tret. p̃mũ ẽ ociũ. vñ dic vacantẽ. s. a bonis operib⁹. scđm ẽ
vana gloria vel lascivia. vñ subdit. et scopis mũdatã. s. q̃
studet mũdare sordes corpis seu sordes purgare. et orna
re varijs colorib⁹. tertiũ est supbia vel hypocrisis. vñ sub
iungit: Ornatã. s. fictiõib⁹ et p̃ciosis vestib⁹. 5º tangit cõ
sortiũ pessimũ: ibi Tũc vadit et assũit septẽ spũs nequio
res se. Septẽ dicit pp̃ter vniuersitatem viciorꝝ: vel pp̃ter
maiorẽ conatũ: vel pp̃ter effectũ petõꝝ. Et ingressi habi
tant ibi. s. securi⁹ q̃ prius: liberi⁹ q̃ p̃us: trãquillius q̃
p̃us. 6º tangit effectũ periculosũ: ibi Et fiũt nouissima il
lius hoĩs peiora p̃orib⁹. Et precipue q̃tũ tria. p̃mo q̃tũ
ad culpã quã multiplicat. scđo q̃tũ ad grãm a q̃ se elon
gat. tertio q̃tũ ad penã cui se obligat et quã expectat.

¶ Circa diabolicaz tentationem cõsideranda sunt tria
et que. CA. VII.

De euidentiã predictoꝝ circa diabolicã tentatio
a nẽ cõsiderãda sũt tria. s. generalitas vitioꝝ: varie
tas modorũ: qualitas tentatorũ. Primo nota
generalitatẽ vitioꝝ. Nã diabol⁹ tentat de omni crimine
ex oi latere: in oi tẽpore. pº tentat de omni crimine. Re.
supra: vbi dicit q quinto tẽtat diabol⁹ de omni crimine
2º tentat diabolus hominẽ ex oi latere. et p̃mo a tergo vt
ad peccata p̃terita homo tendat. secundo ab ante vt a bo
nis inceptis resiliat. tertio a sursũ vt de bono opere sup
biat. quarto deorsũ vt terrena ambiat. quinto a dextris
vt in psperis eleuet. sexto a sinistris: vt in aduersis p im
patientiã et murmur deijciat. 3º diabol⁹ tentat in oi tem
pore. qd sic patz: Nã mane tẽtauit p̃mos parentes: quia
(vt credit) fuerunt p̃ma hora tentati: hora tertia tentauit
iudeos: cũ dixerunt: Crucifige. hora sexta tẽtauit milites
q̃ crucifixerũt xp̃m. qd tali hora credit factũ3. hora nona
tentauit illũ qui imposuit spongiã arundini et obtulit ei
acetũ. circa vesperã tentauit p̃ncipes sacerdotũ et pharise
os q̃ dixerũt pilato: Dñe recordati sum⁹ quia seductor il
le adhuc viuẽs dixit: post tres dies resurgã. iube ergo etc.

Nota etiã q diabol⁹ tentat in quolibet loco: in quoli
bet organo: in quolibet elemẽto. Primo tentat in quo
libet loco. qd patz: q2 pº tentauit angelos in celo q̃ luci
fer cauda sua traxit partẽ tertiã stellaꝝ. 2º tẽtauit p̃mos
parẽtes in paradiso per serpẽtẽ qui erat callidior cũctis
animãtib⁹ terre. 3º in agro q̃ tentauit cayn vt ibidẽ oc
cideret fratrẽ suũ. Scđo tentat diabol⁹ in quolibet orga
no. Et pº tentat de visu. q̃ facit videre illicita: sicut tenta
uit dynã que egressa est vt videret mulieres regionis il
lius. 2º tentat de auditu: q̃ noluerũt intelligere vt bene
agerent diabolo instigãte. et q̃ a veritate auertũt aures
et cõuertũt ad fabulas. 3º tentat de adoratu q̃ facit ado
rare suauia et vitare infirma. Sz de talib⁹: q2 p suaui odo
re erit fetor: vt dicit Jsa. iij. 4º tentat de gula sicut tẽta
uit euam et de ieiunio sicut tentauit xp̃m. 5º de tactu pu
ta furando aliena: nõ dando supflua: tangẽdo impudica
Tertio tentat de quolibet elemẽto. pº de igne: sicut ten
tauit nabochodonosor q̃ iussit vt tres pueri mitterent
in caminũ ignis. 2º tentat in aqua vel de aqua: sicut q̃
tentauit pharaonẽ vt faceret pijci hebreoru3 infantes in
flumen. 3º tentat de terra: vt illos q̃ oculos suos statue
rũt declinare in terrã. 4º tentat in aere: sicut tentauit si
monẽ magũ q̃ a demonib⁹ dimissus corruit et fact⁹ est.

Scđo p̃ncipaliter nota varietatem modoꝝ. Nam fm
Richardũ per septem capita draconis de quib⁹ habetur
Apoc. xij. septẽ tentationũ genera figurant. Unde dicit q
tentatio demonis p̃ma est importuna: qua diabol⁹ cõti
nue grauat: tñ infra vires tentati. Scđa tẽtatio ẽ dubia
qua anim⁹ vel mens tẽtati dubitatione inuolvit. Tertia
ẽ subita: qua mẽs vl' ratio deliberare nõ põt pp̃ter impro
uisionẽ tẽporis. Quarta ẽ occulta: qua rõ deliberare nõ
põt pp̃ter absconsionẽ rei. Quinta est violẽta: qua mens
pp̃ter quandã violentiã ducit ad cõsensũ. Sexta est frau
dulenta: qua mens per quãdã dolosam machinationez
seducit et cõsentit. Septima est perplexa: que varijs vitijs
animũ impedit: et tñ alteru maloꝝ illoꝝ necesse est fieri.
sed pp̃ter diuersas rõnes nescit q̃d min⁹ malũ sit. Ter
tio p̃ncipaliter nota qualitatẽ tentatoꝝ. Nã aliter se ha
bet diabolus ad tentandũ: vel cum tentat resistentes tẽ
tationi et non resistentes: aliter dormientes et vigilantes
aliter ad iustos et peccatores: aliter ad fideles et infide
les. pº enim diabol⁹ aliter tentat resistentes sibi: et aliter

sibi non resistentes. Nã diabolus graui⁹ ꝛ fortius tentat resistentes sibi ꝙ̃ nõ resistẽtes. vñ Grego. Hostis noster nos in hac vita positos quãto magis rebellare sibi cõspicit: tanto ampli⁹ vel fortius expugnare cõtendit. Sz non resistẽtes sibi diabol⁹ tentat multiplici⁹. Ratio huius est ne tales a sui potestate recedãt. 2° diabolus aliter tentat dormiẽtes: ꝛ aliter vigilãtes. Ubi nota ꝙ diabol⁹ tentat dormiẽtes. nõ ꝙ ꝑ̃ dormitionis tẽtatio effectũ habeat ita ꝙ tunc sit ibi meritũ vel demeritũ. Sz ideo tentat vt post dormitionẽ ratio seq̃t̃ tentationẽ: ita ꝙ ex vna parte grauior est tẽtio in somno ꝙ̃ in vigilia: eo ꝙ in somno nulla ẽ resistẽtia ex parte ei⁹ qui tentat: Ex alia vero pte grauior est tentatio in vigilia ꝙ̃ in somno. s. rõne damni cũ cõsentit tentationi. 3° aliter tentat diabol⁹ pctõres: ꝛ aliter iustos. Nã intẽtio ꝛ appetit⁹ diaboli maior est ad tentãdũ bonos ꝙ̃ malos. Et hoc ꝑpter duas causas. Prima est: qꝛ magis conat⁹ est ad trahẽdũ iustos quos non habet ꝙ̃ ad tentandũ pctõres quos habet ꝛ detinet. Secũda cã ẽ: qꝛ sicut aliquis ꝑ̃nceps terren⁹ magis insurgit cõtra illũ qui pl⁹ aufert de iure suo vel qui plus nocet regno suo ꝙ̃ cõtra eũ qui min⁹ aufert vel nocet: ita pl⁹ diabolus insurgit contra perfectũ ꝛ iustũ qui plus nocet regno suo ꝙ̃ contra peccatorẽ qui nõ nocet: vel ꝙ̃ cõtra imperfectũ qui min⁹ nocet. Ex alia vero parte. i. ex parte ei⁹ qui tentat diabol⁹ magis pctõres tẽtat ꝙ̃ iustos: imperfectos ꝙ̃ ꝑfectos Et hoc ꝑpter duas causas. Prima cã ẽ quia in malis aut peccatorib⁹ est amplior habilitas ad recipiẽdũ tentationẽ demonis ꝙ̃ in bonis. mali enĩ ad tentationẽ diaboli inclinant. boni vo inquãtũ tales resistunt. Scõa ratio est: qꝛ mali veniũt ad diabolũ vt ab eo tentent. diabol⁹ vo venit ad iustos vt eos tentet: nõ ꝙ se offerant tentatiõi. Quarto aliter se habet diabol⁹ ad fideles: ꝛ aliter ad infideles. p° enĩ infideles vel nõ credẽtes multiplicius. i. plurib⁹ tentatiõibus pulsat ꝙ̃ fideles ꝛ credentes. vñ Augu. Cũ mentẽ mulierculę sibi ꝑ infidelitatẽ subiugauerit diuersarũ rerũ species ꝛ similitudines imprimit: ꝛ menti quã captiuã tenet deludẽs: mõ leta mõ tristicia ostendẽs. vigilãdo: dormiendo per deuia ducem deducit. Et Grego. Facile inimico resistit q̃ non ei vel in multis lapsu⁹ diutius cõsentit. Si vo ei⁹ suasionib⁹ subesse cõsueuerit: quãto se crebrius ei subiicit: tanto eũ intolerabilẽ sibi facit vt ei reluctari nõ possit. vñ cũ infideles crebrius se subiiciãt ei⁹ tentatio est magis intolerabilis: sicut qui nõ habet scutũ quo se defendat ab aduersario facilius impugnat ab eo. Sz ipsa fides est scutũ: sic dicit ad Ephe. vi. Accipe scutũ fidei. 2° vo ex alia parte diabolus acrius ꝛ forti⁹ tentat fideles vel credẽtes ꝙ̃ nõ credentes. magis enĩ appetit deiicere fideles tanq̃ resistentes sibi ꝙ̃ infideles. 5° diabol⁹ aliter se habet ad renũtiantes ꝙ̃ ad nõ renũciantes seculo. Nã diabol⁹ multiplicius tentat existentes in seculo sz fortius ꝛ graui⁹ renũciantes seculo. Ubi nota ꝙ quadruplex ẽ status. Primus est in accessu ad religionẽ: ꝛ tũc occurrunt magne ꝛ vehemẽtes tẽtationes: qꝛ diabol⁹ nitit̃ retinere: ne oĩno relinquat mũdus. Secũdus stat⁹ est in initio cõuersationis: ꝛ tũc ex diuina misericordia mitigant̃ tentationes. ꝛ dat diuinit⁹ post laqueoꝝ euasionẽ quedã mẽtis suauitas vel iocunditas. Tertius stat⁹ est in ꝓgressu religionis ꝛ in illo ne fit negligẽtia ex securitate occurrũt tẽtatiões vñ Grego. Ne cõuersus securitatis negligẽtia dissoluat impulsu tentatiõis afficit̃. Et subdit: Sepe enĩ diuturna magis sunt tentationũ certamina ꝙ̃ longa fuerũt inchoantiũ blandimẽta. Quart⁹ status est in ꝑfectione: ꝛ tunc diuina cõsolatione roborant̃. vñ Greg. In inchoatiõe inueniũt blandimẽta dulcedinis: in medio certamina tentationis: in extremo vo ꝑfectionẽ plenitudinis: ita ꝙ in p° statu est grauior tentatio diaboli: eo ꝙ diabolus nitit̃ retinere. in scdo est tentatio min⁹ grauis. in tertio vo statu vno mõ est tentatio grauior. alio modo ẽ minus grauis. in quarto vo statu etsi tentationes in se sunt grauissime: alleuiant̃ tñ ꝑpter robur sustinentiũ.

Quid est tentio ꝛ quõ describit̃. CA. I.

Tentio. Circa tentionẽ consideranda sũt tria. s. notificatio: comparatio: ꝛ absolutio. Primo circa tentionẽ considerãda ẽ descriptio vel notificatio. s. quid ẽ tentio. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ tentio sic põt describi. Tẽtio ẽ ex vi ꝑ̃cepti vel ꝓhibiti vel consensus ꝓprij vt cõtractus voti: ꝓmissi: iuramẽti: vel pacti: ad agẽdũ vel nõ agendũ: vel obseruandũ: vel ad patiendũ obligatio. Ad agẽdũ rõne precepti affirmatiui: ad nõ agendũ rõne ꝓhibiti. s. ꝑ̃cepti negatiui: ad vtrũq̃z. s. ad agendũ vel nõ agendũ vel ad seruandũ rõne voti: iuramenti: ꝓmissi rõne cõsensus ꝓprij. s. voluntarij: ad patiendũ rõne pacti. Hec Alex. ij. parte sum. q. xxxiij. arti. xix. q̃d sit tẽtio ꝛ ex q̃b⁹ causis homo tenet̃: in cor. so.

Qꝫ possunt quinq̃z cõparatiões fieri causarũ ex q̃b⁹ aliquis tenetur. CA. II.

Secũdo ꝑ̃ncipaliter circa tentionẽ cõsideranda ẽ cõparatio. Possũt enĩ quinq̃z cõpationes fieri causarũ ex quib⁹ aliquis tenet̃. s. cõparatio ꝑ̃cepti ad preceptũ: volũtarij ad votũ: voti ad votũ: secreti ad ad secretũ: pacti ad pactũ. Primo põt fieri cõparatio ꝑ̃cepti ad ꝑ̃ceptũ tripliciter. s. ordinationis: obligationis ꝛ dispẽsationis. Prima cõparatio ẽ ex parte ordinatiõis. s. que ꝑ̃cepta sũt ꝑ̃us. ꝛ tũc dico ꝙ ꝑ̃us sũt ꝑ̃cepta prime tabule ordinãta ad deũ: vt dicit bea. Tho. ꝑ̃ma scđe. q. c. arti. vi. vtrũ ꝑ̃cepta decalogi cõuenieñter ordinent̃: in cor. so. Re. s. Preceptũ decalogi in speciali. ca. xi. Scđa cõparatio ꝑ̃cepti ad preceptũ est ex pte obligationis que precepta magis obligant. Et tũc dico ꝙ ꝑ̃cepta negatiua magis obligant ꝙ̃ ꝑ̃cepta affirmatiua. Re. cãm hui⁹ supra Precepta in generali. iii. ca. Tertia cõparatio ꝑ̃cepti ad ꝑ̃ceptũ põt fieri ex parte dispẽsationis: vtrũ. s. in ꝑ̃ceptis põt fieri dispẽsatio vł mutatio. ꝛ tũc dico ꝙ q̃ñtũ ad hoc differẽtia ẽ inter ꝑ̃cepta decalogi ꝛ iuris positiui. Nam ꝑ̃cepta decalogi ꝑ dispensationẽ mutari nõ possunt. qđ dupliciter ꝓbo. s. in generali ꝛ spãli. p° in generali: quia ꝑ̃cepta decalogi cũ sint diña ꝛ naturalia cõtinẽt bonũ cõmune qđ mutari nõ põt. 2° in spãli qꝛ tria ꝑ̃cepta prime tabule cõtinent ipsũ ordinẽ ad bonũ cõe ꝛ finale qđ de⁹ est. ꝑ̃cepta aũt septẽ scđe tabule cõtinent ipsũ ordinẽ iusticie inter hoĩes obseruãde: vt. s. nulli fiat indebitũ ꝛ cuilibet reddat̃ debitũ. ꝛ ideo ꝑ̃cepta decalogi sũt indispẽsabilia. In alijs vero ꝑ̃ceptis positiuis que sũt q̃si cõclusiones ꝑ̃ceptoꝝ naturaliũ: q̃nq̃z per hoĩes põt fieri dispensatio: puta ꝙ mutuũ ꝓditori patrie nõ reddat̃. Hec beat⁹ Tho. ꝑ̃ma scđe. q. xcvii. arti. iiij. vtrũ rectores multitudinis in legib⁹ humanis possint dispensare: in sol. iii. argu. Re. supra de dispẽsatione legis. Et ibidẽ. q. c. arti. viij. vtꝝ ꝑ̃cepta decalogi sint dispensabilia: in cor. so. Scđo cõparatio põt fieri volũtarij vel bñplaciti ad votum. s. ꝙ sit magis laudabile ꝛ meritoriũ facere aliq̃d sine voto vł cũ voto. Rñdeo ꝛ dico ꝙ facere aliq̃d cũ voto: vt ꝓbat btũs Tho. scđa scđe. q. lxxxviij. arti. vi. vtꝝ sit magis laudabile ꝛ meritoriũ facẽ aliqd sine voto ꝙ̃ cũ voto: i cor. sol. Re. rões infra Uotũ. v. ca. a medio ca. vsq̃z ad finẽ. Tertio cõparatio ẽ vł põt fieri voti ad votũ: qđ votũ sit poti⁹ alijs. Rñdeo ꝛ dico ꝙ votũ obediẽtie est potissimũ inter tria in cor. so. Re. rões in scđo volumine supra Obedientia Etiã in scđa scđe. q. ciiij. iii. ꝛ iiij. articulis. Quarto cõparatio põt fieri secreti ad secretũ qđ magis celari debeat:

an secretū qđ dicit̄ alicui sine sigillo cōfessionis: an secretū qđ dicit̄ alicui sub sigillo ↄfessionis. Rñdeo ꝛ dico ꝙ homo de facili non debet aliq̄d recipere sub secreto: si tñ recipiat aliquid sub secreto ex ꝓmissione tenet̄ hoc mō illud secretū celare ac si in cōfessione haberet: q̄uis sub sigillo cōfessionis nō habeat. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. xxj. de sigillo cōfessionis arti. j. q. ij. vtrū sigillū cōfessiōis se extendat ad alia q̄ ad illa que sunt de cōfessione: in so. ij. argu. Ratio aūt quare nullū secretū est denudandū ex ꝓmissione est: qꝛ in denudatione ꝓditio apparet: fm ꝙ habet̄. xxij. q. v. de forma fidelitatis. vbi dicit̄ ꝙ de forma fidelitatis est secretū nō denudare qꝛ illi qui ꝓdūt secreta alicuius fm leges capite puniunt̄. Sꝫ cōtra: Null⁹ ꝓ alio debet mentiri. ſꝫ ille qui nouit aliq̄d aliter q̄ per cōfessionē nō pōt dicere: nescio q̄n mentiat̄ quia nouit vt homo. Si ergo iurauit dicere veritatē tenet̄ vt homo secretū reuelare. ꝛ ad hoc videt̄ ꝙ possit ipsū iuramentū artare: ergo nō semꝑ tenet̄ aliquis secretū celare. Rñdeo ꝛ dico. ꝙ nō est simile de obligatiōe cōditionis: cōfessionis: ꝛ ꝓmissionis: qꝛ ꝓmissio ita obligat ꝙ nullo scandalo vel dispendio est reuelāda. Quādo aūt aliquis ꝓmittit alicui ꝙ celabit aliqđ secretū quod sibi cōmittit̄: hoc oꝫ intelligi si nō cogat eum obediētia superioris ad reuelationē vel necessitas mētiendi: vel dānatio innocentis: vl̄ alia huiusmodi quib⁹ cōtraiari nō pōt nec debet. Unde si quis ꝓmisisset alteri ꝙ teneret aliqđ factū suū secretū ꝛ post nisi factū illud vellet testificari dānaret̄ aliquis innocens: vel necesse esset ipsū mētiri: vel esse inobedientē vel aliqđ graue scandalū oriret̄: nō estimo ꝙ in tali casu factū illud deberet celare. Qñ ergo opponit̄: Si quis recepisset aliq̄d ꝛ ꝓmisisset ꝙ illud suaret secretū: ꝛ postea cognosceret illud per reuelationē alteri⁹ vl̄ etiā: an semꝑ teneat̄ illud celare. Rñdeo ꝛ dico ꝙ nō est veruꝫ: imo tenet̄ reuelare ex causa rōnabili vt tactū est nec dico ꝙ propter hoc oꝫ vel pōt reuelare aliquid qđ ꝓmisit se celaturū qꝛ illud cognouit aliquo mō sꝫ ex aliq̄ rationabili causa cōtra quā nō oꝫ ꝓmissio aliqua obligari. vñ maior ē obligatio sigilli q̄ ꝓmissi tñ sine sigillo confessionis. Hec Alex. iiij. parte sum. arti. cclxiiij. vtrū sacerdos teneat̄ celare qđ nouit vt deus in confessione ꝛ vt homo in secreto sine sigillo cōfessionis: in so iij. argu. ꝛ penultimi. Teneo magis ꝛ cōcordo cum beato Tho. qui dicit: ꝙ si aliq̄s secretum recepit ex ꝓmissione tenet̄ hoc mō celare ac si in cōfessione haberet. q̄uis sub sigillo cōfessionis nō haberet siue nō habeat: vt patꝫ supra tam rōne q̄ auctoritate.

Quinto cōparatio est iuramenti ad votuꝫ. s. qđ magis obligat ad obseruantiā sui. Rñdeo ꝛ dico ꝙ maior ē obligatio voti q̄ iuramenti. qđ ꝓbo duplici rōne. Prima ē talis: Per votuꝫ obligat̄ aliquis deo. per iuramētū vō interdū obligat̄ homo homini. magis aūt obligat̄ deo q̄ homini: ergo maior ē obligatio voti q̄ iuramēti. Scđa ratio ē talis. Utraqꝫ obligatio. s. voti ꝛ iuramenti causat̄ ex aliquo dīno: aliter tñ ꝛ aliter. qđ sic patꝫ: Nā obligatio voti causat̄ ex fidelitate quā deo debem⁹: vt. s. ei ꝓmissum soluam⁹. obligatio aūt iuramēti causat̄ ex reuerētia quā debemus ei: ex qua tenemur ꝙ verificem⁹ id qđ ꝑ nomen ei⁹ ꝓmittim⁹. Omnis aūt infidelitas irreuerētiā cōtinet sed nō cōuertit̄. videt̄ enī infidelitas subiecti ad dñm esse maxima irreuerentia. Et ideo votū ex sua rōne magis est obligatoriū q̄ iuramentū. Hec bea. Tho. scđa scđe. q. lxxxix. arti. viij. vtrū maior sit obligatio iuramēti q̄ voti. argu. cōtra: ꝛ in cor. so. per totū. Sexto cumparatio est pcī ad pcm̄. Sicut enī est gradus in meritis: vt patꝫ in scđo volu. supra meritū. ix. ca. ita ē gradus in peccatis: qꝛ vnū pcm̄ ē grauī⁹ altero: vt patꝫ supra in multis capi. Ex quo etiā quo etiā sequit̄: ꝙ debet esse grad⁹ in penis vel penitētijs fm gradū culpaꝝ. Re. ꝫ. Penitentia ꝛ supra Pena.

Ad maiorē tñ euidentiā pdictoꝝ circa timorem initialē nota sex. Primū est q̄ articuli fidei sūt pncipia sapientie quo ad eius essentiā. timor vō initialis est initiū sapientie nō quo ad eius essentiaz: sed quo ad eius effectus qui sunt declinare a malo ⁊ facere bonuz: reuereri deum ⁊ subiici ei: vt dicit btūs Tho. scda scde. q. xix. arti. vij. in cor. q. Secūdū est q̄ timor initialis dicit̄ esse radix sapientie: Eccl. j. Radix sapientie est timere deū. Hoc autē dicit̄ ꝓpter quattuor causas. Pria est: q2 sicut radix virtute dicit̄ esse tota arbor: ita etiam timor dei dicit̄ esse sapientia: ibidē arti. vij. in so. iij. argu. Secūda ratio est: q2 sicut radix est initiuz arboris: ita timor est initiū sapientie. Tertia ratio est: q2 sicut radix ē in pfundo terre: sic timor dñi tenet hominē in pfundo humilitatis. Quarta ratio est: q2 sicut radix amara est sꝫ fructus arboris dulces facit sicut patet i palma: sic timor habet amaritudinē pene: sed generat dulcedinez sapientie. Tertiū est q̄ timor seruilis ⁊ initialis diuersimode sūt initiū sapiētie. nam timor dñi initialis est principiū intra: timor aūt seruilis est principiū extra qui penam respicit. Quartū est q̄ vterqꝫ timor nō solum est initium sapientie: sꝫ etiam dilectionis. Ita dicit̄ Eccl. xxv. Timor dñi initiū est dilectionis. different̄ tñ. Nam timor seruilis est initiū dilectionis: q2 introducit ad charitatē sicut seta filum vt Aug⁹ dicit. Timor vō initialis ē pncipium dilectiōis nō absolute: sed q̄tum ad statum dilectionis pfecte vbi. s. arti. viij in solu. pmi argu. Quintū est q̄ timor initialis nō differt fm essentiā a timore filiali: sꝫ solum fm actum qui est impfecte diligere. nam timorē initialem habēt illi qui sūt in statu incipientiū qui nōdum puenerūt ad pfectionem charitatis. Timorē aūt filialem habēt pfecti. s. qui ad statum pfecte charitatis puenerūt: vbi. s. arti. viij. in cor. q. p totum. Sextū est q̄ timor initialis nō timet penā sicut ꝓpriū obiectum: sed inquantū habet aliquid de timore seruili adiunctū: qui. s. timor seruilis fm substantiā manet cū charitate impfecta in eo q̄ nō solum mouet̄ ad bene agendū amore iusticie sed etiā ex timore pene: vt facit qui habet timorē initialē. sed iste actus cessat in eo qui habet charitatē pfectam que foras mittit timorem. s. habentē penam: vt dicit̄ pma Joh. iiij. ⁊ vbi. s. arti. viij. in solu. ij. argu. Ubi nota q̄ nulla charitas tollit timorē naturalez neqꝫ filialem. quelibet autē charitas tollit timorem humanū ⁊ mundanū. pfecta aūt charitas foras mitit timorē initialē: nō quo ad essentiā: q2 idem sūt in essentia timor initialis ⁊ filialis. sed solūz quo ad vsum vel ad actuz eius qui ē vereri vel timere penā. vñ pma Joh. iiij. Timor penā habet. qui autē timet nō ē pfectus in charitate. Qd̄ verbū sic exponit̄: Timor penā habet: intelligit̄ de pena seruili: initiali: ⁊ etiam de filiali q̄tum ad vsum vel actū qui ē timere offensam vel separatione a patre. Et subdit̄: Qui aūt timet nō ē pfectus i charitate. Qd̄ exponit̄ tribus modis. p° sic: Qui timet timore pene ex conscientie peccati remordētia Nō ē pfectus in charitate. 2° modo exponit̄ sic: Qui timet. i. qui operatur bona solo timoris imperio penam habet. 3° modo exponit̄ sic: Qui timet fm Augu. penam aliquā siue aliqd̄ periculū temporale nō ē pfectus in charitate. vñ ad Ro. viij. Quis nos sepabit a charitate xp̄i: tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas ⁊c̄. Et glo. sup illo verbo. j. Joh. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorem. sic dicit: Presentes tribulationes facit nō timeri charitas.

¶ Quid sit timor filialis: ⁊ quid causat i hn̄te. CA. VI.

Quarto principaliter dico: q̄ timor filialis ē quo homo timet peccare nō ꝓpter penam sed ꝓpter offensam patris vl' separationē ab ipso: vt ponit beatus Thomas scda scde. q. xix. arti. ij. ⁊ x. in corpo. q. Uel dicas q̄ timor filialis ē quo homo timet peccare nō ꝓpter ꝓpriū cōmodū. s. ipsius timentis: sed ꝓpter conditiones eius qui timet̄: vt cum quis timet deū offendere

ppter conditionez dei. ⁊ pcedit talis timor ex charitate. Hic eni timor filialis q̄ est pfectoꝝ causat vel facit in eis septē. pͥ enī eos cruciat de pteritis: qꝛ ignorant vtrū opa eoꝝ placuerit deo. 2° eos cruciat de pn̄ti: qꝛ timent ne forte in aliquo offendant deum. 3° eos cruciat de futuro: qꝛ nō sūt certi de finali pseuerantia. Eccl̄es. ix. Nescit homo finē suū. 4° eos cruciat de occultis. s. ne aliquid occultū sit in eis qd̄ deo displiceat. 5° talis timor mūdat de venialibus. s. ne inueniat in eis aliquid leue qd̄ deo displiceat 6° talis timor facit timere offensā vbi nō est: vt dicit Gregori⁹: Bonaꝝ mentiū est timere offensam vbi nō est. 7° talis timor facit magnos reputare se paruos: vt faciebat abraham q̄ dicebat: Loquar ad dn̄m meū cum sim cinis ⁊ puluis: Gen̄. xviij. Est autē sciendū ad euidentiā pdictoꝝ: q̄ timor filialis distinguit: intēdit: pficit: ptendit. Primo enī timor filialis distinguitur a qualibet timoris specie: vt pꝫ in ca. pcedentibus. Scd̄o timor filialis intendit. Cum enim timor filialis oriat ex charitate: quanto aliquis magis diligit deū tanto magis timet offendere deum ⁊ separi ab eo. Uel dicas q̄ timor filialis pcipue intendit ex duob⁹. s. ex charitate: ⁊ ex spe. pͥ augetur ex charitate. quanto aliq̄s magis diligit deum: tanto magis timet deū offendere ⁊ separi ab eo. vn̄ amor charitatis reuerentiā timoris nō minuit sed auget. Hec beat⁹ Tho. vbi. s̄. q. xix. arti. x. in cor. q. ⁊ in so. iij. argu. 2° timor filialis auget ex spe. Nam crescente spe: timor filialis crescit: qꝛ quanto aliq̄s certius expectat alicui⁹ boni cōsecutionē p auxilium alteri⁹: tanto magis veret vel timet eū offendere vel separi ab eo: ibidem in solu. ij. argu. Timor aūt pene totaliter tollit a charitate crescēte. Cui⁹ ratio ē: qꝛ quāto magis aliq̄s diligit deū tanto min⁹ timet penā ⁊ hoc q̄ntum ad duo. pͥ quidē: qꝛ quanto aliq̄s magis diligit deum tanto mīn⁹ attendit ad ppriū bonū vel minus curat de pprio bono cui contrariat pena. 2° qꝛ filius inherens patri magis cōfidit de pmio ⁊ p consequens min⁹ timet de pena: ibidem arti. x. in cor. q. in fine. Tertio timor filialis pficit. Cum enī timor filialis causet ex charitate: quanto maior est charitas tanto timor est maior: ita q̄ pfecta charitas pfectum timorē facit. Re. s̄. Charitas. iij. ca. tertia diuisiōe: de charitate patrie ⁊ vie. Quarto timor filialis ptendit. nō solum enī est timor filialis ī via: sꝫ etiā remanet in patria semp. vn̄ in psal. Timor dn̄i sanctus pmanet i seculū seculi. In quo verbo timor filialis cōmendat a trib⁹. s. a causa: ab efficacia: ⁊ ab indefitiētia. pͥ cōmendat a sua causa pmaria cū dicit: Timor dn̄i ⁊ hoc vel qꝛ est dn̄i vt cause efficiētis: vel quia est dn̄i vt obiecti cōuenientis. Re. infra An deus possit timeri. 2° cōmendat ab efficacia virtuosa: cū subdit Sanct⁹: eo q̄ sanctū efficiat. Ubi nota q̄ in generali triplex est timor. s. naturalis: libidinosus: ⁊ gratuit⁹. Primus est natural' quo q̄s naturalit timet ⁊ refugit mortē ⁊ dē sibi nocuū. qui timor fuit in xp̄o: Mar. xiiij. Cepit iesus pauere ⁊ timere ⁊ esse tristis. Et Theophilus sup illo verbo sic dicit Quia enī xp̄s totū assumpserat hoiem: assumpsit etiā pprietates ipsi⁹ hois. s. pauere: tedere ⁊ cōtristari naturalit Nā hoies naturalit timent mortē. Secūdus timor est libidinosus. ⁊ hic est duplex. Prim⁹ est humanus quo hō eligit peccare ne ledat in carne. cui⁹ contrariū dr̄ Matth x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus. Secūdus timor ē mūdanus: quo q̄s eligit peccare ne ledat in possessione. Cui⁹ contrariū dr̄ Luc. xij. Nolite timere pusill⁹ grex: vendite q̄ possidetis ⁊c. Terti⁹ est timor gratuit⁹. ⁊ hic etiā ē duplex. Prim⁹ est gratis datus quo. s. timet pena spūalis ⁊ eterna sꝫ nō amat iusticia. s. timore seruili. de quo dicit ad Ro. viij. Nō accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore Secūdus timor est gratūfacciēs. ⁊ hic est etiam duplex. Uni⁹ est timor initialis quo pncipalit amat iusticia ⁊ secūdario timet pena: de quo. j. Joh. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorē. Alius ē filialis siue castus: filialis ad patrē: castus ad sponsū. Hui⁹ timoris due sūt species siue duo sūt actus. s. timor sepatiōis ⁊ timor offense. Primus ē timor sepatiōis. quāto enī hō magis timet separi a deo tanto magis cauet sibi a pctō. Secūdus est timor offense. nā quāto magis hō timet offendere deū: tanto ampli⁹ expellit pctm̄ ⁊ reliquias pctī: quib⁹ remotis dulci⁹ sapit ei deus. ⁊ quāto de⁹ ei dulcior sapit tanto eū ampli⁹ diligit

Tertio cōmendat timor filialis ad indefinētia glorioſa: cū subiūgit Permanet i seculū seculi. Ad cui⁹ euidētiam notādū. Primū est q̄ null⁹ alius timor a filiali in patria remanebit. discurre p oēs. Secundū est q̄ timor filialis nō remanebit in patria q̄tū ad duos actus quos hic habet. s. quo ad timorē offense: ⁊ timorē sepatiōis. nā btūs q̄libet erit certus nūq̄ offendere deū ⁊ nūq̄ separi a deo. Tertiū est q̄ timor filialis remanebit ī patria q̄tū ad aliū vsum vel actū ei⁹. nam q̄ntum ad tres actus timor filialis in patria remanebit. s. q̄tū ad subiectionē: honorē ⁊ admirationē. pͥ q̄tū ad subiectionē. Sicut enī malū creature rationalis ē vt creature irrōnabili ⁊ inferiori se subiiciat p amorē ⁊ cōtra deū psumptuose insiliat ⁊ eum cōtemnat: ita ordo ad bonū rōnalis creature est vt subsit deo ⁊ sit sub deo ⁊ supra ceteras creaturas. beati/aūt diuine volūtati semp erūt subiecti: cui⁹ cōtrariū est possibile fieri i hac vita. 2° timor filialis i patria remanebit q̄tū ad honorē. nā quāto q̄s ab alio recipit mai⁹ bonū tanto illū magis diligit: magis honorat ⁊ veneratur. sꝫ beati sunt huiusmodi q̄ bonū infinitū. i. clarā dei visionē in se recipiūt. g̃ ⁊c. 3° timor filialis in patria remanebit q̄tum ad admirationē. vn̄ sup illo vbo Job. xxvj. Colūne celi cōtremiscūt ⁊ pauēt ad nutū ei⁹. btūs Greg⁹. xvij. libro moral. sic dicit: Ipse quidē virtutes celestiū q̄ hūc. s. deū sine cessatione cōspiciūt in ipsa cōtemplatiōe cōtremiscūt Sꝫ ille timor vel tremor quē angeli ⁊ beati ī patria hn̄t nō ē penalis: qꝛ nulla pena q̄ hic timet ibi erit. sꝫ est timor vel tremor admiratiōis: qꝛ beati admirāt deū vt supra eos existentē ⁊ eis incōprehensibilē. Et btūs Aug⁹. xiiij. de ciui. dei sic dicit: Timor inq̄t ille castus pmanēs in seculū seculi. s. in futuro nō erit timor exiens a malo qd̄ accidere pōt. sꝫ tenēs ī bono qd̄ amitti nō pōt. vbi enī boni adepti amor imutabilis ē: pfecto si dici pōt mali cauēdi timor secur⁹ est. Uel nō est dict⁹ timor pmanens in seculū seculi: qꝛ id pmanebit quo timor ipse pducit. Hec. b. tho. scd̄a scd̄e. q. xix. arti. xj. in cor. q. p totū. Re. infra Uirtutes an remaneant in patria. iiij. ca.

## ℭ Qꝫ causa timoris p se est duplex. CA. VII.

a Dhuc circa timorē dei vel circa timorē in generali debem⁹ cōsiderare quinq̄. s. ortū: obiectum: defectū: effectū: pfectū. Primo cōsiderare debemus timoris ortū. nā causa timoris est duplex. s. amor ⁊ defect⁹ virtutis. Pͥo dico q̄ amor est cā p se timoris. qd̄ duplicit pbo. s. autoritate: ⁊ rōne. pͥ autoritate. Nam btūs Aug⁹ in li. lxxxiij. q̄stionū sic dicit: Nulli dubiū ē nō esse aliā timēdi causā nisi ne id qd̄ amam⁹ aut adeptum amittam⁹ aut nō adipiscamur speratū. Oīs g̃ timor causat ex hoc q̄ aliq̄d amam⁹. 2° pbo hoc idē rōne sic: Ex hoc enī q̄ aliq̄s amat aliqd̄ bonū sequit q̄ timeat priuationē illi⁹ boni qd̄ amat. g̃ amor boni est cā timoris mali pruationi illi⁹ boni. Per accidēs vō timor ē cā amoris inquantū hō q̄ timet puniri a deo seruat mādata ei⁹ ⁊ sic incipit sperare de deo: ⁊ spes introducit amorē. Hec. b. tho. pma scd̄e. q. xliij. arti. pmo: argu. cōtra: in cor. q. ⁊ in sol. j. argu. Re. s̄. Amor pmo ca. pma diuisiōe: quō amor est cā omniū affectionū aie. Scd̄o dico q̄ defectus virtutis ē

causa timoris. qd' similiter dupliciter pbo. p° sic. Cõtrariorũ sũt cõtrarie cause. sz diuitie: robur: multitudo amicorũ ꝛ potestas excludũt timorẽ: vt dicit phs. ij. rhetorice ꝗ ex defectu hoꝝ causat̃ timor. 2° pbo hoc idem rõne sic. Obiectum timoris est malũ qd' de facili vitari nõ põt: vt patebit sequenti ca. sz ex defectu virtutis cõtingit ꝙ aliquis non possit repellere iminens malũ. ꝗ ꝛc. vbi. arti. ij argu. contra: in cor. q.

¶ Qꝫ timoris obiectum est duplex. s. ꝙ põt inferre malũ ꝛ ipsum malũ. CA. VIII.

Secũdo pncipaliter cõsiderare debemus timoris obiectũ. Nam timoris obiectũ est duplex. s. illud qd' põt infligere malũ ꝛ ipsũ malũ. Primo mõ si timor respicit illud qd' põt inferre malũ: tũc dico ꝙ de⁹ põt ꝛ debet timeri. Ubi nota ꝙ homo hoc modo tria timet. p° diuinã equitatẽ. nam cõsiderãdo diuinã iusticiã qua deus est inflictor pene ꝛ subtractor sue prĩtie vel sue gratie ex merito peccati nostri: tũc deus põt ꝛ debet a nobis timeri. vñ Malach. j. Si ego dñs vbi est timor me⁹. 2° homo timet humanã potestatẽ. s. q̃ est lesa vel q̃ est iniusta: q2 sic in pmptu habet nocumẽtũ inferre. 3° homo timet ei⁹ crimen cognoscentẽ. sicut ille qui est cõscius criminis q2 põt nocumentum inferre timet ne reuelet. Dec huiꝰ Tho. pma scde. q. xlij. arti. j. i cor q. iuxta finẽ. ꝛ scda scde. q. xix. arti. j. in cor. q. Scdo mõ timor pncipalit̃ respicit ipsũ malũ. Et hoc mõ deus qui est ipsa bonitas timeri non põt: ibidẽ. Nota tñ hic ad euidentiã pdictoꝝ sex. Primũ ẽ ꝙ timor p se est de malo. Cui⁹ rõ est talis: Timor est de eo qd' est priuatiuũ ei⁹ qd' amamus. cũ ergo amor sit boni: ꝛ malũ sit priuatiuũ boni. ꝗ timor est de malo: pma scde. q. xlij. arti. j. in cor. q. Secundũ est ꝙ timor nõ est de malo culpe. Cui⁹ rõ est: q2 illud qd' subiacet hominis ptãti nõ habet rõnẽ terribilis. sz malũ culpe est huiusmodi: eo ꝙ ppriã causã habet volũtatẽ humanã. ꝗ ꝛc. ibidẽ arti. iij. Tertiũ est ꝙ timor est de malo nature. qd' sic pz: Mors est malũ nature sz inter oĩa mala terribilissimũ est mors: vt dicit phs. iij. ethi. ꝗ ꝛc. ibidẽ arti. ij. arg. contra. Quartũ est ꝙ timor est de malo futuro. Ubi nota duo. Primũ ẽ ꝙ dolor vel tristicia differt a timore eo ꝙ dolor vel tristicia est de malo pñti: timor vo de malo futuro: ibidẽ arti. iij. in so. ij. argu. Secũdũ est ꝙ cũ timor sit de malo futuro illud malũ qd' nõ apprehendit̃ vel nõ estimat̃ vt futurũ sz vt pñs ꝛ necessariũ nõ timet̃. vñ phs dicit scdo rheto. ꝙ illi q̃ iam decapitant̃ nõ timẽt mortẽ videntes sibi iminere necessitatẽ mortis: ibidẽ. q. xlij. arti. ij. in cor. q. Quintũ est ꝙ timorem de malo futuro ppinquo. si enĩ malũ apprehendat̃ vt multũ remotũ ꝛ multuz distans nõ timet̃. vñ phs dicit scdo rheto. ꝙ hoĩes sciũt ꝙ moriant̃. sz q2 nõ apprehendũt nec estimant mortẽ: vt ppe nil curant: ibidẽ. q. xlij. arti. ij in cor. q. Sextũ est ꝙ timor est de malo arduo cui de facili resisti nõ põt. nam dolor seu tristicia põt esse de quocũqꝫ malo siue magno siue paruo: timor aũt nõ est nisi de magno malo. Cui⁹ rõ est: q2 timor est de malo qd' nõ subiacet nostre voluntati ꝛ potestati. sz tale est malũ magnũ ꝛ arduũ. ꝗ ꝛc. ibidẽ. q. xlij. arti. iij. in so. ij. argu. Ex istis ꝗ superi⁹ dictis pz ꝙ obiectum timoris est existimatũ malũ futurũ ppinquũ cui de facili resisti nõ põt: ibidẽ. q. xlij. arti. j. in cor. q.

¶ Qꝫ q̃ttuor mala sũt int̃ alia q̃ magis timent̃. CA. IX.

Ad maiorẽ tñ euidentiã pdictoꝝ nota: ꝙ cum timor pncipalit̃ sit de malo: q̃ttuor mala sũt inter alia q̃ magis timent̃. s. mala penalia: insolita: repentina: irremediabilia. Primo timent̃ mala penalia. cui⁹ rõ est: q2 vitari talia de facili nõ subiacet volũtati ꝛ potestati nostre: vt pz. s. de morte. Scdo timentur mala insolita. Cui⁹ rõ est duplex. Prima est: q2 experientia facit hoĩez magis potentẽ ad opandũ. ꝛ iõ sicut auget spem ita minuit timorẽ. Per oppositũ aũt inexperientia facit hominẽ min⁹ potentẽ ad opandũ. ꝛ iõ sicut inexperientia diminuit spem ita auget timorẽ. insolita aũt carent experientia. ꝗ ꝛc. Secũda rõ est: q2 vnũquodqꝫ magis apparet cõtrario iuxta se posito. vñ cũ aliquis statim a paupertate ad diuitias transit ppter paupertatẽ preexistentẽ diuitias magis estimat. ꝛ econuerso diuites statim ad paupertatem venientes eã magis horrent. Dec. h. Tho. prima scde. q. xlij. arti. v. in so. j. ꝛ iij argu. Tertio timent̃ mala repentina. Cui⁹ rõ est: q2 oĩa corporalia bona ꝛ mala quanto magis considerant̃ ꝛ puident̃: tanto minora apparent: ꝛ p oppositum quanto min⁹ considerant̃ tanto apparent maiora. Et iõ sicut p diuturnitatẽ dolor pñtis mali mitigat̃: vt pz p Tulliũ in libro. iij. de tusculanis q̃stionib⁹. ita ex pmeditatione etiã minuit̃ timor futuri mali. qd' aũt repente venit pmeditari nõ põt. ꝗ ꝛc. ibidẽ arti. v. in cor. q. Quarto timent̃ mala irremediabilia. Cui⁹ rõ est: q2 cũ malũ sit obiectũ timoris. vt pz ñ. ꝗ qd' auget malũ auget timorez. sed diuturnitas vel ppetuitas mali auget malũ. qd' patet: q2 si pati malũ in tanto tpe est malũ. ꝗ pati idem malũ in duplo tpe erit malũ duplicatũ. ꝗ pati illud maluz ppetuo est quodãmodo malũ infinitũ. sed irremediabilia quoꝝ nõ est auxiliũ accipiunt̃ vt ppetua. ꝗ ꝛc. q. xlij. arti. vj. in cor. q. p totum. Ex his quattuor pz ꝙ extremũ iudiciũ ẽ multũ timendũ: tũ q2 sup oĩs affligit: tũ q2 insolitũ: tũ q2 repentinũ vel improuisũ: tũ q2 oĩs remedij exclusiuũ. tũc enĩ nulla patebunt remedia quib⁹ extremũ iudiciũ vitari possit. Re. s. Sententia.

¶ Qꝫ inter homines est triplex conditio: ꝛ sm hoc ipsis est timor. CA. X.

Tertio pncipalit̃ cõsiderare debem⁹ timoris defectum. Est aũt inter hoĩes triplex conditio vel varietas. nã quidã supabũdant in audendo: quidam in timẽdo: quidã in nõ timẽdo. Primo dico ꝙ quidam supabũdant in audẽdo sicut audaces. Circa quos nota tria. Primũ ꝙ audacia ẽ peccatũ. Cui⁹ rõ est: q2 aggredi picula vltra q̃ rõ dictat est peccatũ. sz audax est huiusmodi. ꝗ ꝛc. Secũdũ est ꝙ audaces nõ sũt fortes. Cui⁹ rõ est: q2 audaces añ picula sunt puolantes. i. velociter ꝛ ardenter ad ipsa currẽtes: eo ꝙ ex impetu passiõis mouentur. q̃ñ aũt sũt in ipsis piculis discedũt: eo ꝙ motus precedentis passionis vincit̃ a difficultate. fortes vo pri⁹ q̃ ad picula veniant sũt quieti eo ꝙ nõ mouent̃ ex impetu passionis: sz ex deliberatiõe rõnis in ipsis aũt piculis vel operibus arduis sũt acuti: q2 iudiciũ rõnis ex quo mouent̃ non vincit̃ aliqua difficultate. Dec. h. Tho. in scrip. ethi. li. iij. ca. xv. Tertiũ est ꝙ q2 audacia est peccatũ vt pz. ꝛ oẽ peccatũ est vitandũ iõ societas audacis est vitanda ꝛ declinanda: vt dicit̃ Eccĩ. viij. Cũ audace nõ eas. i. nõ conferis: neqꝫ vadas cum arrogante: audace: psumptuoso: temerario. Nã arrogans est q̃ psumit. Audax q̃ nõ metuit. temerari⁹ vo q̃ nõ estimat piculum: vt dicit Papias. Dec. h. Tho. scda scde. q. cxxvij. arti. j. Secũdo sũt quidã alij q̃ supabũdant in timẽdo. ꝛ tales vocant̃ timidi q̃ timent que nõ oportet: ꝛ q̃ñ nõ oportet: ꝛ eo mõ quo non oportet: ꝛ sm alias circũstantias. ꝛ talis timiditas semp est peccatũ. Tertio sunt quidã qui supabũdant in nõ timẽdo. ꝛ tales vocant̃ impauidi: q̃. s. nihil timent: in scripto ethi: vbi. s. Tales enĩ sũt similes cuidam iudici: de quo dr̃ Luc. xviij. Erat q̃dã iudex in ciuitate q̃ deũ nõ timebat nec hoĩes verebat̃. Lz. n. timor dei magis debeat retrahẽ a pctõ q̃ verecũdia mũdi: tñ oppositũ frequent̃ cõtingit. vñ Theophilus super illo verbo sic dicit: Uideꝙ impudentez erga homines esse: grauioris est mali indicium. Deum enĩ q̃ plures non timent: attamen humano cohibent̃ pudore. Cũ enĩ sit aliqs ipudens

etiā quo ad boies: tunc excrescit cumul⁹ vitioꝝ. Q₃ āt aliq̄s nihil timeat: ꝓuenit ex triplici rōe. s. ex excessu elationis: ex defectu dilectiōis: ex nubilo rōnis. Primo ꝓuenit ex excessu elatiōis siue ex cordis elatiōe. Nam ex supbia cordis cōtingit q̄ aliquis estimat mala opposita bonis que amat sibi euenire nō posse. ⁊ ex hoc ꝑ se ꝑsu-

q

mit ⁊ altos cōtemnit. vñ de tali dicit̄ Job xlj. Qui factus est vt neminē timeret. Qð verbū exponit̄ quattuor modis. p̄ᵒ sic: Qui factus ē. q. d. non ꝑ naturā s₃ ꝑ elationē ad hoc venit vt nullū timeret. 2ᵒ modo exponit̄ sic: Qui. s. diabolus factus est bon⁹. s₃ ꝑ ꝓpriā p̄sumptionē ad hoc venit vt nec deū qui passur⁹ est timeret: vt dicit glo. L₃ eni demones timore naturali tormēta timeant: vt dicit̄ Luc. viij. Timebāt puniri ab eo. Et Jacobi. ij. Demōes credūt ⁊ cōtremiscūt. tñ timor filialis ⁊ initialis non est in eis. 3ᵒ mō exponit̄ sic: Factus ē ac si nullū timeret. 4ᵒ modo sic: Factus est vt nullū timeret. s. ad hoc vt vellet ei subijci. Scðo q̄ aliq̄s nihil timeat: ꝓcedit ex defectu amoris. Ex hoc eni q̄ aliq̄s bona tꝑalia vel nō diligit vel minus diligit: ꝓuenit ex hoc q̄ ea nō timet amittere. Sicut eni amor causat timorē: vt p₃. s. ita magnitudo amoris facit augmentū timoris. Ubi nota q̄ bona tꝑalia ex vna ꝑte debēt diligi. s. inquantū nos ad dei timorē ⁊ dilectionem inducūt ⁊ iuuāt ad beatitudinē ꝯsequendā. Ex alia ꝟo ꝑte debēt odiri ⁊ cōtemni. s. inquātū nos a dei timore ⁊ amore impediūt. vñ Eccī. xxxiiij. Qui timet deū. s. timore filiali: nihil trepidabit timore hūano vel mūdano. Re. s. Odiū. Tertio defect⁹ timoris ꝓuenit ex nubilo rōis. s. ex rōnis ebetatiōe seu ꝑuatiōe. Q₃ eni aliq̄ nihil timēt ⁊ ꝑcipue terremotus: inundationes vel talia: hoc iō vel q₃ sensu carēt vel rōne: sicut dicit̄ accidere de q̄busdā gentibus q̄ vocant̄ celte in quadā insula existentib⁹. Hec beatus Tho. scða scðe. q. cxxvj. arti. j. in cor. q. ꝑ totū. Et i scri. ethi. li. iij. ca. xv. Si aūt in diuidendo aliq̄s vis ꝓcedere dicas: q̄ aliq̄s nihil timeat ꝓcedit ex trib⁹ causis. p̄ma est electiōis vehementia. secūda est dilectiōis carētia. tertia est mentis vel rōnis dementia: vt p₃. s. hoc eodē ca.

¶ Q₃ timor inter alia causat tria ⁊ que: p̄mo cōtractionē. CA. XI.

q

Uarto p̄ncipalit̄ cōsiderare debem⁹ timoris effectū. nam timor inter alia causat tria. p̄mo cōtractionē efficit. scðo tremorē elicit. tertio opatiōnē impedit. Primo timor cōtractionē efficit. nam ex imaginatiōe alicui⁹ mali q̄ causat timorē fit i nobis contractio virtutis aialis ad interiora. Cui⁹ rō est: q₃ q̄ malum aliqð repelli nō possit: ꝓuenit ex debilitate virtutis. virtus aūt quāto debilior est tanto ad pauciora pōt se diffundere ⁊ ad exteriora pōt se minus extendere. Hoc aūt duplici exemplo ꝓbo. Primū est: q₃ videm⁹ in morientib⁹ q̄ natura vel calor naturalis ad interiora retrahit̄ ꝓpter debilitatē virtutis. Secūdū exemplū est: q₃ videm⁹ in ciuitatib⁹ q̄ qñ ciues timēt: retrahūt se ab exterioꝛib⁹: ⁊ quāto plus ꝓñt ad interiora recurrūt. Hec beatus Tho. p̄ma scðe. q. xliiij. arti. j. in cor. q. Ubi etiā notat q̄ timor facit pallentes: tacētes: fugientes. Cui⁹ rō est: q₃ spūs vel calor in timentib⁹ ab exterioꝛib⁹ ad interiora retrahit̄ quo subtracto remouet̄ calor: ⁊ sic palledo relinquit̄. vñ videm⁹ q̄ timentes mortē pallescūt. eo q̄ tūc ex timore mortis calor q̄ est causa coloris ad interiora contrahit̄. Oppositū aūt hui⁹ verecūdia causat. nā verecūdati nō pallescūt sicut faciūt timidi: s₃ poti⁹ rubescūt. Cuius rō est: q₃ sicut in timore fit retractio vel cōtractio ad interiora: vt p₃ imediate. s. ita i verecūdia fit diffusio caloris ad exteriora. Quanto aūt magis calor q̄ est causa coloris ad exteriora diffundit̄: tanto magis rubedo causat̄: vbi s. in so. j. ⁊ iij argu. Scðo timor facit tacentes. Cui⁹ rō est: q₃ in timentib⁹ fit mot⁹ interioris caloris ⁊ spirituū a corde ad inferiora. ⁊ iō timor cōtrariat̄ formatiōi vocis que fit ꝑ emissionē spirituū ad supiora ꝑ os: ꝓpter qð timor nō sinit formare vocē: ⁊ ꝑ cōsequēs tacentes facit. Sed in dolentib⁹ est oppositū. Nā in dolore natura ꝯseruat spiritū ⁊ calorē vt hoc vtat̄ ad expellēdū nociuū. multiplicatis aūt interi⁹ spiritib⁹ ⁊ calore necesse est q̄ emittant̄ ꝑ vocē. Et iō dolentes vix pñt cōtinere se q̄n clamēt vt dicit phs in libro de ꝓblematib⁹: vbi. s. in so. ij. argu. ꝑ totū. Tertio timor facit fugiētes. Cui⁹ rō est. q₃ in timentib⁹ ꝓpter frigiditatē ingrossantē spiritū ⁊ calorem: spūs ⁊ calor a supioꝛib⁹ ad inferiora mouent̄. nec congregant̄ circa cor: s₃ magis recedūt a corde ex imaginatione defect⁹ virtutis. ⁊ ꝓpter hoc timētes nō ꝓmpte inuadunt s₃ magis refugiūt. Irati aūt oppositū faciūt. nā irati reddunt̄ ꝓmpti ⁊ audaces ad inuadendu₃. Cui⁹ rō est: q₃ in iratis ꝓpter calorē ⁊ subtilitatē spirituū q̄ ꝓuenit ex appetitu vindicte fit interi⁹ motus spirituū ab īferioꝛib⁹ ad supiora ⁊ iō cōgregant̄ spūs ⁊ calor circa cor. ꝓp qð irati ꝓmpte ⁊ audacter incedūt: vbi. s. in solu. j. argu. ꝑ totū. ita q̄ timidi ⁊ verecūdi ⁊ irati opponunt̄ adinuicē: sicut p₃.

¶ Q₃ timor tremorē elicit: ⁊ causa quare. CA. XII.

s

Ecūdo timor tremorē elicit. Cui⁹ rō est: q₃ in timore calor ab exterioꝛib⁹ ad interiora cōtrahit̄: sicut p₃ ca. p̄cedenti. remoto aūt ab exterioꝛib⁹ calore q̄ cōtinebat mēbra remanent mēbra frigida. ⁊ ꝓpter hoc accidit in eis tremor. Nam tremor in timētib⁹ ex frigiditate causat̄. ꝓpter qð in timentib⁹ tremūt hec membra. p̄ᵒ tremit cor: eo q̄ in timore calor deserit cor ⁊ ad inferiora tēdit. 2ᵒ tremit vox ꝓpter vicinitatē vocalis arterie ad cor. Si eni in timore calor deserit cor ex quo sequitur tremor cordis: multo magis deserit vocalē arteriā: ex quo sequit̄ tremor vocis. 3ᵒ tremit mādibula inferior ꝓpter continuitatē ad cor. 4ᵒ sequit̄ strepit⁹ dentiū ꝓpter rōnē eandē. 5ᵒ tremūt brachia ⁊ man⁹. tū ꝓpter cōnexionem ad pectus vbi est cor: tū q₃ huiusmōi mēbra sūt magis mobilia: ꝓpter qð in timentib⁹ genua tremūt. vñ Isa. xxxv. Cōfortate man⁹ dissolutas ⁊ genua trementia roborate. Hec b. Tho. p̄ma scðe. q. xliiij. arti. iij. in cor. q. ⁊ in so. iij. argu. ꝑ totum.

¶ Q₃ timor opatiōnē ipedit: vbi notāt̄ tria. CA. XIII.

t

Ertio timor opatiōnē impedit. Ad cui⁹ euidentiam nota tria. Primū est q̄ opatio exterior a duob⁹ causat̄. s. ab agente p̄ncipali. s. ab aia: ⁊ ab agente instrumētali. s. a mēbris corpis. Et iō ꝓpter defectum agentis p̄ncipalis imꝑantis vel mouētis ⁊ ꝓpt̄ defectum agentis instrumētalis nō obsequētis pōt opatio impediri. Secūdū est q̄ timor impedit opatiōnē ex ꝑte corporis vel ex parte membroꝝ corporis. Cuius rō est: nam ꝓpter defectum caloris qui ex timore causat̄ a mēbris exterioribus ⁊ ꝑcipue i membris supioꝛib⁹: vt patet ca. p̄cedenti imediate: timor ex subtractione caloris mēbra debilitat ⁊ sic impedit ea operari. Tertium est q̄ si est timoris nimis vehemens ⁊ excessiuus intantū q̄ rationem ꝑturbat: tunc talis timor sic vehemens ⁊ rationē ꝑturbans impedit operationē ex parte mentis. Si autē timor ita est moderatus q̄ rationē nō ꝑturbat: tūc ad hū operandū cōfert inquantū solicitudinē causat ⁊ facit hominē attentius consiliari ⁊ opari. Hoc est qð dicit apl's

c

ad Philippēn. ij. Cum metu ⁊ timore salutem opamini. Que verba Aug⁹ ⁊ Haymo duobus modis exponunt. p̄ᵒ sic: Cum metu. s. mentis vel cordis ⁊ cum tremore corpis. 2ᵒ sic: Cū metu. i. nō p̄sūptuose vel supbe: q₃ q̄ timet semꝑ hūilis est ne cadat. ⁊ cū tremore. s. manifesto opamini salutē vestrā. i. vitā eternā. q. d. apl's. Nos meremur vitā eternā ꝑ bonā volūtatē ⁊ ꝑ bonā opatiōnē. sed ad hoc timendus ē deus: q₃ a nobis hoc nō habem⁹ s₃ poti⁹ a deo

qui opat in nobis velle bonū et pficere bonū. Hec beat. Tho. pma scde. q. xliiij arti. iiij in cor. q et in argu. contra. Spūaliter aūt in extremo iudicio erūt hec tria. primo ex ex pre peccatoris erit ɔtractio caloris et charitatis primo ca. scdo erit tremor corpis qꝛ fletus et stridor dentiū. tertio erit defectus ois boni opis qꝛ nihil poterūt opari q̄ mereant.

℃ Qr ex diuino timore quatuor bona nobis ꝓueniunt et que. CA. XIIII.

Quinto et vltimo cōsiderare debem⁹ timoris ꝓpositum. Nā ex diuino timore quatuor nobis bona ꝓueniūt. pmo eni gratia infundit. scdo culpa excludit. tertio vita pficit. quarto gloria nunq̄ deseritur.

Primo eni ex timore dei gratia infundit. Sicut eni a fonte ꝓcedit riuulus aque sic a dei timore riuul⁹ gratie: puer. xiiij. Timor dn̄i fons vite. vn̄ Bern̄. sup Cant. sermo. liiij. In veritate didici nil eque efficax esse ad gratiā pmerendā: retinendā: recuperandā: q̄ si oī tpe corā eo inueniaris nō altū sapere sꝫ timere. Et iō puer. xxviij sic dicit Beat⁹ hō qui semp est pauid⁹. Sup quo verbo Bern̄. sic dicit: Time cū accesserit. time cū abierit. time cū denuo reuertit. Time cū pn̄s fuerit: cum adest. time ne indigne operis. si abscesserit multo magis timendū est: qꝛ vbi illa deficit gratia deficis et tu. Si aūt gratia iam ꝓpiciata redierit. multo ampli⁹ tūc est timendū ne forte cōtingat te recidiuū pati: g̃ oi tpe est timendū.

Scdo ex diuino timore culpa excludit vel remittit. vn̄ Eccl. j. Timor dn̄i expellit peccatū. Et hoc trib⁹ modis. s. corrigendo p̄terita vitando pn̄tia: cauendo futura. Primo mō timor dn̄i expellit peccatū corrigendo p̄terita p pniam. Et hoc tribus modis. p° ex cōsideratiōe damni timor dn̄i inducit contritionē: sicut apostema in scissura expellit saniē. 2° ex cōsideratione future cōfusionis timor dn̄i inducit cōfessionem: sicut vomit⁹ expellit cibū venenosū. 3° ex inspectiōe vel cōsideratione eterne punitiōis timor dn̄i inducit satisfactionē: sicut in infirmo cōualescēte remanēt ex infirmitate aliq̄ nociue reliquie q̄ expellunt p medicinā. Secūdo mō ex timore culpa remittit vitādo pn̄tia p inocentiam: puer. xvj. In timore dn̄i declinat ois a malo. q. d. p timorē dn̄i. s. seruilē: initialē et filialē declinat ois a malo pene et culpe. Tertio mō ex timore culpa remittit cauendo futura: Eccl. vij. Qui timet deū. s. timore filiali Nihil negligit. s. facere vel vitare. s. de his q̄ vult deus fieri. et vitari de his q̄ ꝓhibet fieri. vel nihil negligit. i. oibus indigentib⁹ sine ꝑsonaꝝ acceptiōe ꝓuidet et benefacit.

Tertio ex timore vita attollit vel pficit. Cum eni timor filialis fundet et radicet in charitate: crescēte charitate augetur vel crescit timor. vn̄ Greg⁹. Mens que plus est illuminata et inflāmata plus timet. Re. s̄. Timor filialis. Hoc aūt exigit a nobis de⁹. Ita dicit Eccles vltimo: Deū time et mandata ei⁹ obserua. hoc est eni ois hō. Dicit g̃ deū time. s. timore filiali qui nō penā nō sepatione a deo: sꝫ offensam patris timere docet. Et subdit: Et mādata ei⁹ obserua. i. ob ipsum nō ob aliū serua. et subiūgit causam dicens: hoc est eni ois hō. Qḋ verbū exponit trib⁹ modis. p° sic: Hoc est eni ois hō. i. ad hoc factus est vt deū timeat et mādata ei⁹ obseruet. 2° sic: Hoc est eni ois hō. i. p hanc formā. s. p timorē dei et obseruantiā mandatoꝝ habet hō esse gratie et esse glorie. 3° sic: Hoc est eni ois hō. i. hoc solum requirit ab oī hoīe: et p hoc solum beatificat omnis hō.

Quarto ex timore gloria nunq̄ deserit. vn̄ in psal. Timor dn̄i sanctus pmanet i seculū seculi. Re. s̄. Timor filialis.

℃ Qr nihil ē vtili⁹ oī hoī timore dei. CA. XV.

Ad maiorē in̄ euidentiā p̄dictoꝝ nota q̄ nihil est vtili⁹ incipienti: et nihil est vtili⁹ ad pfectionē venienti: et nihil est vtili⁹ oī statui vel etati vl' sexui timore dei. vn̄ Eccl. xxiij. Nihil meli⁹ q̄ timor dei. Qr eni timor dei sit vtilis oī statui et qualitati pꝫ per singula discurrendo. Est eni vtilis peccantib⁹: penitentib⁹: tribulatis: tentatis: et cōtemplatiuis.

Primo ē vtilis peccantib⁹ quos timor dei ad statū pn̄ie adducit et transfert. Sicut eni latro videns iudicē se insequētē pre timore seipsū arguit heu cur feci: se iudicandū iudicat: heu heu in suspenderis rem furatā ꝓijcit. sic peccator cōsiderans futurum iudiciū pre timore facit tria. pmo eni pre timore diuini iudicij cor suū redarguit ɔsiderans dei offensā. scdo seipsū affligit cōsiderans penā debitā. tertio petit dimitti cōsiderans dei misericordiā.

Scdo timor dei ē vtilis penitentib⁹ quos mouet ad cōtritionē. s̄. Cōtritio. ad cōfessionē. s̄. Cōfessio. ad satisfactionem. s̄. Pn̄ia. vel. s̄: Satisfactio.

Tertio timor dei est vtilis tribulans. Sicut eni infirm⁹ timēs mortē corpis libenter sumit potiones vl' medicinas amaras: sic q̄ timet de pctō timēs mortem aie et separi a deo: libenter gaudet et longanimitatē sustinet. vn̄ talis timor facit tribulatū patientē: gaudentem: constantē in tribulationib⁹ sicut seru⁹ timens dn̄m labores in seruiēdo sustinet patientē: gaudentē: cōstanter.

Quarto timor dei est vtilis tētans. Sicut eni pugnāti ꝓ sua hereditate timor incutit sollicitudinē vel diligentiam in aggrediēdo: ꝑseuerantiā in pugnādo: et sic confidentiā in vincendo: sic timor dei p° facit diligentē in pugna. Eccles. vij Qui timet deū nihil negligit. s. facere ea q̄ vult fieri deus. Uel nihil nihil. s. bn̄facere oibus indigentibus sine ꝑsonaꝝ acceptiōe. 2° facit ꝑseuerantē in diligētia. Eccl. xxvij. Si nō in timore dn̄i tenueris te ꝛc. Re. expositionē hui⁹. s̄. Timor initialis. iij ca. 3° facit cōfidentem de victoria: pūer. xiiij. In timore dn̄i fiducia fortitudinis: qꝛ tanto forti⁹ mūdū despicit q̄s: quanto pl⁹ timet deū. Recte aūt Salomon cōiunxit timorē et fortitudinē simul: qꝛ in timore est humilitas cōtra p̄sumptionē: et in fortitudine est magnanimitas cōtra pusillanimitatē: ne humilitas sine fortitudine sit pusillanimis: et fortitudo sine humilitate sit p̄sumptuosa.

Quinto timor dei ē vtilis cōtemplatiuis. Sicut eni seru⁹ dn̄o quē timet assistit sepius: obsequit humili⁹: et alloquit dulci⁹: sic timor dei facit hec tria. Primo leuat ad spectum pme veritatis. vn̄ Eccl. x. Qui timēt deū. i. vt filij erūt in oculis ei⁹. Qḋ exponit duob⁹ modis. p° sic: Qui timēt deum timore filiali erūt in oculis ei⁹. i. bn̄ placebūt ei: sicut sunt oculi matris sup filium quocūq; vadat: qꝛ vbi amor ibi oculus. 2° sic: Qui timēt deū erūt in oculis ei⁹. s. plati: cognoscent a plato qui est oculus dei. Qḋ est cōtra multos qui suis facerdotibus suas cōscias reuelare nolūt: sꝫ alijs quib⁹ nō expedit Eccl. viij. Nō oī hoī manifestes cor tuum. i. secreta tua vel cōscientiā tuā: sꝫ tali de quo ɔfidas q̄ tacere possit: sciat et velit.

Scdo timor de est vtilis cōtemplatiuis: qꝛ humiliat eos ad obsequiū diuine maiestatis: Eccles viij. Ego cognoui q̄ erit bonū timēti deū qui veret faciē ei⁹.

Tertio pparat ad gustū sūme bonitatis. In psal. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscondisti timentib⁹ te. vn̄ Eccl. xv. Timor dn̄i sup oia. Ubi nota q̄ timor dei pmo est sup oia bona iōq; coꝝ custos ne amittant. scdo timor dei est sup oia mala tanq̄ diligēs represor ne ingrediant. tertio timor dei est sup oia transitoria tanq̄ prudens cōtemplator vt paruipendant. et iō dicit Eccl. xv. Beatus cui donatū est habere timorē dei. In vbo quatuor notabilia et excellentia tangit. p° habitū virtuosum: ibi Habere timorē: 2° obiectū bn̄ficum: ibi Dei. 3° donū gratuitū vel gratiosum: ibi Cui donatum est. 4° pmiū gloriosū: ibi Beat⁹: In psal. Btūs vir q̄ timet dn̄m.

℃ Ratio qre deus tribulatiōes imittat in speciali est nobis incognita: sꝫ ratio quare imittat i generali est nobis manifesta. CA. I.

# Tribulationes.

Circa tribulatiões p̄sentis vite cōsiderāda sunt tria .s. rō seu anim⁹ inferentis: diuisio seu numerus affligentis: dilectio seu virt⁹ vel mod⁹ auxiliantis. Primo circa tribulationes cōsideranda est ratio seu anim⁹ inferentis. Nā rō quare deus tribulationes immittit in speciali est nobis ignota. Ita dicit Greg⁹ libro .v. moral. in p̄ncipio: Occulta sūt iudicia dei in hac vita quib⁹ bonis male est ⁊ malis bene. sed occultiora sūt cū boni bona recipiūt ⁊ cū mali mala. Primo enī occulta sūt dei iudicia cum in hac vita boni mala: ⁊ mali bona recipiūt. Nam cū boni mala recipiūt ideo est: q2 ⁊ boni siqua deliquerūt mala hic recipiūt vt ab eterna damnatiōe plenī⁹ liberent: ⁊ mali bona hic recipiūt vt in posterū ad sola tormenta ptrahant. Et ponit ibidez duo exempla .s. de vitulis ⁊ infirmis. p̄° de vitulis dicēs: Currens iustus vel impi⁹ ad mortē debitam effrenatis voluptatib⁹ nitit: q2 ⁊ vituli qui mactādi sunt liberi in pascuis relinquūt. at contra iust⁹ a delectationis transitorie iocūditate restringit: q2 ⁊ nimirum vitulus ad laboris vsum deputat⁹ sub iugo tenet. 2° pbat p exemplū de infirmis dicēs: Negant electis in hac vita terrena: q2 ⁊ egris quib⁹ spes viuendi est nequaq̄ a medico cuncta q̄ appetūt conceduntur. dant aūt reprobis bona que ī hac vita appetūt: q2 ⁊ desperatis egris omne qȝ desiderant nō denegat. Perpendāt ergo iusti mala que in se quis pmanēt: ⁊ nequaq̄ eorum felicitati inuideant q̄ peribit. Scdo vo occultiora sūt iudicia dei qñ boni bona ⁊ mali mala recipiunt: q2 incertū est valde: vtrū boni bona recipiant vt puocati ad aliquid melius crescant: aut vt a premio vite sequentis marcescāt: ⁊ vtrū malos hic aduersa feriant vt ab eterno supplicio liberent: aut hic eorum pena incipiat vt quos cōplenda eos ad vltima tormenta gehenne pducat. Scdo dico ꝙ rō quare deus tribulationes īmittit ī generali nobis est manifesta. vñ btūs Greg. sup illo verbo Joh .ix. Neqȝ hic peccauit neqȝ parētes ei⁹ sȝ vt manifestent opera dei in illo ⁊c. sic dicit: Alia est pcussio qua peccator pcutit vt corrigatur: alia est ne culpa cōmittatur: alia est vt saluantis veritas cognita ardentius diligatur: alia vt sine retractione puniatur. Et beatus Aug⁹ sup Canti. sic dicit: Quinqȝ modis flagella contingūt: vel vt iustis merita p patientiam augeant vt Job: vel ad custodiam virtutū ne supbia tumeāt vt Paulo: vel ad corrigenda peccata vt marie lepra: vel ad initiuz pene vt Herodi: quaten⁹ hic videat qd in inferno sequit: vel ad gloriā manifestandū: vt pȝ de ceco nato. Concludendo igitur ⁊ elicīēdo rōnes ex dictis Grego. ⁊ Augu. dico ꝙ deus q̄nqȝ rōnib⁹ tribulationes īmittit. Prima est ppt

p purgationē a culpa: Eccī .ij. Pius ⁊ misericors deus ⁊ remittit in die tribulatōis peccata. Quod verbū duob⁹ modis exponit. p̄° sic: Pius est deus .s. beneficia cōferendo. Et misericors .s. a miseria liberando. 2° modo sic: Pius ē deus .s. gratiā cōferendo. Et misericors .s. remittendo iniuriā. io subdit: Et remittit in die tribulatōis peccata .s. qñ homo spiritu cōtribulatōis ⁊ corde cōtrito deū inuocat. vbi glo. interli. sic dicit: Nō omittit deus peccata: nisi in tribulatiōe ⁊ cordis contritiōe. vel remittit peccata .i. penā peccato debitaz. nam tanta pōt esse tribulatio spūs ⁊ cōtritio cordis ꝙ pena remittit. Re.ā Contritio. Secūda causa est ppter conseruationē a culpa. Sicut enim myrrha a putrefactione ⁊ corruptione custodit: ⁊ sal carnib⁹ appositū eas a putrefactōe ⁊ corruptione p̄seruat: ita tribulatio vel pena tpalis preseruat a corruptiōe ⁊ fetore peccati. Hec custodierunt paulū ne supbiret: vt ipse dicebat .ij. ad corinth .xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee: angel⁹ sathane vt me colaphisset. Ubi nota ꝙ iste stimulus carnis a quibusdaz dicit fuisse dolor lateris: ab his dolor capitis: ab alijs afflictio ⁊ psecutio a tyrānis. sȝ verius credit fuisse tentatio carnis. Et dicit ꝙ ipse tentabat de quadā virgine quā ipse baptizauit .s. de sancta Tecla: de qua Hiero. in quadā epistola ad occeanū sic dicit: Post tētationis passionē antiochie a paulo phibet pariter pgere. nemo enī miles cū vxore pgit ad bellū. Tertia causa est ppter meliorationē. Eccī .xxvij. Uasa figuli pbat fornax: ⁊ homines iustos tētatio tribulatiōis. Nā iusti fornace tribulatōis ɔsolidant: roborant: ⁊ depurant. Et Aug⁹ sup illo verbo Uasa figuli ⁊c. sic dicit: Qȝ flagellū grano: qȝ fornax auro. qȝ lima ferro: hoc facit tribulatio viro iusto. vñ apl's ad Ro. v sic dicit: Gloriamur in tribulatiōib⁹: scientes ꝙ tribulatio patientiā opat: patiētia aūt spem. q.d. Nō gloriamur in psperitatib⁹: eo ꝙ sūt vt plurimū cā ɔdēnationis: sȝ gloriamur i tribulationib⁹: eo ꝙ sūt cā saluatiōis. vñ subdit: Sciētes ꝙ tribulatio patientiā opat .s. virtute dei a quo ē. In psal. Quī tu es spes: vel p̄ncipalis vel finalis patiētie mee. Ubi nota ꝙ tribulatio patientiā opat: vel ōndendo: vel roborādo: vel augēdo eā. sicut aqȝ piecta in calcē viuā auget ignē q̄ latebat intus ⁊ ōndit ipsū. Et subdit: Patiētia aūt pbationē .s. vtutis facit .s. vtutē puritatis. Quāto .n. iust⁹ plus patit tāto virt⁹ ei⁹ purior ⁊ fortior reddit. ⁊ subiūgit: Probatio aūt spem .i. certitudinē dei. Greg⁹: Quāto q̄s p eo grauiora sustinuit: tanto i deū spes solidior surgit. Spes aūt nō ɔfūdit: q2 null⁹ sperauit in deo ⁊ cōfusus est: sicut cōtingit illis qui in hoiem sperant. Quarta causa est ppter inchoatōem gehenne .s. vt pene eterne in p̄nti vita gustent: ⁊ in futura nūq̄ terminent: ita ꝙ pena vel tribulatio p̄ns sit ad dānatiōez ⁊ nō ad purgatōem: hoc est ex puersa volūtate hoīs qui ē impenitēs: nō aūt ex voluntate prima dei que est de saluatōe ⁊ nō damnatōe alicu⁹: q̄uis sit de volūtate dei ɔditionata que est respectu iustitie sue. Quinta cā est propter adoptōem glorie: Act .xiiij. Per multas tribulatōes opz nos intrare in regnū dei. Greg. Mala que nos hic p̄munt ad deū ire cōpellunt.

Circa tribulatōes ɔsiderāda sunt decem. CA. II.

a Nam ad maiorē m̄ euidentiā p̄dictorum ɔsiderāda sunt p ordinē decem. Primū est ꝙ ois tribulatio seu pena infert duobus modis. Uno mō p priuatōem vel ablatōez eius qȝ pficit. Alio mō p collatōez vel illatōem eius qȝ officit: ita ꝙ qñ aufert qȝ diligit ⁊ qȝ pdest: ⁊ qñ infert qȝ odit ⁊ qȝ nocet tūc causat pena vel tribulatio. Scdm est: ꝙ psperitas frequēter est mala ⁊ aduersitas frequenter est bona: ⁊ hoc ppter malā dispositōem vtentis. nam impij frequēter hūt psperitatē in malū eorum. vñ ipi in hoc puniunt ꝙ eam hūt. Et iusti sunt in aduersitatib⁹ in bonū eorum. Nā aduersitas in bonū iustorum cedit: q2 p hoc pficiūt ad virtutē. Hec. b. Tho. ij. scri. sen. di. xxxvi. arti. iij. in solu. v. arg. Tertiū est ꝙ si nulla p̄cessisset vel fuisset culpa nec in psona nec in natura: nulla fuisset tribulatio vel pena. vnde Greg. in orōne: Nulla nobis nocebit aduersitas si nulla dominet iniquitas. Et hiero. Quicquid nobis accidit mali: vitiū nrī est nō dei: q2 nisi nos vel adam peccassem⁹ nullā penā sustineremus. Et hec. b. Tho. iij. scri. sen. di. xv. arti. v. q. ij. i solu. iij. argu. Quartū est ꝙ pena principalr peccato debita est p subtractōem bonorum spualiū secūdario aūt est per subtractiōez bonorum corpaliū inquātū cedunt in damnū bonorum spūaliū. ij. scri. sen. di. xxxvi. arti. iiij. i cor. q. Quintū est ꝙ nullus patit tribulatōem vel penā in bonis spiritualib⁹: puta in subtractōe grē ⁊ glorie nisi p culpā propriā. in bonis aūt corpalibus patit quis sine culpa propria: nō tñ sine causa vel sine culpa aliena: ibidē. Sextū est: ꝙ tribulatio seu pena dupliciter potest considerari

vel vt est satisfactoria: vel vt est afflictiua. p⁹ ergo inquātum est satisfactoria interdū aliquis q̄ nō peccauit penā p alio voluntari⁹ portat: sicut videmus in rebus humanis q̄ aliquis in se transfert alteri⁹ debitum. 2⁹ modo in quantū pena est afflictiua sic semp habet ordinem vel respectū: vel ad culpā ppriā actualē puta qn̄ aliquis a deo vel ab hoie punit̄ p peccato cōmisso qn̄q̧ autē habet ordinem ad culpā originalē. Dec. h. Tho. pma scde. q. lxxvij. arti. vij. in cor. q. Septimū est q̄ flagella quibus in hac vita flagellamur a deo vel sūt satisfactiōis: vel sūt vindicationis. p⁹ eni si flagella quib⁹ homo a deo p peccatis suis in vita ista punit̄ homo ad purgationē suoꝝ peccatorū acceptat: eis vtens patienter: tūc talia flagella rationē satisfactionis accipiūt. 2⁹ vō si homo pdictis flagellis oīno eis p impatientiā dissentiat: tūc nō habent rationē satisfactiōis: sȝ vindicatiōis. Dec. h. Tho iiij. scrip. sen. di. xv. arti. iiij. q. ij. in cor. q. Octauū est q̄ lȝ flagella quib⁹ a deo punimur sint inuoluntaria z potestate dei nō sūt cē in volūtate nostra q̄ntum ad hoc q̄ eis patient̄ vtamur. z sic homo facit de necessitate virtutē. Lȝ eni supposita dei volūtate talia flagella de necessitate eueniāt nihilominus meritoria z satisfactoria sunt si ipsis homo vtit̄ patient̄: vbi. s̄. imediate in so. pmi argu. Nonū est q̄ lȝ flagella sint cōmunia bonis z malis: tn̄ solis bonis sūt meritoria malis aūt sūt supplicia z vindicta. Qd̄ pbat beat⁹ Greg⁹ quodā exemplo dicens: q̄ sicut sub eodē igne aurū rutilat z palea fumat: ita eisdem flagellis z boni p patientiā purgant̄ z mali p impatientiā magis inficiunt̄: vbi. s̄. imediate in so. ij argu. Decimū est q̄ pdicta flagella hn̄t respectū ad culpā pteritā z futuram differenter tn̄. p⁹ eni hn̄t respectū ad culpā pteritā vel nature vel psone. Si. n. in natura humana nulla pcessisset culpa nulla fuisset pena: vt pȝ. s̄. 2⁹ habent respectū ad culpā futurā. Nam sine culpa psone frequent̄ inferunt̄ flagella vel ad cautelā vel ad maiorē gloriā. Ut eni opus nostrū sit meritoriū tria sūt necessaria. pmū est q̄ in oībus deo exhibeat̄ honor z reuerentia. secūdū est q̄ de virtutib⁹ z bonis a deo perceptis habeat̄ diligens custodia. tertiū est q̄ a futuris peccatis pcauendis habeat̄ semp debita cautela: vbi. s̄. imediate in solu. iij. argu. p totum.

Qd̄ oēs tribulationes z pene hui⁹ seculi reducunt̄ ad septem quas Job tangit: Job. v. CA. III.

